HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Scaenicae Romanorum poesis fragmenta, recensuit Otto Ribbeck ...
4082
Vol. 2

COMICORVM ROMANORVM

PRAETER PLAVTVM ET TERENTIVM

FRAGMENTA

SECVNDIS CVRIS

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE,
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLXXIII.

PA
6137
A1
1871
v. 2

225-24
23/3/92

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

ALFREDO FLECKEISENO

LVBENS MERITO

D. D.

ANNO $\overline{\text{CIↃIↃCCCLV}}$

PRAEFATIO.

Prolegomena, quibus alterum hoc scaenicorum fragmentorum volumen adornaturum me esse in prioris praefatione p. VIII promiseram, duabus causis motus ad tempus reposui. Primum novi muneris Heidelbergensis curis ita distentus atque occupatus eram, ut pertexendi ea qua opus est diligentia et subtilitate opusculi otium adhuc deficere sentirem. Praeterea autem de arte critica in hoc difficillimo sane litterarum genere exercenda praecepta colligere normasque proponere non audebam, priusquam Plautinorum quoque frustorum extaret recensio, qua Ritschelium hanc syllogen nostram prope diem aucturum esse certo speramus.

Interim comicis meis ut nuper tragicis praemittam corollarium. nam plane absolvi haec studia, ut relinquatur nihil quod dies diem doceat, numquam poterunt.

COROLLARIVM.

In LIVII v. 2 *secena* a secando factum ut alia vocabula pontificalia: *secespita secivum prosiciae prosicies prosicium proseda:* deinde praeter *securim* etiam *secula* comparanda glossa Campana, cuius notitia ex Varronis de l. l. V 137 in Labbaei onomasticon fluxisse potest.

ENNII verbis v. 2 praeter Truculenti locum a Bothio laudatum simillima sunt quae in Rudente Plauti leguntur v. 414: 'quíst qui nostris tam proterve foribus facit iniuriam?'

In NAEVII v. 4 nihili est quod coniecit Suerdsioe Vindic. p. 57 *Sulpiti:* nec numeris nec sermone commendatur quod Berchem proposuit p. 61 *sub picea.*

V. 5—7. *Equorum* mentionem a sententia poetae alienam esse pro certo mihi persuasi: intellego servos, quos mango postridie domo expulsurus, ut currant verbera fugientes, et venales publice propositurus est. ut autem diutius illos apud se alat rogatus est ab aliquo, qui emere eos magnopere cupiens argento tamen quo opus est careat, aut alia de causa emere nondum possit; videnturque illi sive cognationis sive amicitiae vinculo quodam cum hoc ipso coniuncti, casu autem nescio quo in servitutem coacti fuisse, unde redimi quam primum et in libertatem restitui volunt. Quae cum sat probabiliter non tam finxisse quam e verbis elicuisse mihi videar, codicis illud *sequor* quam recte in *securos* mutaverim dubitari posse concedo, quamquam melius nemo adhuc proposuit. certe Klotzii suspicio ad Terentii Andriae I 1, 41 prolata, *obsequium*, quo vocabulo Plautum et Naevium ante Terentium usos esse Donatus ad l. l. testatur, ad hos versus pertinere longe reicienda est, quamvis ipse olim *obsequos* scripserim, quos ad Laeviani exempli 'obscculae tuae ac ministrae' (apud Charisium p. 288, 11 K.) similitudinem 'obsequentes' vel ministros interpretabar. melius ad sententiam *de meo foco sinam ego illos esse* quadrat, quamquam verum esse ne hoc quidem credo. Ceterum *tux* (non *tax*) *pax* servus aliquis, missus fortasse a patre sive fratre, ut cum mangone rem gereret, interposuit.

V. 12. Variis formulis apud Plautum et Terentium praefantur responso: vel plene *id ego dicam tibi* vel *ego dicam tibi* vel *dicam tibi* vel *ego dicam* vel brevissime *dicam.*

Pseud. 338 éx tua rest, út ego emoriar. ‖ quídum? ‖ id ego dicám tibi.

Cist. II 3, 59 nunc quaéritatis álteram? ‖ ego dicám tibi.

Curc. 437 ubi ípsust? quor non vénit? ‖ ego dicám tibi.

Merc. 638 qua forma ésse aiebant [ígitur?] ‖ ego dicám tibi.

Most. 757 hem quíd consomniávit? ‖ ego dicám tibi.

Pseud. 801 tu sólus praeter álios? ‖ ego dicám tibi.

Trin. 1099 sed quís istest tuos ornátus? ⁅ ego dicám tibi.
Ter. Andr. 375 quíd igitur sibi volt pater? quor simulat? ⁅ ego dicam tibi.
Ter. adelph. 646 huc ádvocatum sibi. ⁅ quid? ⁅ ego dicam tibi.
Ter. adelph. 985 quód prolubium? quae istaec subitast largitas? ⁅ dicam tibi.
Ter. Andr. 323 véreor dicere: huíc dic quaeso, Býrria. ⁅ ego dicám. ⁅ quid est?
Epid. I 1, 68 quid ita? ⁅ dicam.
Rud. 901 quíd negotíst modo, díce. ⁅ dicám, tace.
Ter. hautont. 200 quid túte tecum? ⁅ dicam. ut ut erat, mansum tamen oportuit.
ibid. 598 cédo quid est? ⁅ Dícam. (cf. 317).

Omnibus autem praeter Cistellariae locum exemplis, ubi *ego dicam tibi* legitur, *ego* pronomen addi versus flagitavit, vetuit idem adelph. 985, ubi *dicam tibi* scribere poeta sat habuit. alibi cum etiam nudum *dicam* vel *eloquar* suffecerit, pro gravitatis vel, ut Donatus ad Ter. adelph. 646 ait, ἐμφάσεως cuiusdam modulo uberius modo, modo pressius locutos fuisse consentaneum est. nostro quidem loco non est cur *ego* desideremus.

13 Cf. Ed. Becker in addendis ad studia philologorum Argentoratensium auctore Studemundo edita I p. 316.

Sero, cum in operarum manibus schedarum mearum pars versaretur, Nonii exemplar a Quicheratio curatum ad me pervenit: quamquam nec librorum suorum nec ingenii tam exquisitos ille fructus edidit, ut eis me caruisse nimis aegre tulerim. tamen lectores ne quid desiderent, addam quae memoria non plane indigna esse videantur: inde a folio fere septimo pleraque in ipsum commentarium criticum inserui. Atque in v. 16 *oratiost* habent Harleianus et Parisinus P.

Appella titulum probavit Krahnerus (Varronis Curio p. 23) Iudaeorum inrisionem fabulae infuisse suspicatus. fuit qui *Appulam* interpretaretur *Apellam*.

19. Ad Aquilii ex Boeotia (v. 1) exemplum *primus* ne scribas vetare videtur singularis *caupam*, quo multo melius

primam quadrat: illuc *caepas*. Ceterum ordinem verborum in septenario servare licet facillimo post *Appella* titulum supplemento:

[*á.*] *at illum di pérdant, qui primam hólitor caepam prótulit!*

Paulo violentius: *ít illum di male pérdant*. Tam autem sollemnis execrandi formula est *at illum di (deaeque omnes) perdant*, ut et *ferant* insolitum, quod per librarios traditum Vergiliano illo 'omnia fert aetas, animum quoque' defendi posse olim putaveram, et Aldi *terant* et quidquid aliis in mentem venit confidenter reiciendum sit.

V. 23 sq. Excidit testimonium libros in utroque versu non *altris* exhibere, sed *alteris*. illud quin recte restitutum sit non dubito, sed olim a me non admissum fuisse excusabit, qui anno 1854 neque syncopam illam neque pyrrhichicam vocis *apud* mensuram sat demonstratam fuisse meminerit. nam in anapaestis Bacchidum 1184 *altrum tantum non mercem* pronuntiandum esse quod monuerat Ritschelius, ne ipse quidem de senariis statim valere tunc volebat; nec agnovit syncopam in Persae v. 226 *ubi illa álterast furtífica lacra?* quae quam recte Spengelius Plaut. p. 105 ad trochaeos redegerit valde dubito. dubitavit Ritschelius etiam in commentatione de titulo Aletrinatium (a. 1852,3 p. XI), utrum Plautus in Captivis v. 303 'qui ímperare insueram, nunc *altrúis* imperio óbsequor' an, ut Fleckeisenus ediderat, *altérius* scripsisset, ubi ne *alius* quidem alienum a sententia erat. quid? quod hoc ipsum argumenti Captivorum auctor praetulit v. 2: '*alium* quadrimum fugiens servos vendidit', item v. 9 'indicio quoius *alium* agnoscit filium'. repetivit illud Fleckeisenus in ipsius fabulae v. 8 '*alium* quadrimum puerum servos surpuit', ubi nunc librorum scripturam *alterum* interpretantur *altrum* consentiente etiam Ritschelio opusc. II 674. multo etiam memorabiliora quae in anthologiae epigraphicae Latinae specimine I a Buechelero anno 1870 edito leguntur (n. XX v. 5 sq.)

horunc *álterum*
in térra linquit, *alium* sub terra locat.

Restat unus Truculenti versiculus I 1, 27 sic in libris corruptus

sin alter alteri potius est idem perit

quem nec a novissimo editore, qui obscura et parum latina proposuit haec:

sin álter altri potior est, itidem perit.

nec a Buechelero nuperrime in annall. philoll. 1872 p. 569 his: *sin alter altri propitiust, idem perit* recte emendatum esse credo. mihi quidem multa in toto hoc sermone languida et perversa esse videntur. nam postquam v. 24 legimus 'et *ipsus* periit et *res* et *fides*' (cf. 38), sane quomodo res et animus amatoris pereat infra narratur, fidei pereuntis ratio non explicatur. perit autem fides mutuando argento, ut hoc fere ordine hisque verbis, nisi forte quaedam etiam exciderunt, Diniarchum disseruisse suspicer:

si ráras noctes dúcit, ab animó perit:
sin crébras ducit, ípsus gaudet, rés perit.
si irátum scortumst fórte amatorí suo,
bis périt amator áb re atque ab animó simul.
si *aliéna re potítus* est, *perdít fidem.*

Ceterum in Naeviano exemplo mutandi post v. 21 personam loquentis necessitatem non urgeo. potuit enim ipse, qui hospites acceperat, quid eis praebuisset enarrare.

27—29. Poetae haec tantum relinquit Buechelerus:

qui décumas partes, quántum mi alieni fuit
pollúxi tibi

reliqua *a publicando epulo Herculis decumas* ab ipso grammatico ad interpretandum *polluxi* addita esse suspicatus. Insulsa meo sensu et a veterum institutis aliena sunt quae Bergkius voluit parasitum militi respondere. is enim postquam dixerit se decimas praedae dis profanare velle, Struthiam parasitum, ut Biantem militem ab hoc incepto deterreat, dicere iam satis factum esse religioni: quasi omnino pluribus dis et vero alii praeter Herculem decimas vovere facile cuiquam in mentem venire potuisset. praeterea *alieni* v. 27 quis concedet *praedae* significare? Quod '*publicando* epulo Herculis' se decimas militi ut Herculi polluxisse profitetur eo spectare videtur, quod se convivam praesto ei

futurum esse publico edicto proclamaverit, qui primus ad Herculaneam cenam se vocaturus esset exemplo fere Gelasimi in Plauti Sticho v. 222.

34. Asserem ille laudat, cuius per rimam audiverit quibus praesenti coram testi interesse non liceret: *hemias* ut Leid. etiam Par. P habet. ceterum Quicheratius hunc locum talem edidit: *et affatim Laudes ago, quam votis me multas meis, Quod, praeter quam velle audebam, hoc mihi annuis*, in quibus *affatim* Bothio, *velle audebam* Mercero debet, qui pro illo *annuis* coniecerat *evenit*. In meo textu quod molestum est *mi* non tam delendum quam transponendum esse nunc arbitror, ut hic existat uersiculus: *quod praeter quam mihi uellem audibam hoc* (s. *haec*) *eminus*.

Pro *Commotria* apud Varronem *Demetrio* scribendum esse inprobabiliter, ut solet, coniecit Berchem.

39 sq. Schützius ephem. gymn. Berolin. 1857 p. 611 sic transponi iussit verba: *ita alit dapsilitér suos* ‖ *amícos*. Probo nunc Keilii numeros, qui septenarium iambicum trochaico versu excipi statuit, nisi quod initium ordinari sic velim: *meretur últro quam ob rem ametur: 'Ita d. s. a. a.*

41. Invocatus dum se convertit ad salutantem inprovisumque agnoscit, '*attat attatae*' exclamat: nam subito animum advertentis vel intellegentis vel agnoscentis vel etiam admonentis esse interiectionem declarant exempla Plautina Merc. 365 'attatae, Páter hic quidem meust quem video'; Epid. 446 'attatae! Nunc démum scio ego hunc qui sit'; Casin. 364 'attatae! Nunc pól ego demum in rectam redii semitam'; Asin. 588; Ter. Andr. 125 'percússit ilico ánimum. attat! hóc illud est'. similia alia. Paulo differt Casin. v. 424 'áttatae! caedundus tu homo es: nimias delicias facis'. Ebrius ut caveat monetur Naevii v. 82. Apud Graecos dolentium esse ἀτταταῖ nemo nescit.

50 sq. Neque accentus placebant nec sententia in septenario tali:

quó de opsonió stilo mihi ín manum pupugít . .

sed languent etiam quae inserui: itaque post *Glaucoma* titu-

lum excidisse suspicor *uenibam* vel *moneham*, ut octonarius iambicus oriatur:

monébam quom de opsónio, stilá mi papugit ín manum.

53. Quod supplevi *dic*, idem Ritschelium video in simillimo Plauti loco (Stich. 118) posuisse: 'age tu *dic: utrást* condicio pénsior, Vírginemne an víduam habere?'

Versum 55 anonymus nescio quis in indice qui dicitur philologico Leutschii auspiciis edito a. 1871 p. 13 sic probabilius quam Luebbertus restituere sibi visus est:

edepol, Cupido,
cum tám 'pausillu's, 'ís nimis multúm vales ⏑ – –

cuius inauditae absurdaeque structurae exempla adfert ex Epidico Plautina duo (quorum alterum III 4, 80 pridem a Buechelero decl. lat. 56 emendatum est), ubi post relativum scilicet pronomen demonstrativo idem subiectum effertur notissimo quidem et frequentissimo, sed ab huius loci indole plane alieno usu, quo accedit quod per duos versus sine ulla probabilitate misere discerpta sunt verba.

V. 57. *Dissicis* et in Caecilii v. 239 *dissice* vereor ut satis recte servaverim, neque enim adsentior Fleckeiseno, qui in annall. philoll. 1863 p. 199 adn. olim prolatam satisque refutatam opinionem, qua *dissicere* formam a disiaciendo repetiverunt, resuscitavit et ita firmare studuit, ut duce Lachmanno (Lucr. p. 128) geminatam fuisse consonantem *s* eo consilio statueret, ut et positione productae syllabae primae mensura et sequentis *i* singularis quaedam natura indicaretur. adsimilationis quidem, non geminationis exempla in verbis compositis sat trita sunt: *reccido redduco relliquiae* (in quibus *red* praepositio latet), quibus addenda *affero aggero*, sescenta alia, sed inaudita talia: *abbicio addicio innicio* et similia, in quibus non praepositionis consonantem, sed verbi vocalem *i* a quibusdam geminatam fuisse constat, quorum exemplo *disiicio* scribendum erat, non *dissicio*. Nec non disertis veterum praeceptis verbi *dissicere* origo plane diversa indicatur, nam Priscianus p. 1002 (quo ipso loco perperam usus est Fleckeisenus) cum in his 'dis praeponitur quando sequitur c vel f vel p vel s vel t vel i loco consonantis, ut discumbo

discutio differo . . displiceo disputo disperdo *dissicio* dissero distraho disturbo distorqueo *disiectus* disiungo' composuerit cum 'dissero' verbo *dissicio*, separaverit a *disiectus* participio, omnibus autem exemplis ipsius verbi simplicis consonantem initialem servaverit, incipere compositi *dissicio* verbum simplex consonante *s* haud ambigue declaravit. ergo rectissime in glossario A. Mai (auct. cl. VIII 178) explicatur: '*dissicere*, dissecare', sat plane etiam in Parisino Hildebrandi p. 112 '*dissice*, separa divide', minus bene in Bernensi C n. 224 '*dissice*, dispergе'. neque enim defuerunt inter veteres litteratores qui *dissicere* et *disicere* confunderent, quia scilicet a secando factum *dissecare* verbum extitit. *secare* autem non magis mirum esse quam sonere tonere lavere, alia multa, olim C. L. Schneiderus gramm. lat. elem. II 549 sanissimo iudicio perspexit. et ab hac potissimum verbi forma putaverim orta esse *insicia* vel *isicia* et *prosiciem* extorum. Accuratius igitur singuli loci, ubi vel *dissicere* vel *disicere* usurpatum est, examinandi atque discernendi sunt: nam librarios consentaneum est promiscue modo hoc, modo illud posuisse. certissimum autem Plautum in Curculione v. 424 'clupeátus elephantum ubi machaera *dissicit*' dissecat intellegi voluisse, nec quidquam refert utrum illud, ut Ritschelius enotavit, an, ut Pareus testatur, *dessicit* in codice B extet, in quo certe nil aliud latet quam *dissecit*. neque enim credendum veteri glossatori, sive Verrius Flaccus fuit sive alius, qui et hic et apud Titinium v. 84, ubi *pernam totam dissicit* conieci corrigendum esse, *diligit* extare narravit. praeterea secandi notionem in his agnosco: apud Vergilium in Aeneide XII 308 'ille *securi* Adversi frontem mediam mentumque reducta *Dissicit*', ubi sane ex libris meis DISIICIT *P* DISICIT *M m. pr. et γ*, DISCIDIT glossema *R*, *dissicit* soli Bernenses *bc* exhibent: sed 'disicere securi' quis non sentit quam sit perversum? ergo ad huius exempli similitudinem quamvis paulo audacius et Silius IX 538 scripsit fortasse (nam est quod dubites) '*dissice telo* flagranti . . . Carthaginis arces' et Valerius Flaccus III 162 secundum Carrionis codicem et Vaticanum P '*dissicit* agmina *clava*', ubi statim securis et

cunei similitudo infertur. et huius ipsius expressa mentio fit apud Liuium XXII 50, 9 'cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstet, *dissicias*'. subest eadem imago et Taciti verbis ann. I 65 'illi' (equi) '. . . ex cussis rectoribus *dissicere* obvios, proterere iacentes'; et Ovidii metam. XI 386 'Alcyone coniunx excita tumultu Prosilit et . . *dissicit* hos ipsos colloque infusa mariti . . precatur'. etiam Lucretius dissicere intellegi voluit dividere in binas partes III 639 'si subito *medium* celeri *praeciderit ictu* Vis aliqua, ut sorsum *partem secernat utramque*. *Dispertita* procul dubio quoque vis animai Et *discissa* simul cum corpore *dissicietur*'. quadrat item discindendi notio ad Senecae Agam. 954 'cupit fluentes undique et caecos sinus' *Dissicere*', nam sic in Laurentiano legi, non *disicere*, ut novissimi editores exhibuerunt. pax quoque et foedus dissecari recte dicitur, unde Vergilius Aen. VII 339 '*dissice* compositam pacem', quamquam hic quoque optimi libri inter se discrepant. denique quoniam secantur Horatio auctore, h. e. decernuntur et finiuntur iudice lites, recte se habet apud Liuium II 35, 4 '*dissicere* rem', ut nos quoque dicimus 'abschneiden eine Sache, einen Streit' similia.

At contra *disiciuntur* quae non in binas tantum partes dividuntur vel discinduntur, sed in omnes regiones dissipantur disque turbantur. ergo 'arcem . . . a fundamentis disiecit' et 'urbium moenia disiecta' Nepos Timol. 3 scripsit, et belli Alexandrini auctor c. 63 'postulat uti munitiones disicerentur', quamvis *dissicerentur* in Parisino sec. et Cuiaciano legatur. item disiciuntur hostes in fugam (Tac. Agr. 37; cf. Nep. Milt. 2 Sall. Catil. 61), 'nubila disiecit' Iuppiter apud Ovidium metam. I 328, 'auster rapuit disiecitque naves' apud Tacitum ann. II 23, atque in Aeneide ut Minerva 'disiecitque rates evertitque aequora ventis' (I 43), ita iubere Aeolum Iuno debet (70) 'age diversos et *disice* corpora ponto', quamvis DISSICE optimorum librorum auctoritate defendatur. nec Valerius Maximus VIII 14, 5 scripsisse credendus est 'ut . . . nomen eius per totum terrarum orbem dissiceretur', ut habet praeter alios Bernensis liber, sed *disi-*

ceretur, cui olim *diffunderetur* adscriptum est. eidemque III 5, 2, nisi forte perversa doctrina inductus fuit, contra codices restituendum est 'dolenter enim homines ferebant pecuniam, quae Fabiae gentis splendori servire debebat, flagitiis *disici*', cui saeculo XIII extitit qui interpretamento fortasse antiquo usus *dissipari* substitueret, in Vindobonensi scil. codice. — Dubitabimusne igitur, quin ubi asotorum adulescentium, qui opes paternas disperdant et dissipent luxuria, notatur in comoedia, *disicere* verbum, non *dissicere* locum habeat? immo vel contra librorum memoriam et Naevio restituemus '*disicis dispulveras*' et Caecilio '*dide disice*'. ad quae cetera verba in simili re usurpata quadrant: 'rem *dilapidas*' Pall. inc. inc. 55, 'rem *disperdit*' Titin. 16, '*dissipes*' Caecil. 205. De forma *dispoliasti* apud Turpilium 149 infra disputabo.

In v. 58 *herem*, ut testatur Nonius, habet codex Harleianus.

60. Novum formae *simil* exemplum forsitan lateat in zetemate Pompeiano (apud Zangemeisterum n. 1877, in Buecheleri anthol. Lat. spec. I n. XIX), si quidem priorum duorum versuum sententiam probabiliter restitui:

muliér ferebat fílium similém sui.
nec méus est nec *mi símil*, *at* vellem essét meus.

ubi scriptum extat MI SIMILAT SED in extremo versu. Quibus alius quis iocabundus adscripsit: 'et ego volebam ut meus esset' numeris nullis adstricta. Nam titulorum CIL I n. 63. 64 exemplis *tribunos militare* vel *compote factus* apud Orellium n. 5758 neque *simile* apud Naevium neque in Titinii v. 106 '*tale* pro *tali*' defenderim. Naevii frustum Ritschelius sic se constitui velle mihi significavit:

pól ille haut parasitórum aliorum símil est .....

Nervolariae titulus eo firmatur, quod *Herularia* etiam in Harleiano codice legitur: *Ervillaria* coniecit Quicheratius ervillarum venditricem interpretans contra notissimam consuetudinem in his nominibus observatam.

Cum *Proiecti* titulo cf. Plauti Cistell. I 2, 5 'parvolam Puerám *proiectam* ex angiportu sustuli.'

68. Paucula verba quam in versu sedem obtinuerint cum incertum sit, supplementa proponere omisi. initio quidem *age*, in exitu senarii vel septenarii (ubi tamen *quin* aut *quid enim imperas?* corrigendum) *eia* praemitti poterat.

70. Videntur sermonis, quem servus aliquis aut solus secum aut cum altero habuerit, extrema fuisse: cf. praeter alia Ter. eun. 545 haut. 170. *Suum* autem hominem, h. e. in sua potestate suisque dolis et fallaciis obnoxium esse (cf. Plauti mil. 334 Bacch. 103 Pseud. 381. 600 Curc. 431) ille vel eum ipsum, quem visurus, vel eum, quocum locutus erat, dicere potuit. *Deo meo propitio* dictum ut *deo irato meo* in Ter. Phorm. 74; sed versus fortasse sic redintegrandus:

visám: deo meo propítio meus illíc homost.

Tetigit locum A. Luchs in studiis Studemundi I p. 68.

79. Nolebam adlitterationem verborum *dat digito* delere coniciendo *alii scribit* (vel *signat*) *digito litteras*. otiosum tamen quod in *aliis* scriptura latere putavi *suo:* facilius etiam *clam* sequenti verbo *dat* hauriri potuit, quo inserto hic versiculus restituitur:

cum álio cantat, at tamen *alii clam dat* digito litteras.

91. Quoniam quod in textu posui *uota* insolitum est, prae ceteris commendaverim ut scribatur:

néc nimis morigera ét devota quísquam erit [muliér viro].

Glossa quam ex Tarentilla (fr. XV) Varro sumpsit si *pellucidam* fuit, eadem legitur in Plauti Persa v. 96 '*epicrocum pellucidam*', quae in Placidi glossario p. 460 videntur restituenda esse pro his: '*epripica praelucida*' infelici A. Kochii coniectura nuper mus. Rhen. XXVI 553 temptatis. quod olim in comicorum sylloge priore p. 319 conieceram *epiprepa* non displicuit Kettnero progr. Dramburg. 1872 p. 6.

Eundem Varronem, ubi e *Technico* verbum is explicat, Buechelerus haec scripsisse censet: 'confictant, a conficto, *imuenire*, dictum', in quibus mihi displicet infinitivus interpretandi causa verbo finito adpositus. mea propius absunt a norma velut illius glossae, quae mox sequitur: 'sarrare, ab serare dictum, id est aperire.'

100. Audacter Umpfenbachius Philol. XXXII 366 scribi

iussit: *Théodotum Cum Apélla comparas, qui Compitalibus* e. q. s.

V. 107 non Saturnium, sed octonarium iambicum esse, ut olim significaveram, Andreas Spengelius quoque Philol. XXIII 100 sensit. Dictatoris autem, velut eius qui ludorum faciendorum causa creari solebat, ut ipsa Naevii aetate a. 546 (Liv. XXVII 33) factum est, in comoedia mentionem fieri potuisse in praef. proecdoseos p. XI monui. atque ad ipsos carceres circi pervehi dicitur dictator in frusto nostro, cuius nec Friedlaenderus in Beckeri et Marquardti antt. Rom. IV p. 499 nec Mommsenus in eiusdem operis novis curis a se retractati vol. I p. 312 memores fuerunt.

Versus 108 cum et numeros a caesura laborare et languere in tantis clarissimi viri laudibus *saepe* sentirem, nil inveni quod tam probabile esset quam *per* adverbii loco positum. nam *sua* quam otiosum sit facile iutellegitur comparatis illis, quae de Aiacis virtute in tragoedia (inc. inc. fab. XXXIII) praedicata sunt:

facinus fecit máximum, cum Dánais inclinántibus
summám perfecit rém, manu suá restituit proélium.

haec enim summa eius laus fuit, cum ceteris devictis et labantibus solus sua virtute hostes sustinuisset, id quod tamen a nostri loci sententia alienum est. sed multo etiam perversior (ne audaciam tangam) ista coniectura est, qua transfertur a primo versu ad tertium *saepe*, ut quod non plus semel factum esse res ipsa clamat, pallio uno misere tectum filium pater ut noctu ab amica abduxerit, illud saepe accidisse incredibili et nimis ridicula hyperbole narretur.

Versum 115 is, qui nuper commentario ad Lucilii fragmenta conviciis inficetisque dicteriis adornato novum puerilis petulantiae monumentum edidit, ea qua sanos omnes longe superat confidentia et Colaci addixit (quia scilicet Corollariam nusquam alibi Nonius laudaverit, — quasi non multos alios libros semel in glossario eius commemorari constaret) et expleri iussit *uerum* scribendo pro eo quod traditum est et sententiae convenit *atrum*. nam primam septenarii sylla-

bam quid ni una cum tituli parte lacuna haustam esse credamus?

Versum 116, qualem coniectura scripsi, conferri licet cum Graeco proverbio *χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπραγτείτω λόγος* (paroemiogr. Gr. II p. 727 n. 38), quod Erasmus in adagiis p. 589 sic latine interpretatus est: 'auro loquente ratio quaevis irrita est.'

Versus 118 convicia si inter binos iactata fuissent, multo non fortiora tantum, verum etiam acutiora et maledicentiae sale quodam uberius condita expectarem.

122. Cum inter duos *armos* suis positum sit *petimen*, fortasse per risum ille quoque, parasitus puto, *armis* sane *meruisse* dicebatur, non tamen ut milites, sed petimine de armis sumpto, quod devoraverit.

125. Cf. Plauti Rud. 430 'vel tu mi aias vel neges.'

Versus 126 sq. non sat aperte declaravi in hunc potissimum modum mihi videri restituendos esse:

quaé desperet sé nupturam víridulo adulescéntulo,
éa licet seníle tractet détritum rutábulum

non addita interrogandi nota. Ceterum quamquam conviciis respondere indignum me habeo, traditum in codice *retritum* et adlitteratione commendabatur nec magis ab ea notione, qua hic opus esse nemo non videt, abhorrere visum est quam, ut hoc utar, *retusum* telum quod dicitur (cf. *retrimentum*), nec productae praepositioni *re*, quae *red* plene sonabat, excusatio quaedam deerat, praesertim cum hoc uno loco extet vocabulum.

130 sq. Temeraria et perversa est Bergkii suspicio, qua in Livii Tereo haec Philomelam dixisse finxit, a cuius mente ac persona quantum abhorreant melius sentiri non potest, quam si coneris verbis exprimere, quid illa fere dicere potuerit. potuit nimirum de vestimento a se texto non nimis inepte sic fortasse loqui: 'quod etsi tacet, cum viderit soror tamen scibit, quid factum sit.' i nunc et haec vel cum traditis vel cum Bergkianis verbis concilia.

Ne in adnotatione quidem dignum habui quem expone-

rem praeclarum senarium scilicet a Bergkio annall. philoll. 1861 p. 496 confidenter creatum

atqué prius pariet locusta Lucam bovem

quem adlitterationis indicio ductus Saturniis numeris sic complector:

atqueí prius páriet lócusta Lúcam
bovém.

Prorsus incertum est, ad quod Naevianae poeseos genus pertineant hae glossae Philoxeni apud Labbaeum: *angla ὄγες, τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς νέβιος.* ubi *anclabres* coni. O. Muellerus conl. Pauli Festo s. v. anclabris p. 11. *irquus τράγων παῖς. ἀρχαίως ὡς Ναίβιος* (sic fere correxit Kleinius; *irquis, τραγιων παῖς ἀρχηνηβιοσος* cod. sed sequentem glossam *irquitalus νηπιώτατος* qui animadverterit, fortasse supra *ἀρχαίως νήπιος* scribet). ariolatur Iosephus Kleinius in mus. Rhen. XXIV 292 sq. haec ad Naevii Tarentillam referenda esse suspicatus.

In AQVILII Boetia v. 4 vocis *venter* mensuram pyrrichicam indicare videtur librorum scriptura *ueter:* nam aut sic dactylo tertius aut tribracho (non anapaesto) quartus pes dimetiendus est.

LICINII v. 2 variis modis refingere conatus est Aug. Luchs stud. I 72: *quandóquidem Marti és* (vel *Mavorti és*) *in concubiúm* (vel *coniugiúm*) *data.*

Eiusdem poetae praeter Neaeram non alteram quidem comoediam, sed eiusdem fabulae nomen alterum, *Martem* scilicet, Bergkius annall. philoll. 1870 p. 832 eruisse sibi visus est ex Nonii loco p. 196, 23: 'clipeus . . neutro . . *Licinius in marte: pars magna leuius clipea portant*', quae olim Iunius et Mercerus sic correxerunt: *Licinius Macer: pars magna laeuis clipea portant;* nec dubitavit Hermannus Peter in Licinii Macri ex annalibus reliquias recipere (fr. 24 p. 309). at Bergkius nec numeros comici versiculi indicavit, quos Saturniis opinor haud dissimiles sibi finxit, nec ullo omnino argumento inventum probare conatus est.

Ergo non magis huic credendum quam Italo, qui pannum inlepidum *murum strages aliuorum oculi ut minuti lunam ariolantur* tamquam Licinii ex Neaera frustum Festo Gellii (XX 8, 6) ope attexuit: cf. Mommsenus in Festi cod. quatern. XVI p. 67 sq.

Ad CAECILII v. 1 *antrione* etiam Harl., *amfitrionem* Par. P habet. De Varronis satura *Aethrione* non satis constat.

In v. 6 exitu duos et dimidium pedes, qui desint, notare volebam. melius tamen Urbinatis, ut olim, *putidam* scripturam recepissem: *naves putidas* Catonis et Varronis *putidas uvas* eodem loco codices recte exhibent; in Afranii v. 14 ipsi numeri *putidas* flagitant.

7. De taeniis, sepulchrorum ornamento, vide Welckerum in ephem. schol. univ. 1831 II 665.

11 In lemmate *mutuet* recte Par. P. *mutuet causa mea* octonario integro Quicheratius.

14 *tunc* Bern., non Basil.

25 Titulum fabulae *tardano* Par. P

28 sq. *effessione* Colb.

V. 32 *uos* ante *sitis* e compendio *nō* ortum esse suspicor, hoc enim sententia flagitat: *an úbi non sitis, ibi consilium claudeat?*

39 Elegantius sic ordinanda verba sunt: *sibi alius socium socius sauciat.*

40 *abscondit* etiam Harl. Par. P

V. 41 fortasse sic explendus: *non haéc putas [animó?] non haec in córde versantúr tibi?* ac *tibi* Harl. Par. P, si fides Quicheratio.

42 *educarit* coniunctivum commendat Ed. Becker stud. I 245.

48 *nisi* etiam Par. P

61 *qui*, non *quid* Mercerum edidisse monet Quicheratius.

63 Senarios *argúmentum aut de amóre verbificátiost Patrí* deleto *meo* dimetitur A. Luchs stud. I 72.

Incertissima opinione Bergkius Philol. XIV 390 Luciliana frusta duo, quae *Hymnidis* nomen continent, ex Caecilii

comoedia hausta esse suspicatur. sunt apud Nonium p. 275, 4:

Hymnís, relim tel id quod verumst crédere

et p. 330, 9:

Hýmnis, ego sic ánimum induco, quód tu ab insano gúiferas

non expleta sententia. eidem fortasse libro sive XXVIII sive XXVIIII tribuenda illa apud Nonium p. 107, 30

Hymnis sine cúgio:

age déstina!

quae in iocosa meretricularum auctione locum habere potuerunt. scripsi *age* pro tradito *ac;* nam insulsa et pinguia quae nuper intrusa sunt interpolamenta non curo. Illa autem in comoediam inferre quam sit temerarium vel hexametris eiusdem Lucilii duobus intellegitur, quibus Hymnis memoratur: *Hymnidis ex facie florem delegeris* _ ⏑ et *Hymnis, cantando quam adservivisse ait ad se* (cf. C. M. Francken Coni. crit. ad Lucil. 1871 p. 88).

69 *Coepsti* formam nuper iste quem dicere nolo denuo invexit in hunc septenarium: *quín machaera licitari adversum aereum coepsti sciens.*

Subditivom Plautus inscripsisset, ut in Amphitruone v. 497 'Amphítruo subditivos eccum exit foras.'

76. Quod dixi Plautini moris esse ordinem *filius meus eccum incedit in me* his praepositi verbo *eccum* exemplis firmatur: Amphitr. 335 'optume *eccum incedit* ad me', mil. glor. 1281 'nescio quis eccum incedit', Merc. 671 'atque eccam incedit tandem' (ubi inversum verborum ordinem correxit Camerarius), Menaechm. 888 Rud. 492 'atque eccum incedit' (cf. Afranii v. 200 a Lipsio emendatum), Epid. 593 'sed eccum incedit Epidicus', Poen. 462 'sed eccum incedit'; Rud. 705 'sed optume *eccum exit* senex' (cf. 805. Titinii v. 64); '*eccum* Amphitruonem: *advenit*' Amphitr. 1005; Pseud. 789 '*eccum recipit* se domum'; Casin. III 2, 432 'sed *eccum* hinc *egreditur* senati columen'; 'eccas: ipsae egrediuntur' Rud. 663 (item Ter. eun. 79 adelph. 923); 'Pleusidippus *eccum adest*' Rud. 884 (ut Ter. eun. 776); Cas. IV 2, 17 'sed *eccum progreditur*', Bacch. 611 'Mnesilochus eccum maestus progreditur foras.' Paulo plura intercedunt in Amphitr. 120

'meus pater nunc intus *eccum* Iuppiter In 'Amphitruonis *cortil* sese imaginem.' Idem confirmatur exemplis huius modi: Plauti Bacch. 403 'sed *eccos video incedere*' (cf. Rud. 309, Pseud. 410 'erum *eccum video* huc meum Simonem una simul Cum suo vicino Calliphone *incedere*', Ter. eun. 918 'virum bonum eccum Parmenonem incedere Video': adelph. 361 'sed eccum Syrum ire video', hec. 352 'atque eccum video ipsum egredi', Phorm. 464 'sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.' Contrarios repperi non plus duos locos: Casinae II 4. 29 'sed *progreditur* optume *eccum* Olympio', et qui plane diversus ab illis est Andriae 855 'nescio qui senex modo *venit, ellum,* confidens catus.'

Ad v. 87 *hypobolimaeo* plene in Leid. extare adnotavit Quicheratius, incerta fide.

96 Nec ad librorum scripturas *sordo* et *sordi* nec ad comoediae mores et ingenium aut huius loci sententiam satis quadrare videtur *sobrio.* aptius est: *mihi dum sórbilo, Dórmitum* e. q. s. Qui autem *obdormivero* dicit, non dedita opera in lecto se somnum quaesiturum esse, sed inproviso inter pocula eo oppressum iri profitetur. ergo haec *et si ego obdormiuero* e. q. s. ut olim institueram, alteri, qui sodalem mittit dormitum, non ei qui mittitur, tribuenda erant. significat scilicet ille se quoque libenter cubitum esse iturum, nisi alter sibi vel custodiendus vel observandus esset.

Ad v. 98 quod Urbin. 308 titulum pro Imbriis exhibet *in phoebis* dubium non est quin *symplebis* interpretandum sit, ut exemplum aliquod ex hac Caecilii fabula vocis 'balneae' excidisse suspicio oriatur.

110 *qui* Basil. *gubernator* Dan. Montisp. *uertit*] *uer* Par. P.

114 *infelicent* iam Guyetus scripsit, exemplis Plautinis firmavit Brixius Philol. XII 655.

115 Cf. Plauti Epid. II 2, 38 'sed *vestita aurata ornata* ut lepide!'

116 Fortasse *em* inserendum erat:

habés, uide, em tibi tradidi e. q. s.

V. 124 in fine Bothianum *perduo* plane intolerabile: melius sententiae satis fiat, si scribatur:

ego pérduo (s. *perduam*) *te, qui omnes servos perdidi*
(s. *perdito* audebis)
populátim

quale qui minatus erat, misericordia quadam commotus rogare potuit, ut caveret alter, ne in fatum quasi ultro incurreret. neque enim refutavit Corssenus de vocalismo II² 402 sqq. Rudolphum Schoellium, qui in libro de XII tabulis p. 81 sqq. demonstravit futuri secundi notionem in formis illis *concreduo interduo adduo produis.* similibus inesse; quamquam glossarium vetus Mai VI 521 praesens agnoscit: '*dunt*' (scr. *duunt*), 'dant tribuunt.'

128 Pyrrichicae mensurae in vocula *immo* initio quidem versus admissae certa exemplа haec secutus sum: Plauti Merc. 737 'immo síc sequestro mihi datast', Ter. hec. 437 'immo quód constitui me hodie conventurum eum', 726 'immo véro abi, aliquam puero nutricem para', 877 'immo véro scio, neque hoc inprudens feci', Phorm. 936 'immo véro uxorem tu cedo.' nec dubito quin etiam post institutam consonantium geminationem his similibusque locis *imo* scriptum tfueri.

130. Probabilem sententiam video sic demum elici, si faeneratorem adulescens frustra argentum ab eo mutuari conatus interrogare statuatur:

satine huic ordini,
étsi nihil *ego egi,* quaésti?

unde ille tam insolentem de quaestuosissimo negotio quaestionem miratus et tamquam stupescens repetit interrogando *quaesti?* adulescens autem significans scilicet, aliunde se fenus sumpturum esse respondet, *quia sunt aemuli* complures, ideo se dubitavisse. *satin hoc ordivi? etsi nihil egi quaesti, quia s. a.* Quicheratius edidit.

132 Notissimus currentis servi habitus, de quo Plautus Capt. 774 'eodem pacto ut comici servi solent, *Coniciam in collum pallium.* primo ex med hanc ut rem audiat'; Epid. 168 'age núnc iam orna te, Epidice, et *palliolum in collum conice,*

Itaque adsimulato, quasi per urbem totam hominem quaesiveris!' Terentius in Phormione v. 844: 'sed ego nunc mihi cesso, qui non *umerum hunc onero pallio* 'Atque hominem propero invenire.' Eundem morem etiam imaginibus antiquis apud Wieselerum in monumentis scaenicis X 4 et optime XII 34 illustratum videmus, numquam tamen ad pedes pallium dependere properanti eiusque gressum adeo impedire cognoscitur, ut non concedam Buechelero cum nostri frusti sententia comparanda esse Enniana ex annalibus verba (v. 363 V.) eodem loco a Nonio laudata *pendent penicilamenta unum ad quemque pedulem* (calceum scil. *pedum* libri *quodque pedule* Scaliger: secutus sum Quicheratium). *Palliolatim* saltantes dubium non est quin item convolutum in laciniae formam pallium manibus gestaverint variasque ad figuras imitandas adhibuerint (cf. Frontonis ad M. Antoninum epist. de orationibus p. 157 Nab.).

138 *molichina* Harl. *anperinta* Par. P.

140[1] In Harl. post *paussimacho* sequitur lacuna, tum *et est toga.*

V. 142—148. Enarranda hic etiam aliorum restituendi cantici conamina, quibus margines textus onerare nolui. atque octonarios trochaicos continuavit Kayserus (ind. Monac. 1854 XXXIX n. 91) tales:

ís demum miser ést qui aerumnam suam [ípse] non quit
óccultare.
férre ita me uxor fórma et factis fácit, si taceam, támen
indicium:
quaé nisi dotem habet ómnia quae nolís. qui sapiet dé
me discet,
quí quasi ad hostis cáptus liber sérvio salva úrbe at-
que arce.
* * *
quaé mihi quidquid plácet eo privátum it [nec volt]
míhi servatum:
cúius dum ego mortem ínhio, iam egomet vívo mortuus
ínter vivos.

Septenarios Tittlerus annall. philoll. 1861 p. 143 sqq. edolavit hosce:

ís demum miser ést, qui aerumnam óccultare suám nequit.
férre ita me uxor fórma et factis, sí taceam, indiciúm facit,
quaé nisi dotem habét quae nolis. dé me discet quí sapit,
quí quasi ad hostis cáptus liber sálvaque arce sérvio.
quaé quidquid placet eó privato víro se servat únicam.

[*sive* quídquid placitumst *e. q. s.*]

dum éius mortem ego ínhio vivae, égomet vivo mórtuus. Convenit mihi cum Kayserο de v. 146, qui ut extat in libris optimis salvus atque integer est, corruptus autem anapaestis Fleckeiseni. ineptit Tittlerus, quem latuit simplicissima sententia: nempe dicit senex noster salva urbe atque arce Athenarum scilicet, libera atque incolumi civitate se solum servire, quasi captus sit bello. Versum *secundum* qualem exhibet Kayserus acciperem, si intellegerem. intellegi hoc vult: 'ferre ita me' (sc. aerumnam meam, ut nequeam occultare) 'uxor indicium facit, etsi taceam.' ubi primum aegre desideratur obiectum, quo tum demum carere facile possemus, si antecedenti quoque versu 'ferre' verbum legeretur. omnino vero tota sententia displicet: potest aerumnae indicium facere dici ipsa uxor, sed quomodo ferat vir talem aerumnam, non ipsa forma et factis prodit uxor. In *tertio* versu Kayserus dactylum *omnia*, item in *sexto* admisit *mortuus*. Praeterea illic *habet* ei transponendum fuit, in *primo* et inserendum praeter necessitatem *ipse* et *nequit* in *non quit* mutandum; in sexto *dum eius* duplici Gellii et Nonii testimonio firmatum temere mutavit: *quinto* inania interpolavit, quamquam ad sensum paulo aptiora quam quae praeierat Fleckeisenus *nec volt me servatum:* at profecto servari et vivere maritum voluit uxor, ut haberet quem exerceret atque cruciaret. Ego quidem transpositionem versuum 148 et 147 ut vitarem multa frustra temptavi: manet lacuna intolerabilis, eamque ipsam post v. quartum indicare Kayserus suis rationibus coactus est. Idem probe sensisse videtur, quam incommode initiis versuum et relativa (*qui, quae* 146. 148) et demonstrativa pronomina (*eius, ea* 147. 149) repetantur. contra

vide quam pulchre sibi respondeant illa 'servio salva urbe atque arce' (146) et 'inter vivos vivo mortuus' (147). iam ut enarret modo quid factum sit, planissimum transitum parat v. 148.

Multo audacior Tittlerus, qui nullum versum intactum reliquerit transpositis v. 1 *occultare suam nequit*, v. 3 *de me disces qui sapit*, v. 4 *salvaque arce servio;* deletis v. 2 *tamen*, v. 3 *omnia* (quod otiosum dicit!), v. 4 *urbe*, v. 5 *mihi*, v. 6 *inter vivos;* inserto *vivae* v. 6; pravissimo commento in v. 5 *privato viro se servat unicam.* adsecutus est tanta temeritate tres versus pessime in simillima *nequit facit sapit* exeuntes; tres pronomine relativo *quae qui quae* incipientes; eandem in v. 2 sententiae obscuritatem, quam admisit Kayserus; v. 5 quo spectet *quae* ut sit obscurissimum; ridicule denique additum v. 6 *vivae*, quasi quis mortuae mortem inhiet.

Buecheleri quoque coniecturas adlatas mihi, dum operae plagulas corrigo, suo loco quominus proponerem chartarum angustiae vetuerunt. neque enim potest in hac re sat commode iudicari nisi integro, quale quisque compositum fuisse apud se constituerit, carmine exposito. probatis autem Fleckeiseni in priore cantici parte anapaestis, in quibus pauca quaedam mutari vult, inde a v. 151 continuari per systema bacchicos iubet, haec ut totius loci forma evadat:

is démum miser est, qui aérumnam suam nón potis occultáre.
facere íta me uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen índicium.
quae mísi dotem omnia quaé nolis habet. quí sapiet, de mé discet,
qui quási ad hostis captús liber servió salva urbe atque árce.
quae míhi quidquid placet, eó *privat*, *privátum vult me sérvatum.*
dum *ergo* éius mortem inhio, égomet vivo mórtuus inter vívos.
éa me clam se cúm mea ancilla aít consuetum, id me árguit,

íta plorando orándo instando atque óbiurgando me óptudit,
eam utí venderém. nunc credo ínter suás aequalís *et*
cognátas
sermónem serít: 'quis vostrárum fuít integra aétatulá,
quae hoc
idem á viro impetrárit suó, quod ego anús modo effecí
paelice út meum
privárem virum?' haéc huic erúnt concilia hódie.
dífferor sermóne misere.

Ac verum quidem est anapaestos versuum 2 — 4 et 6 sat facili opera confici, nisi quod v. 4 numeri non aeque, sed multo magis elegantes trochaici habentur. at nimis meo quidem sensu argute in v. 2 *facere ita* virum vult, qui quod occultare nequeat patitur, in 5 autem hanc inesse sententiam statuit: 'privans ait' vel 'simulat me servatum', otiosum autem in 6 inseruit *ergo*. Ceterum anapaestos qui flagitat, hosce sibi habeto:

is démum miser est, qui aérumnam suam *núsciat occultáre*
foris. íta *mi* uxor forma ét factis facit, sí taceam, tamen
índicium.
quae nísi dotem omnia quaé nolis habet: quí sapiet, de
mé discet.

quamquam ad sententiae colorem et transitum cogitatorum parandum bene adpositi erant bacchei v. 145. At in reliquis certe trochaeos utique tenebo; nam in sexto ut *inter vivos vivo mortuus* contra libros ordinetur, vel adlitteratio et figurae concinnitas suadere videtur. Baccheorum ordines quos continuari Buechelerus iussit num meis numeris praestent iudicium aliorum auribus relinquo.

Menandri versus Hauptius in prooemio Berolinensi hib. a. 1855/6 ex parte emendare conatus est eorum, quae iam ante eum in proecdosi eodem modo correxeram, ut adsolet ubi vellicandi locus non est, inmemor. nam inter tria eius inventa (cetera enim iam a Meinekio restituta erant) longe optimum, quo in primi versus fine ἡ 'πίκληρος ἡ καλὴ scribitur, totidem litteris pridem in meo exemplari legebatur, ubi etiam Meinekii errorem quendam brevissime ut inter

doctos notaveram, quem ille multis verbis sibi refutandum esse putavit. In versu 8 iam Spengelius p. 41 vindicaverat quod spernere non debebam *τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον*, quibus sequentis versus principio Hauptius *ἔστιν* addidit. Versum 11 olim conieceram sic supplendum esse *ἑκκαιδέκα τάλαντα |ταλάντατον|*. Extremorum versuum sententiam hanc fere per corruptissimae memoriae nebulam dispicere mihi videor:

παιδισκάριον θεραπευτικὸν δὲ τοῦ δόμου
θᾶττον ἀπάγοι τις ἢ 'τέραν ἂν εἰσάγοι.

sic enim ultimum correxit Henricus Iacobi meus pia memoria colendus, quamvis librorum indiciis ne sic quidem omni ex parte satisfactum sit. accedit quod excidisse quaedam post v. 14 suspicor: nam hiant sententiae.

Ceterum varias Graeci textus scripturas ex proecdosi repetere ab huius libri consilio, quo non Menandri fragmenta edere animum induxerim, alienum putavi.

158. Ei qui interrogaverat 'sed túa morosane uxor quaeso est?' alter brevissime respondere fortasse potuit '*quam!*', scil. 'et quam morosa quidem!' sed tum nec ipse addidisset 'rogas?', quod sic nude interponi solet, nec alterum conveniebat quaerere 'qui tandem?'

163 *procilio* Par. P Bern. (non Basil.)

In Menandreis (fr. IV), quae ad fr. VIII adscripsi, v. 5 *ἐπαμφιέσαι* Meinekii emendatio novissima recipienda erat.

167 Nonii p. 155 *istuc* expunctis *is*, suprascr. *n* Harl. *nunc* Par. O

178 *ista ecaufest* Par. P, qua scriptura etiam clarius quam ceteris indicatur *si*.

181 *hospitium* etiam Harl. Par. P

190 *neque florem neque flocces* vel adlitteratione contra omnem mutandi libidinem defenditur. satis autem aperta sententia est: scil. vinum ipsum, liquidum et purum bibere volo, nec florem odorare nec faecibus inquinari.

197 *se eum* Nonii Par. P

Ad v. 215 laudare poteram Terentii Phorm. 686 'opera tua *Ad réstim res redit* mihi quidem planissume.'

217. Notabili exemplo Urbinas 307 in rectam emendandi

tem (ut ad nomen adludam) ac spiramina (non incendia) vana vomentem dirumque eius putorem descripsit, vivam Incubi mei (quem tamen numquam vidi) imaginem mihi reddere videntur. cui nunc in omne, ut spero, tempus vale dico: nam etsi non ita mihi ipse defuero, ut si quid bonae frugis prompserit nolim participare, at neque nomen eius repetere neque locum, ubi genio suo indulserit, indicare fas habebo.

Sed ad Varronem ut redeam, et certum est ei exemplo, quo vocum ab animalibus translatarum series concluditur, item ut superioribus auctoris et cuius sonus redditur animalis nomen praemissum fuisse, nec probabile, postquam paulo supra Sueius laudatus fuit, interposito Plauti versu eundem Sueium iterum inferri. Graecis autem, quos in Suetonio suo repetiit Reifferscheidius p. 253 sq., tractatibus, ubi *νυκτερὶς τρίζει* et *νυκτερίδα τετριγέναι* legitur, *trittiles* voces non inepte *ululae* tribui firmatur. nam Baehrensius cur maluerit *Suci a colubra* apud Varronem scribi nondum demonstravit. *serpentium* quidem Suetonio auctore est *sibilare* (*ἐπὶ ὄφεων συρίττειν* vel *συρίζειν*, *δράκοντος συρίττειν*). Poetae verba, quae ex prologo aliquo sumpta esse suspicor, quam lubricum sit restituere velle non dissimulavi. eo minus silentio premenda sunt aliorum conamina. longe enim a mea opinione discedit Buecheleri coniectura, qui totum locum emendari posse desperans octonarium iambicum proposuit hunce:

qua in ré neque in iudícium Aesopi néc theatri tríttiles

quod 'obloquaris, obmussites' interpretatur. Aesopum autem cum intellegat tragicum histrionem, a Iuventii poesi haec aliena esse statuit. praeterea quod legitur *tradede* probabili ratione *tragoediae* corrigi et praemisso *ita* in antecedentis versiculi fine poni iubet, reliqua Varronis esse arbitratur. quae num propius meis a vero absint penes acutiores arbitrium esto: persuadendi quidem vi vel ideo carent, quia nec lemma restituere nec initium sententiae, saltem ut intellegi possit, sarcire conatus est vir amicissimus; nam ipsum Varronem tam trunca dedisse prorsus incredibile.

Ceterum non alienum ab huius libri consilio est quam-

vis brevem eorum, quae musei Rhenani l. l. p. 181 sq. disserui, memoriam hic inserere. nam quae paulo supra locum modo tractatum in Varronis libro VII 104 leguntur, cum inter palliatae fabulae frusta (XVIII) olim receperim, nunc Ritschelio adsentior, qui Parerg. p. 30 Suevio sive Sueio vindicavit. sed sic emendanda esse demonstravi: *Suei ab irundine: irundo, tú* (vel *et tú*) *fritinnis saáviter*. Excerpta autem haec sunt ex *pullorum* carmine: cf. Varronis e saturis hendecasyllabum p. 235 fr. II R: *et pullos peperit fritinnientis* et Suetonii pratum p. 253 R: *'hirundinum fintinnire* (immo *fritinnire*) *vel minurrire*, quamquam alibi cicadae dicuntur fritinnire (etiam in anthol. Lat. n. 762, 35 R.), hirundines trissare vel trissitare (item in anthol. Lat. n. 733, 5. 762, 26 R.: cf. *χελιδὼν τετριβίζει, χελιδόνος ψιθυρίζειν*).

Apud TVRPILIVM v. 3 *acorem ducere audio* Quicheratius, inperite.

5 *amrscedat* Par. P

9 Olim delevi primum *est*, quod intra duos versiculos quater recurrit, ut trochaeos utrique restituerem, neque repugnare sermonis scaenici consuetudini nudum *da* exempla in Holtzii syntaxi II 285 collecta demonstrant. *sita*| *si ita* Bern. (non Bas.) indice Quicheratio.

13 Lemma ut ego constituit Quicheratius. *gracile* Harl.

14 *ut res ést gesta* vel potius *uti res géstast* (sive *res ut géstast*) flagitat Ed. Becker stud. I. 158

25 *demetrius sed iam* Par. P

26 *na nam* etiam Harl. teste Quicheratio. Non dissimilis in Sticho 345 inter Gelasimum et Pinacium sermo:

iándudum ego istunc aégre patior dícere iniusté mihi.
praéter hac si me ínritassis ‖ édepol essuriés male.

Perderet nostri responsi sales qui *dolebis* scribi vellet.

31 *digitulis* iam Passeratius. Cf. Plauti Bacch. 675.

32 *meos* Colb. p. 466 *parentes* Harl. Colb. *parente* Par. P p. 466

38 Non ignoro equidem *suum sibi* hoc ordine solere collocari, sed ea mente, ut artissime dativo possessivo pronomini adiuncto quod maxime proprium sit significetur: 'suo sibi patri' Plaut. Capt. prol. 5, 'suo sibi servit patri' 50, 'gnatum suum sibi' Asin. 72, 'cum suo sibi gnato' 825, 'suam sibi cognatam' Poen. prol. 97, 'tuus tibi servus' Bacch. 992, 'suo sibi suco vivunt' Capt. 79, 'telo suo sibi' Amph. 269, 'suo sibi gladio' Ter. adelph. 958, 'sua sibi fallacia' Plaut. Capt. 46, 'sua sibi pecunia' Pers. 81, 'mea mihi pecunia' Truc. III 2, 30, 'sua sibi ingenua indoles' mil. 632, 'suum sibi proscaenium' Poen. prol. 57, 'reddam suum sibi' Trin. 156, 'suam rem sibi salvam sistam' Poen. V 2, 123. diversa ab his aliisque exemplis nostri loci indoles est, ubi *sibi* ad praedicata 'esse indulgentem et diutinum' referendum est.

56 *quam* tuetur Studemundus.

57 *lubendum* Bern., non Bas.

61 *causarum* manus docta in Mercerianae pr. margine.

62 sq. Librorum auctoritas fortasse paulo pressius servatur, si post *diutius* illud *errari* compendio scripturae contractum statuamus ex hoc *sermocinari*. ad sententiam bene quadraret etiam *me sollicitare*. Sequentem versum sanum non esse et sententia difficilis ac dura et numeri clamant, sed lenius remedium nondum inveni quam ut interponantur quaedam, sic fere:

nec [excusare usque] esse suae parum obsequellae [apud nos].

65 Modo *át enim*, modo *at enim* pronuntiatur in comoedia, sed ut trochaicae mensurae paulo plura exempla sint: Plauti Bacch. 991 Most. 808 Men. 790 Pseud. 435. 641 Poen. 904 Pers. 832 Stich. 129 Trin. 806? Ter. Phorm. 487. iambicae praeter Naev. 59 haec habeto: Bacch. 1080 Poen. 653 Pseud. 538 Ter. hautontim. 699 eun. 381. utraque in eodem versiculo coniuncta est Poenuli 1186; *at enim volo hoc agas.* ‖ *át enim ago istuc;* eadem formula *at enim scin* iambica in Pseuduli v. 538, trochaica in eiusdem v. 641 invenitur.

66 '*Séd quis hic est* qui récta platea cúrsum huc con-

tendít suum?' Plauti Cist. II 1, 57: ergo *sól quis híc est* accentus non placent.

68 *uolo* Par. P

74 *gestantem* Aldina

77 *rus* om. Par. P

Ad 80 minus accurate adnotavi *nam* omnes libros exhibere: quid verum sit superior docet adnotatio.

81 *ut quam primum* Palat.

92 sqq. Responsi structura haec est: 'contendas, ut redempto senis pretio Phaedria tibi liceat redire' e. q. s. severitate scilicet patris Phaedria postquam ut Menedemi Clinia in hautontimorumeno compulsus est, ut relinqueret patriam (fr. I cf. III), vel ab hostibus in bello vel a piratis (fr. V) captus est. eum meretrix, propter cuius amorem pater filio iratus fuisse videtur, argento techinis quibusdam ab hoc impetrando e servitute redimere iubetur a servo, quod si perpetraverit, consuetudine amici denuo fruetur. ergo *Phaedriae* coniectura repudianda est. Interrogationis *ubi potestatem?* exempla reperies apud Heinsium ad Ovidii epist. V 150.

98. Servanda esse *ad nos certam* statuit Buechelerus, rectius etiam *duae* deleri; ceterum senarios audire sibi videtur, quorum alter ab initio mutilus sit, sed ut lateat *dubius* adiectivum. at mihi certum videtur lembos dici non potuisse ratem adcelerare: immo ad ratem adcelerarunt lembi, ut caperent. estque illa ipsa corruptela *nos certam* pro simplici *nostram* ut compendio scripturae male intellecto orta in Nonii libris admodum frequens. Femininum genus *lembi* vocabulo, quia ad naves pertinet, adhibitum est, quamquam masculino et apud Graecos et apud Plautum Merc. 193 aliosque Latinos usurpatur. ita 'Centauro magna' Vergilius Aen. V 122, ubi vide Servium (cf. Neuius gramm. I 669). accedit disertum Prisciani p. 658 P testimonium non praeteritum a C. L. Schneidero gramm. II 54: 'sciendum tamen quod vetustissimi in multis . . . inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate', ubi inter multa alia *lembus* adfertur. Audaci et inutili transpo-

sitione Quicheratius senarios *lembi redeuntés domum Duo nóstram certatim accelerarunt ad ratem* distribuit.

99 *me unius* etiam Montisp.

104 Navicularium Phaonem puella osculatur, quam conspiciens ambitiosus amator haec exclamat. ergo neque *illum*, quod omnes, neque *illaec*, quod plerique libri deinde praebent, probari potuit: in meo textu *illa* interpretor quae committit facinora inpudica, *haec* ad puellam praesentem refero.

105 *Longe* de loci distantia usurpatum non eo sensu, cuius exempla aliquot Hauptius nuper in prooemio Berol. 1872 aest. p. 7 composuit, scilicet ut significet 'e longinquo', sed sic 'longo abhinc spatio' intellegendum. plane eodem modo Martialis I 86, 6 'tam longe est mihi quam Terentianus' et Plautus Rud. 1034 'ubi tu hic habitas? ' porro illic longe usque in campis ultimis', et quis non? Interroganti responderi videtur *eccum isti ílico*. non sat intellego quae Buechelerus librorum premens auctoritatem scripsit: *sed quám longe est, cum isti ílico?* comparato quidem Plauti Rud. 266 'ílico hinc ímus hau lóngule ex hóc loco', ut in nostro quoque exemplo *isti* interpretari videatur 'ivisti', et tamen perverse interpretari Nonium ipse verissime animadvertit. ego *isti ílico* etiamnunc ut olim idem valere censeo quod apud Ennium in tragoedia v. 303 'ilico isti', duplici scilicet adverbio acriter demonstrandi causa posito. olim *quam longe est cum* ad temporis longinquitatem referebam, neque id sermonis natura omnino vetabat, sed quam inesse statuebam Thyesteae illius execrationis parodiam quandam minus in Phaonis persona aptam esse nunc sentio. Semel apud Nonium excidisse *ílico*, cum et Turpilii verborum ultimum esset et lemmatis novi primum, iam Acidalius viderat.

106 Fortasse *ne me attigas, apage aufer Manum* scribendum est. Novum attigandi verbum indagavit criticorum qui sibi videtur princeps, qui nuper rescribi 'ocius' scilicet iusserit: *ne me áttiga atque aufér manum.*

Atrociter repulsus *heia quam ferocula est!* inquit ut in Casina v. 710 Olympio 'obsecro ut valentula est!'

110 Incredibile est quod Bergkius statuit, in suavissimis

his et elegantissimis versibus per vulgaris sermonis scabritiem poetam 'mi cupiditas' vocativo casu pro *mea* sine ullo versus vel sententiae commodo intulisse.

112 *limasset* etiam Montisp. *limassit* Par. P: verum autem ed. a. 1476 exhibere videtur *limasses*, quod ipsum in Caecilii qui proxime antecedit v. 140 Harl. W Par. P praestant pro eo quod in hoc quidem verissimum est *limassis* facili librarii errore.

121 sq. Adlitteratio nisi esset, iure dubitari posset an non *tumultu uecordi uagas* praestaret, ut semel ipsi Nonii codices exhibent.

123 *hortari* Harl. Montisp. Par. P

124 *celarent* Par. P, *cederent* Dan.: ex Harl. *celerent* enotavit Quicheratius.

126 *tristitatem* etiam Guietus.

127 Frustra Muellerus in prosodia Plaut. p. 56 formulis *sátius est*, *mélius est* in exitu versuum usitatissimis demonstratum ivit, nusquam non apud Plautum comparativi terminationem in *us* brevem esse: diversa enim aliarum locutionum atque caesurae ratio est, nec eripi nobis patiemur exempla huiusmodi: Men. 327 'proin tú ne quo abeas *lóngius* ab aédibus'; Most. 326 'cáve modo né *prius* ín via accumbas.' atque etiam in Trinummo v. 247 Ritschelius nunc 'iam *ámplius* órat' cretice dimensus est (cf. Buechelerus annall. philoll. 1869 p. 488). de Turpilio sane eiusque aetate multo maiore iure dubitatur, qui tamen cum sermonis certe colorem multo vetustiorem Terentio prae se ferat, in metiendis quoque vocabulis hic illic antiquam rationem retinuisse potest.

129 sqq. Grautoffii coniecturas probat Ed. Becker stud. I 142, nisi quod *cum agit alias res* scripsit.

131 *qua fiala vini* coniecit Quicheratius.

145 *comparce* Harl.

149 Nec ipsum *dispoliandi* verbum nec *dispoliare rem* pro eo quod est dissipare, disperdere exemplis quantum scio satis firmari potest: nam etiam Apuleius in apologia c. 76

p. 87 K. 'pudore *despoliato*', non *dispoliato*, ut in libris legitur, scripsisse putandus est. ac nostro quoque loco prudentius videtur, quamvis *dis* praepositio per se apta sententiae videri possit (cf. supra ad Naevii v. 57 disputata), commendatam bonis libris *despoliasti* scripturam recipere. castigans nimirum pater filium luxuriosum 'meam' inquit 'rem tua libidine deminuisti', ut iam nihil fere relictum sit. *dispolasti* non coniecissem, nisi tum etiam Nonii p. 480, 12 non doctrinae, sed testimonio aliquam fidem habuissem. *dispolare* scilicet verbum aliquod ad illius *interpolare* similitudinem factum mihi fingebam, atque ut hoc in fullonum officina videtur ortum esse, ubi interpolabantur, h. e. refingebantur sarciebanturque vestes, sic sensu contrario *dispolari* dici potuisse quae in singulas lacinias discerperentur coniciebam. sed tam vaga suspicio cum in sola Nonii auctoritate nitatur, cuius exempla ut alienissima ab illa interpretatione, ita e libris corruptis manifesto excerpta sunt, abieci totam ariolationem. Ceterum apud Lucilium lib. XXVI (Non. 97, 6) librorum scripturis *depeculassere* et *depoculassere* aperte indicatur *depoclassere* forma, in alterius versus exitu *depopulassere* conicio.

152 Mensuram *hōdie* producta vocali *o* a Plauto certe nondum ubique vitatam fuisse Buechelerus de lat. decl. 52 statuit et adversus Ritschelium (nov. excurs. Plaut. I 91 sqq.) firmare studuit annall. philoll. 1869 p. 487. cumque diserto Marii Victorini testimonio tradita sit longior *hocedie* forma, quam tamen scio non mihi tantum dactylis magis quam scaenicis numeris commodam videri, quidni brevior sive *hoc die* sive lenior *hō die* (ut *hi iacet* in titulo CIL II n. 3244) aliquando admissa fuerit? certe praeter illos locos, ubi aut *hōdie* aut *hocedie* formis in versu opus est, restant qui non minus facile hanc quam propositam a Ritschelio *hodied* ferre videntur. Turpilio vero quid hac in re etiam licuerit decernere nemo facile audebit. Attae exemplum v. 4 sq. propter personam mutatam ambiguum est.

153 *siem* Quicheratius receptis ceteris ex ms. Fabri.

154 In anapaestis, quos in adnotatione proposui, non commendavi, *quidnam* pro simplici *quid* legendum est.

157 sui] *uiri* Mercerus.

162 C.F.W.Muellerus quod coniecit *famae ac flagiti* haud infitiandum est commendari Ciceronis ep. ad Att. XVI 7, 4 exemplo 'meum factum . . . flagitii scilicet plenum et dedecoris.' quamquam minime constanti usu in scaenica poesi genetivus cum verbo *opplere* similibusque (cf. adn. ad Afranii v. 161) coniunctus est: Plautus Pseud. 588 'participes meos praeda onerabo atque opplebo', Amph. 251 'telis conplebantur corpora', Casin. I 33 'ego te inplebo flagris', Naevius 136 'animum amore capitali compleverint', Aquilius 8 'oppletum oppidumst solariis', Ter. haut. 306 'lacrimis opplet os totum sibi', qui 'explere' numquam non cum ablativo construxit (cf. Accius 323): Ennius trag. 53 'navibus complevit manus litora' (cf. ann. 310).

164 *nuptias abicci iniquos nuptias abiecí amicos* Par. P

166 *crepa* coni. Quicheratius.

177 sq. Meretriculae interroganti *qui prorogem meas fortunas, mater?* hanc respondere fingit Buechelerus: si amatores, qui tua causa huc veniunt, despoliaveris. sed *prorogare* augendi et amplificandi notione quis dixerit non reperio. ac fortasse ipsum quod libri tradunt *gemmeas* retinendum est.

181 *locus* Bern. (non Bas.)

182 *uidere mi* clausulam Buechelerus ita defendit, ut pro uno verbo esse moneat per enclisin conexa conl. v. 196 et Varronis sat. 45 'ignorasse me.' tamen Terentium e. c. video non sic scripsisse eun. 730 'vah quanto nunc videre mi Formósior quam dudum!' sed 'formosior Vidére mihi'; et hautont. 59 'quod míhi videre praeter aetatem tuam Facere', non 'quod praéter aetatem tuam videre mi.' contra *soles, solet, ut solet,* similia in exitu versus frequentia. cur igitur istam clausulam, cuius geminum, ut in tam solita formula expectes, exemplum desidero, poeta noster alteri sollemni fere praetulerit?

188 *dextra accubui* coni. Lipsius.

V. 196 sq. septenarios iambicos esse existimat Buechelerus, priorem sic *excidít mi* concludens, in alterius caesura hiatum

tolerans et in fine plerorumque librorum *conlocauram* seruans. eosdem septenariorum fines probat A. Luchs stud. I 73.

205 *transileonem* et 207 *traseleone* Par. P, 211 *treseleone* Harl.

205 Praefero nunc quod ante Bothium vulgabatur: *non ést mediocris [haéc] res neque vulgária.*

208 *interducere* Bern.: an *interdeicere?*

212 *conloquium* Harl.

Inter ANONYMA palliatae fabulae frusta H simile est Plautinis Cistell. II 3, 73 sqq. 'est grávida facta, priusquam peperit filiam. Eam póstquam peperit, iussit parvam proici. Ego cám proieci et alia mulier sustulit.' ut illic Lampadio, ita hic quoque qui loquitur impatienti diligentia tardiusculum vel stupentem edocere videtur.

3 Melius hoc laesae in *advenit* positionis exemplum attulisset Muellerus prosod. 285 quam alia.

V. 9 nescio an corrigendus sit hunc fere in modum: *nam quíd modi facturust ísta denique?* ut librarius quod infra eodem loco legitur *risu* supra praesumpserit.

12 In fine supplere poteram *suam:* integrum reddere mutando *quálem delicatus iste* non audeo.

22 Cf. A. Luchs stud. I 70

25. Dubium est utrum is qui loquitur *senserit locum,* quo devenit, vinnulum esse, h. e. ad labyrinthi modum perplexum atque insidiosum, an ut orationem vinnulam Plautus dixit, hominem sive sermonem *sensilocum*, h. e. blandilocum et incelebrosum.

P. 116 ima lege: *praecludere uidentur.*

V. 32 *Colligari* nuptiae quidni dicerentur? si quidem 'coniugia nuptae . . ligant' in Senecae Herc. Oet. 457 et 'artior . . colligatio est societatis propinquorum' Cicero de off. I 17, 53 scribere non dubitavit; ne moneam in coronae mentione multo etiam aptiorem vinciendi et nectendi quam *iugandi* vocabulum fuisse.

37. Ciceronis verbis 'ut nihil ei constet *quod agat*' qui

uti velit, possit in fine versus addere *nec quid agam sciam* (vel *scio*).

46 sq. Fleckeisenus quoque in annalibus suis philologicis 1872 p. 365 adn. traditum *non* in *nonne* mutare veritus in seri post 'quas' sive *quando* sive *forte* mavult, ut hic versus exoriatur:

nón tu scis, si quás [quando s. *forte] aedes ígnis cepit ácriter*

Possis etiam *semel* inter *scis* et *si* inserere. Item Studemundo adsentior v. 53 *non patus* recipiendum esse. A. Spengelii de particula *nonne* libellum aegre fero numquam mihi in manum venisse neque adhuc parabilem fuisse.

50 Lacera Charisii verba Aemilius Baehrens annall. philoll. 1872 p. 365 sic transponi iussit: '*aegre.* idem in eadem: *aegre faciam filiis.* subaudiri debet verbum ut *sit* aliter Plautus' e. q. s. ut eiusdem poetae et fabulae hoc frustum fuerit, cui v. 46 sq. debentur. sed qualis in codice legitur grammatici explicatio 'subaudiri debet verbum, ut sit aegre' per se optime habet; plenius enim enarratur sententia: 'faciam ut sit aegre filiis.'

55 Non quia per se non rectissime dicatur *miser labor* ut misera cura ambitio cupido, alia, sed quia ab huius sermonis indole et comicae dictionis consuetudine alienum videri potest, dubito num *meus* vel *mis* praeferendum sit.

58 *Immo certe* sic coniuncta tuetur Terentius eun. 812 'credin? ‖ immo certe: novi ingenium mulierum.' sententia probabilis vide an haec futura sit: *inimíci causam? immo certe potior es*, ut hic quoque per inrisionem quandam ultro detur adversario potiori esse inimicis, quorum adversus eum machinae nil valeant. quod in textu posui *in amici causa es* (ubi tamen interrogandi saltem nota addenda) defendi possit Ciceronis pro Marcello 1, 2 verbis 'vehementer angebar virum talem, cum in eadem causa, in qua ego, fuisset, non in eadem esse fortuna' hac scilicet sententia: quod te in eadem causa esse dicas, in qua amicus tuus est, scil. ut ipse ab adversariis accusatus et periculis circumventus sis, respondeo te tamen illo potiorem esse; ergo et te et illum defendere debes.

59 *oppono* si Buechelero auctore scribes, sane nil miri aut rari in commutationis figura relinquitur, cum quod in nostro textu est *me* pro *te* non possit nisi iocandi quadam audacia et argutia vel explicari vel excusari. alterum, quamvis paulo diversum commutationis illius exemplum habes in Amphitruone v. 598: 'neque . . credebam primo mihimet Sosiae, Dónec Sosia *egomet ille* fecit sibi uti crederem.'

60 Negat pater quidam (vel mater) se in domum ut nurum recepturum esse puellam, quam ab alio iam vitiatam esse comperit: respondet filius, tamen cum infelici quodam casu oppressa, vi coacta (ut fit in fabulis) fuerit, auctor flagitii ignotus effugerit, ipse autem postquam diutina consuetudine et morum integritate adductus amare eam consueverit eique coniugium promiserit, animum inducere se non potuisse, ut cum gravidam esse sero cognovisset, solam relinqueret (neque hic necesse erat traditum *relinqui non potuit* mutare). at iratus pater rursus ingessisse videtur *non perpetiar* (scil. eam in domum meam venire): *non istam* vel *non ego istam perferam*. nam sic, ni fallor, satis commode locus restituitur. similis igitur causa eius quae in hecyra agitur, sed contrariae filii et patris rationes. Uni omnia Buechelerus adulescenti tribuit, qui cum servo loquatur: in verbis autem ab eo propositis typothetae culpa *reíci* pro hoc quod ille volebat *réici* expressum est.

85 sq. Non repudio septenarium quem fecit nescio quis: *tántum gratiae te demere, adicis quantum morae.*

Contra v. 87 qui *impetrare quod nevis* commendavit, suum sibi teneat hiatum, quo mihi vel *quód impetrare* correpta *in* syllaba tolerabilius videtur: in exitum versus nunc *non velis* quod olim conieci reciperem.

89 Mutilum ab initio talem facit A. Luchs stud. I 70: *sát celeriter fit, quidquid fit sátis bene.*

92 Cf. idem p. 73.

Palliatae fabulae reliquiis adiuncta incertorum poetarum frusta ita olim ordinaveram, ut praemissis quae diserto testimonio vel adeo Graecorum nominum locorum morum indicio

palliatae generi vindicantur (I—XV, quibus accedunt XVI. XXIV. XXVI? XLII. LXIV. LXXI. LXXIX), adderem quidquid praeterea comicum colorem prae se ferre videretur neque manifesto vel ad togatas vel ad Atellanas vel ad mimos pertineret, quamquam decernere nihil de origine horum locorum volueram. Quorum in ordine constituendo sententiarum et notionum quandam similitudinem plerumque secutus eram. consultius quidem fuerat, si vel testium singulorum iuxta posuissem exempla vel ipsorum testimoniorum genera subtilius distinxissem. sed nunc partim expulsis quibusdam fragmentis partim novis additis totum contextum solvere si instituissem, et index verborum hac in parte plane de integro retexendus fuisset, nec ad veteris sylloges numeros ullo modo quadraret haec altera. ergo servavi quantum quidem fieri poterat antiquum ordinem. Aliter, si integra res esset, uno conspectu complexus essem e. c. versus a Charisio laudatos (qui nunc sunt fr. III. XXXIV. XXXVII—XLIII. LVII—LIX. LXXVII), praeterea si quae in sermonem nullo indicio facto videntur inserta esse poetarum verba, maxime in Ciceronis epistulis (quo pertinent fr. XX apud Frontonem, XIX. XXI. XLVI. LIII in Ciceronis ad Atticum, XXXVI praeter XXVIII—XXX in eiusdem ad familiares epistulis, et LIV in oratione Caeliana); tum Senecae ceterorumque ex ordine testimonia.

Ceterum frustra in sylloge nostra et *γνωτὸς κοὐκ ἄγνωτος* iste et Bootius quaerent quem alter suo acumine, alter a Perlkampo monitus in Ciceronis ad Atticum epistulis XIII 52, 2 indagasse sibi visi sunt senarium ab illo sic restitutum *amábo te* (vel *tete*), *eodem ád me cum revórtere*, ubi hiatus *tad* scribendo paulo melius vitari poterat: ridicule Batavi *chodum ad me* voluerunt. sed neuter animadvertit futurum esse *revertere* in simplicissimo popularis confabulationis dicto, quo Cicero usus est scribens 'hospes tamen non is cui diceres *amabo te, eodem ad me, cum revertere*, semel satis est.' atqui haec ultima quoque poetae esse videntur Bootio! qui vereor ne in altero quoque epistularum corpore similia plurima comicis vindicaturus sit, velut quod Trebatio Cicero (ad fam.

VII 16) scripsit: 'cui tamen dixi, cum me aliquotiens invitaret, *oro te, quis tu es?*' em septenarii initium. Nam in eiusdem epistulae initio cum haec antecedant: 'in equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt; tu tamen, mi vetule, non sero. primum illas *rabiosulas sat fatuas* dedisti; deinde quod in Britannia non nimis *φιλοθέωρον* te praebuisti, plane non reprehendo' etiam CFWMuellerus Kaysero persuasit verba *rabiosulas sat fatuas* poetam nescio quem suppeditavisse, quamquam poeseos nec volam nec vestigium ostendunt. Nec magis adsentior Schneidewino, qui in his (ad fam. VII 9, 3) 'Cn. Octavius est an Cn. Cornelius quidam, tuus *familiaris, summo genere natus, terrae filius*' quae litteris cursivis distingui curavi, septenarium comicum agnovit (Philol. III 132), quem adsumpto *tuus* pronomine etiam in octonarium extendere poterat.

Expuli adeo quaedam Ciceroniana, quae cupidius in procedosin receperam. Tunstallo enim crediderami, cum frustum hoc *da te ín sermonem et pérseca Et cónfice excitá compelle lóquere*, parum illud quidem numerosum, ex ep. ad Atticum XIII 23, 3 expiscarer (olim inc. inc. XXXIV), qui locus sic restituendus est: '*quare da te in sermonem et persta et confice et ita cum Polla loquere, ut te cum illo Scaeva loqui putes*', in quibus *et ita cum Polla* ex vetere codice Lambini Bootius et Kayserus recte ediderunt; *persta* mea coniectura scripsi ad horum '*urge insta perfice*' (XIII 32, 1) similitudinem; atque idem *perstant* in Luciliano versu p. 129 excerpto scripsi (nam *restant* scriptum extat), quamquam non intercedo si cui hic *instant* probabilius videbitur. Scaeva non dubitandum quin idem sit, cuius XIV 10, 2 mentio fit.

Item CFWMuellero (prosod. Pl. 452) concedo non me debuisse Vatinii in epist. ad fam. V 10, 2 verba '*omnia mehercle cupio quae tu mi imperas*' pro senario vendere (olim inc. inc. XXII). Nec illa quae de oratore III 40, 162 leguntur '*Syrtim patrimonii* scopulum libentius dixerim, *Charybdim bonorum* voraginem potius' sat certum est ad comoediam, quo olim aliis frustis scaenicis in eodem capite commemoratis adductus rettuli (olim inc. inc. XXXVII), spectare,

quamquam Aristophanis eq. 248 *φάραγγα καὶ χάρυβδιν ἁρπαγῆς* exemplo haud dissimili demonstratur potuisse illa a Latino quoque poeta optime usurpari: sed vituperat Cicero oratoris potissimum audaciam, oratori igitur non minus tribuenda sunt quam quae statim secuntur 'morte Africani castratam esse rempublicam' et 'stercus curiae.' Usitatissima in comoedia formula usus est Cicero cum ad Atticum XV 4, 3 '*quem di mortuum perdant*' scripsit, nisi quod *mortuum* acerbe ipse addidit: inter reliquias tamen comoediae (olim inc. inc. XLIII) ne haec quidem inserenda erant.

Nec minus temeraria suspicio, qua unicus numerorum mensor Iubae dictorium a Quintiliano VI 3, 89 sic narratum 'qui querenti quod ab equo suo esset adspersus *quid? tu*, inquit, *me hippocentaurum putas?*' quia scilicet aliquot pedes iambicos implet, comicae scaenae vindicari voluit. At vero paeniteret sane, id quod idem bis adeo non sine suetis condimentis arguit, neglectum a me genuinum senarium *vinám precemur: nam hic deus praesóns adest*, quem Diomedes p. 458 K., Donatus p. 400 K., Pompeius p. 307 K. laudaverunt, nisi fugisset infallibilem ceteroqui hominem Servii ad Verg. Aen. I 724 testimonium, quo Plautus auctor perhibetur. Nec magis Ottoni Seyffertо credo, qui in Philol. XXIX 409 ex Ammiano Marcellino XV 13 ('abiecte ignavus et, ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam') novum produxit senarium *arté despecta furum rapiens propalam* probavitque C F W Muellero (add. ad pros. 4). at enim Ammiano videtur, id quod iam Valesius statuit, ex Plauti Epidico locus menti obversatus fuisse, ubi inter servos duos hic sermo habetur (I 1, 10): *mínus iam furtificás sum quam ante hac.* ‖ *quíd ita?* ‖ *rapio própalam.* Atque eidem relinquendum esse censui frustum quod apud Festum Pauli p. 28 M. legitur '*anginam vinariam habere* dicuntur qui vino suffocantur.' nam et haec et vicina ex Plauto excerpta esse olim demonstravit Bergkius in censura Festi ab Od. Muellero editi inserta in ephem. litt. Halensibus a. 1842, cuius ignarus fuit qui in Ritscheliana ad Trinummi ed. 2 praefatione p. LXVII de vocabulo *angina* disseruit.

Et quoniam in eo sum, ut infirma coniectura ad comoediam relata fragmenta perlustrem, ne illa quidem praetereunda sunt, quae cum in scholiis Veronensibus ad Verg. Aen. IV 146 teste Herrmanno sic corrupta extent 'Asper: pictos, stigmosos, ut pictos Gelonos. in *Protesilaodamia fac papyrin haec terga habeant stigmata*' (cf. trag. rel. p. 116), Carolo Dilthey in libro de Callimachi Cydippa scripto p. 59 ex comoedia aliqua Protesilaodamia hausta esse visa sunt. sed tale aut nomen aut argumentum cum in nullo Romanarum fabularum genere reperiatur, multo probabilius *Laevii* carmen a scholiasta laudari statuemus. cuius fr. 23 M. ('num quaepiam alia de Ilio' e. q. s.) ad illorum 'haec terga h. st.' numeros fere quadrat, nam quae antecedunt emendanda sagaciori relinquo. quamquam a tanta metrorum varietate, quanta Laevii poematia fuerunt insignia, ne senarium quidem alienum fuisse putaverim talem fere

age fác purpurea istaéc terga habeant stígmata.

nec nego his in aliqua comoedia (modo ne Protesilaodamia fuerit) posse locum fuisse. *Laevii* nomen post *Gelonos* inseri nescio quem in mus. Rhen. XXIV 634 iussisse sero video.

Addo denique Sauppium nuper in ind. philologico Leutschii a. 1871 p. 184 ex Apulei metam. II 23 'ineptias, inquam, mihi narras et nugas meras' senarium effecisse *inéptias mihi nárras et nugás meras*, quem scriptor ille nescio an invitus effuderit.

Senecam in epistulis certe e *mimis* potissimum, qui eius aetate regnabant in scaena, prudenter dicta excerpsisse cum eo probatur, quod laudatae ab eo aliquot in codicibus, qui Publilii Syri sententias continent, reperiuntur (2. 234. 236. 250. 286: cf. fr. LXV. LXVII. LXIX. LXXIII), tum ipse significat, ubi *sordidissimum plaudere* ad illos versus narrat (ad fr. LXVII). ergo sat probabile saltem fr. LXVI et LXVIII uno quasi spiritu inter hos commemorata ad idem genus pertinere. ubi tamen *comicum poetam* (LXIV) vel *comicum* (LXXI) appellat, inprimis de palliata fabula cogitandum erit.

Contra *Cicero* quamquam in epistulis non abhorruit a mimi commemoratione, tamen in scripto philosophico nec

Laberium nec Publilium *sapientis poetae* laude extulisset, qua cum prae aliis Ennium suum impertiat, ne Naevii quidem aut Caecilii sapienter dicta aspernatus est. itaque alienum a mimo habeo fr. LXII: respici autem a Cicerone simile Plauti Trin. 363 dictum 'nám sapiens quidem pol ipsus fingit fortunam sibi' rectissime negavit Ritschelius.

Suum sibi praeterea locum postulant *proverbia* et *dicta popularia*, quae possunt vel ab ipsa scaena in vulgi memoriam atque os abiisse vel vice versa e populi sermone a scaenicis poetis adsumpta et in numeros redacta (ut Plautinum illud in cives inmoenes Trin. 350 sqq.) vel e certorum auctorum, poetarum quoque scriptis a recentioribus repetita vel adeo carminibus a nescio quo apte conclusa, numquam tamen ab ullo poeta adhibita fuisse. si quae autem poetas auctores habent, sunt praeter scaenicos alii eisdem numeris usi, velut Lucilius. Iam ut *Livii Andronici vetus dictum* (v. 8) Terentius non nominato auctore militi suo tribuit, ita *verbum vetus* a Plauto laudatum inter comoediae frusta (inc. inc. fab. LXXX) rettulimus. Etiam Graecum exemplum adhuc extat eius senarii, quem cum olim inter Syri sententias ediderim, Woelfflinus ad spurias reiecerit, nunc ego in appendice sententiarum v. 178 posui: *amici mores noveris, non oderis*. translatus autem est barbarus versiculus, si Nauckium sequimur, e corrupto Graeco; quamquam, si tam ineptus esset, ut illi videtur, mirum esset quod tamen apud vulgus in proverbium abiit. ut mihi Schenkelii (Philol. XXI 545) coniectura magis placeat, qua e Latinis Graeca facta, ab aliis autem postea variata fuisse statuitur. diciturque apud Frontonem *ἡ τῶν Ῥωμαίων παροιμία*. itaque in palliata quidem, ut quae e Graecis pendeat auctoribus, versiculo illi locum concedere ausus non sum, quem etiam nunc sentio Publilianum potissimum colorem prae se ferre. Item et Graecam et Latinam formam popularis dicti illius tenemus, quod Arnobius adv. nationes V. 21 his verbis memoravit: 'auctorem aliquis desiderabit rei. tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens: *taurús draconem genuit et taurum draco;*' Iulius Firmicus

autem de err. prof. rel. p. 426 Gr. tale: *ταῦρος δράκοντος καὶ δράκων ταύρου πατήρ.* Eisdem cantilenis popularibus reliqui etiam senarium, quem 'Verrii Flacci libro primo rerum memoria dignarum' usus Gellius IV 5 laudavit *malúm consilium cónsultorí péssimum est:* expressus ille, ut Verrio Flacco visum, ex Graeco Hesiodi est OD. 266 *ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη*, cantatusque a pueris urbe tota, quod in Etruscos aruspices male consulentis de fulgure piaculis luendo animadversum fuerat. de quo supplicio cum in annalium maximorum libro XI traditum fuerit (cf. Peteri prolegg. p. XIIII. XXIII), quo tamen anno factum sit nescimus. et tamquam populi, non poetae scaenici dictum Varro quoque de re r. III 2, 1 eundem versiculum commemorat ('*quod dicitur:* malum' e. q. s.). Sed adhibiti etiam in scaena carminis publici exemplum Plautus praebet in Casina III 1, 10 'séd facito dum memoria per volgus quod cantant colas: *cúm cibo suo quique facito veniant quasi cant Sutrium*', ortum autem proverbium esse Gallico tumultu Festus p. 310 M. narrat.

Ambiguum est iudicium, sed tamen ut populum potius quam poetam audire mihi videar, de *dicto*, quo Varro utitur inc. inc. fab. LXIII.

At non facile in dubium vocari poterit *versus antiquus* a Festo laudatus (inc. inc. fab. L), cuius ne absoluta quidem est sententia; etiam *vetus* illud, quo Cicero utitur (inc. inc. fab. LXXV), comoediae visum est convenire. Porro *verbum publicum* quod dicit Seneca (inc. inc. fab. LXXII) in sermone aliquo prolatum fuisse *postea* voce proditur. Numeris a poeta aptatum esse *vetus* illud *proverbium* apud Ciceronem et Ammianum (inc. inc. fab. XLIX) brevior apud Quintilianum forma probabile reddit, atque ad idem genus pertinet senarius Augusto familiaris (inc. inc. fab. LXXIV). Dissolvit numeros Cicero *pervolgatissimi* illius *versus* XXII, et *veteris laudatique*, ut ait in Catone 10, 32, *proverbii*, 'quod monet mature fieri senem, si diu velis senex esse', in quibus latet senarius huiusmodi: *senéx mature fías, ut manéas diu* (nam parum elegantes trochaeos Fabricius inter 'sententias mimis

Publii similes' v. 462 rettulit). Nec difficilius in numeros concluditur quod apud Petronium c. 42 aliquis usurpat dictum: *muliér quae mulier [ómnes] milvinúm genus.*

Ex commentario aliquo, Plautino fortasse, hausta videntur *proverbïa* apud Festum (inc. inc. fab. XXXI. LI). Contra eo quod *vulgo receptum 'ubi amici, ibi opes'* in Truculento legitur, non probatur iuxta adpositum a Quintiliano V 11, 41 '*conscientia mille testes*' item in comoedia locum habuisse: temere igitur olim inter eius reliquias inserueram. Nec magis agnosco scaenicum, quem fuit qui odoraret, spiritum in *vetere adagio* illo, quod Gellius praef. 19 commemoravit, *nihíl cum fidibus gráculo, nihíl cum amaracinó sui*, quod certe in Varronis saturas non minore iure inseri poterat. Addo alia non minus futtili coniectura ab eodem comoediae oblata: senarium *non cóntinetur intra pelliculam suam* e Porphyrionis ad Hor. serm. I 6, 22 verbis protractum, *versum veterem*, quem *in carminibus* esse Varro in vita populi Romani narravit teste Nonio p. 21, 9: *síbi pastores lúdos faciunt córiis Consuália* (quae e rusticana nescio qua cantilena videntur sumpta esse); denique '*tritum populi sermone proverbium*' quod Hieronymus epist. I 340 M. servavit *accéssit huic patellae dignum operculum*, translatum scilicet e Graeco εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα. Cretici qui apud Nonium p. 287, 8 in loco lacunoso quasi Lucilii leguntur *dívidant dífferant díssipent dístrahant* ad quod carminum genus referendi sint plane incertum.

Popularibus dictis commode adiunguntur qui in *parietibus Pompeianis* inscribillati leguntur versiculi partim sententias communes, partim petulantiam et lasciviam exprimentes, ex quibus elegi et appendicis instar adiunxi p. 130 qui scaenicam hilaritatem spirare viderentur. nolui, ut consentaneum erat, in hunc ordinem admittere qualia extant apud Zangemeisterum n. 1597. 1882. 1884. 1899.

Nec persuasit mihi Fröhnerus (Philol. XXII 331 sqq.) calculum illum inter viatorem et coponem, qui in ectypo Isernino (Mommseni IRN n. 5078) insculptus est, septenariis trochaicis compositum et ex comoedia nobili repetitum esse.

extrema quidem verba *iste mulus me ad factum dabit* (h. e. ad mortem dabit interprete Buechelero mus. Rhen. XXVII 132) ex vulgi ore videtur viator mutuatus esse.

Omitto ficticium titulum Or. 4813 (cf. Buechelerus mus. Rhen. XXVII 140): *uixi dum uixi bene. Iam mea peracta, mox uestra agetur fabula. ualete et plaudite.* unde praeter exitus senariorum duos facile est integrum versiculum hunc fere efficere:

mea iám peracta véstra agetur fábula.

Etiam ex *saturis* tam Lucilii quam Varronis laudantur quae comici sermonis speciem vel reddant ingenuam vel imitentur. haec in unum collegi, non qui sponderem sumpta omnia ex certa certi poetae comoedia esse, sed ut quid huius generis lateret in reliquiis istis facile posset perlustrari et in usum adhiberi. Imitatur prologum *Varro* quattuor illis senariis *vosque in theatro* e. q. s. (vide p. 128). Olim inter ipsas comoediae reliquias recepi fr. LXXIX, cui addi potest LXXXI. Ex *Lucilianis* huius generis, quae nuperrime Franckenus Coni. crit. ad Lucilii decadem II et III p. 8 sq. data opera pertractavit, praeter ea, quae supra vel recepi vel tetigi (vide quae ad Caecilii Hymnida monui), tria frusta satis habui p. 129 notare: *caede ostium, Gnatho* e. q. s., *Gnatho, quid actum est?* e. q. s. et inc. inc. fab. LXXXII. At vanissima ariolatione doctus vir supra laudatus Coni. crit. a. 1871 p. 33 coniecit composita quaedam ut *cibicida* (XXVII 42), *moechocinaedus* (XXX 19), quod dactylico versui, non iambicis aut trochaicis aptum est, comoediae deberi.

Frustis comoediae denique adnumeranda sunt integrarum Plauti maxime fabularum interpolamenta, si numerorum et sermonis probitate antiquitatem profitentur, velut qui in Plauti Trinummo post v. 367 insertus est versiculus *sápienti aetas cóndimentum, sápiens aetatí cibust* et ceteri, de quibus in opusc. II 274 sqq. disputavit Ritschelius (cf. Fleckeisenus annall. philoll. 1870 p. 851). Suas ipse fabulas versibus aliunde sumptis exornasse videtur ille *Quintipor Clodius*, quem in epistula ad Fufium Varro carpsit. Tetigi olim in praefatione ad com. p. XI locum (apud Nonium p. 117, 4. 425, 18), ubi *Antiphoni* eius eadem, quae Getae in Phormione

Terentii V 6, 1 sunt, tribuuntur: cf. praeterea Vahleni Coni. in Varr. p. 131 sqq. et quae Buechelerus mus. Rhen. XIV 447 disseruit.

Hic *glossarum* brevem conspectum dabo eisdem ad singula glossaria designanda siglis usurus, quibus in prioris voluminis corollario p. LXXI sqq. usus sum. pertinent enim ad comicos nostros poetas primum ex certo quodam grammatici fonte petita haec:

adnictare, adridere inuitare *P* = Naeuius apud Pauli Festum
approbus *προσδόκιμος L* = Caecilius apud Gellium
arseuerse prouerbium *P* = Afranius apud Pauli Festum
biber *τὸ πίνειν L* = Titinius apud Charisium
bilbit *βομβύζει L* = Naevius apud Pauli Festum
(carensis pistoribus e. q. s. *P:* cf. Titinius apud Pauli Festum)
casinar B^{2c} *HPSV* = Atell. inc. VII apud Varronem
cassabundum *HPV* = Naevius apud Varronem
claudeo *χωλεύω L* = Caecilius apud Priscianum
complecto *συμπλέκω L:* cf. Pomponius apud Priscianum
concordis *ὁμόνους L* = Caecilius apud Priscianum
dapalis cena *λιπαρίς L* = Titinius apud Nonium
degulo *καταλαιμόω L* = Afranius apud Nonium
depudico *διαφθείρω L* = Laberius apud Gellium
elucifico *ζοφόω L* = Laberius apud Nonium
elutrio *διαχέω L* = Laberius apud Gellium
falla fallacia *P* = Novius apud Nonium
flagriones *μαστιγίαι L* = Afranius apud Nonium
floces uini *στέμφυλα L* = Caecilius apud Gellium
gallulo *ἡβάω L* = Novius apud Nonium
glocidatus *ἡδύς L* = Naevius apud Varronem
gurdus, ineptus inutilis *P* = Laberius apud Gellium
inori inores Pauli Festus; inora *ἄστομα L:* cf. Turpilius 23
iubilo *ἀγαλλιάομαι L:* cf. Aprissius p. 273 apud Varronem

manduco *ἀδηφάγος L* = Pomponius apud Nonium
mollicina (molucium?) *μαλακὸν ἱμάτιον L:* cf. Novius apud Nonium
molocrum quem Graeci *μύλικρον* dicunt *P* = Afranius apud Festum
moragis, nucibus longis *P* = Titinius apud Pauli Festum
obstru|du|lenta, appetenda *P:* cf. Titinius apud Festum
oquinisco *ἐπινεύω L* = Pomponius apud Nonium
senecio *γεροντάριον L* = Afranius apud Priscianum
spatarro *ἐπὶ ἐξουθενισμοῦ L* = Afranius apud Charisium
taxillus *ἀστραγαλίσκος, πεσσός L* = Pomponius apud Priscianum
tentipellium *φάρμακον πρὸς ῥυτίδας L* = Titinius et Afranius apud Festum
tolutiloquentia *τὸ ἐπίτροχον L* = Novius apud Nonium
uacerra *παραπλήξ L* = Livius apud Festum

Plautinae uel omnino *scaenicae* aut antiquioris sermonis propriae glossae praeterea hae sunt:

ancillor *κολακεύω L* = Titinius, Accius apud Nonium
appluda *κηρόβιον L* apluda furfurina, alii panici *P* = Naevius apud Pauli Festum, Plautus apud Gellium
auritus *ὠτώεις L* = Afranius apud Macrobium, Plautus
bardus *ἀναίσθητος βραδύς ἄφρων ἀφυής βλάξ L* bardum, hebetem stolidum †bretendum (blennum *Buecheler: an* brutum?) *P* = Caecilius, Plautus apud Festum
bellaria *τραγήματα L* = com. apud Gellium
callet *οἶδεν L* = Pomponius apud Nonium, Plautus Terentius
capulus, um *φέρετρον L* = Plautus Lucilius Novius apud Nonium
caries *εὐρώς L* = Turpilius Afranius Lucilius apud Nonium
clanculum *λαθραίως L* = Atta Afranius Plautus Terentius
clandestino *λάθρα L* = Plautus Pomponius Lucilius apud Nonium
clareo *εὐδοκιμέω L* = Turpilius apud Nonium, Ennius
colostrum *τροφαλίς L* = Plautus apud Nonium, Laberius Lucilius

comisatum *ἐπὶ κῶμον L* = Afranius Terentius
conquinisco *ὑποκύπτω L* = Pomponius apud Priscianum, Plautus
conuiuo *συνευωχοῦμαι. συνεστιῶμαι L* = Pomponius apud Nonium, Titinius Ennius
deamo *στέργω L* = Afranius apud Nonium, Laberius Plautus Terentius
diluculo *λυκόφως L* = Afranius apud Charisium, Plautus
diuidia *διχόνοια L* = Naevius apud Varronem, Plautus Turpilius Accius
diuito *πλουτίζω L* = Turpilius apud Nonium, Accius
elimino *ἐκφέρω L* = Pomponius apud Nonium, Ennius Pacuuius Accius Varro
efflictim, deplorando dicere (?) *P* = Naeuius apud Charisium, Plautus
firmiter *βεβαίως L* = Afranius apud Nonium, Lucilius Laberius
flacceo *χαλάω L* = Afranius apud Nonium, Ennius Accius Lucilius
gerra *οὐδαμινός*. gerrae *πλεκτά τινα L* = Caecilius apud Nonium, Plautus
gliseo *αὐξάνομαι προβαίνω ἐπιτείνομαι L* = Turpilius Plautus Pacuvius Accius apud Nonium
humanitus *ἀνθρωπόθεν L* = Turpilius Afranius apud Nonium, Terentius
infelicare, infelicem facere, infligere *P* = Caecilius apud Nonium, Plautus
in mundo, expedite, uel ad manum *P* = Caecilius apud Charisium, Plautus
itiner *εὐθεῖα. ὁδός L* = Turpilius Plautus Accius apud Nonium
lacte *γάλα L* = Caecilius apud Nonium, Ennius Plautus
largiter *δαψιλῶς L* = Laberius apud Charisium, Plautus
largitas *δαψίλεια L* = Caecilius Turpilius Terentius
lurco *λαφύσσω L* = Pomponius Lucilius apud Nonium
lupari *πορνεύειν L* = Atta Lucilius apud Nonium
mercimonium *συνάλλαγμα L* = Turpilius apud Nonium, Plautus

merenda *ἄριστον δειλινόν* *L* = Afranius apud Nonium, Plautus

muginor *γογγύζω* *L* = Atta apud Nonium, Lucilius

nictor *σκαρδαμύττομαι* *L* = Caecilius, Novius apud Festum, Plautus

pergraecor *ἑλληνίζω* *L* = Titinius apud Pauli Festum, Plautus

petumen *κτήνους ἔλκος* *L* = Naevius apud Festum, Lucilius

rarenter *σπανιάκις* *L* = Caecilius Pomponius Novius apud Nonium, Liuius tr. Ennius

rauis *κόρυζα, φωνῆς ἀποκοπή* *L* = Caecilius apud Festum, Plautus

repuerasco *ἀνανηπιοῦμαι* *L* = Novius apud Nonium, Plautus

solox *ἱερόν. καὶ παχύς* *L* = Titinius apud Festum, Lucilius

sucerda *χοιρεία κόπρος* *L* = Titinius apud Festum, Lucilius

suffrago *συλλαμβάνομαι βοηθῶ* *L* = Pomponius, Sisenna apud Nonium

taxim *ἡσύχως* *L* = Pomponius apud Nonium, Lucilius Varro

tenebriones *ἀπατεῶνες, ἐπίτριπτοι* *L* = Afranius, Varro

tolutim *ἐπίτροχα* *L* = Pomponius Novius apud Nonium, Plautus Lucilius Varro

tuburcinor *λαφύσσω* *L* = Turpilius Titinius apud Nonium, Plautus

ualentia *δύναμις, ῥώμη* e. q. s. *L* = Titinius apud Nonium, Naevius tr.

uirosa mulier *V* = Afranius apud Nonium, Lucilius

Incerto auctore collectae primum quae in solis comicorum reliquiis leguntur pauculae sunt:

appella *λειπόδερμος* *L* = Naevii fabula

catacarisia *P* = mim. inc.

latiloquens *πλατυλόγος* *L* = Laberii mimus

riuinus *ἀντίζηλος* *L* = Mummii Atell.

urbanatim *ἀστείως* *L* = Pomponius

Plures quae alibi quoque reperiuntur:

articulatim *ἐνάρτρως L* = Aquilius, Plautus
beo *μακαρίζω L* = Titinius Plautus Terentius
buccones, *παράσιτοι, βουκκίωνες L* = Pomponius, Plautus
capitulum *κεφάλαιον L* = Caecilius, Plautus
cassus *κενός μάταιος L* = Afranius, Plautus
cursim *τροχαλῶς, δρομαίως L* = Afranius, Plautus
dilapido *διαφορέω L* = com. inc., Terentius
extorris *ἐξόριστος ἐξώλης ἄπολις L* = Turpilius Titinius, Accius
ganeo *λίχνος* e. q. s. *L* = Naevius, Terentius Varro
gannit *σκώζει* / ganit *λαγνεύει* } *L* = Afranius, Plautus Terentius
ingurgito *ἐμφορέομαι L* = Naevius, Plautus
inhio *ἐγχαίνω L* = Caecilius, Plautus
ludibunda, adolescens *P* = com. inc., Plautus
maeror *λύπη* e. q. s. *L* = Caecilius, Ennius Pacuvius Accius
morigera *καταθύμιος L* cf. *V* = Naevius Afranius, Plautus
opipare *πολυτελῶς L* cf. *P* = Caecilius (in Mai thes.), Plautus
pluseulus *παραπολύς L* = Turpilius, Plautus Terentius
restio *σχοινοστρόφος L* = Laberii fabula, Plautus
ringitur *πικραίνεται ὀργίζεται L* = Pomponius, Accius Terentius
riualis *ἀντεραστής L* = Naevius, Plautus Terentius
suffragator *ψηφοφόρος L* = Novius, Plautus Varro
trepallus *πρίαπος L:* cf. Naevii fabula, Varronis satura, Priapea (83, 9)
uirgendemia *ῥαβδολογία L* = com. inc., Plautus

Restant alia priscis et posterioris aetatis scriptoribus communia in eisdem glossariis composita, e. c. *amnosa bacillum ballista bipes blaterare blatta cacabus catella celero clitella compilo compingo concelebro dedecoro delenimentum dolo frunisco fulica hospita hucuculus minutatim petaleus planipes planus prudenter reses sarculum tensa tintino uaricosus uelifico uermino uerpus.*

Quae olim comicorum fragmentis p. 317 sqq. (cf. praef. XVII sq.) adiunxi e glossariis, maxime Placidi et Festi, ex-

cerpta quamvis non temere omnino ad hoc litterarum genus me rettulisse praeter Bergkii auctoritatem (qui de Festo disputavit in ephem. litt. Halens. 1842 p. 224) Ritschelii inprimis de Placido inventum fidem faciat, tamen nolui quae data opera nec sine locuplete codicum apparatu pertractanda sunt primoribus quasi digitis praecerpere, immo exhaurienda reliqui Kettneris vel Kleiniis.

TITINIVS. Casu accidit, ut schedula, in qua *Duebneri* quasdam coniecturas in censura Neukirchiani libri (Iahnii annall. philoll. 1834 p. 266 sqq.) prolatas enotaveram, sero in memoriam vel in manus rediret. unde nunc saltem pauca, ne sua invidere viro diligenti videar, excerpam. Agnovit autem ut Hermannus numeros v. 6 sq.

8—10 Titinii exemplum excidisse, historici autem alicuius scriptoris, Sisennae e. c., Quicheratius haec esse statuit: *ita Spurius: animatur in proelium veles; eques recipit se, neque ferit quemquam hostem.* ridicula profecto proelii descriptio; quid autem Spurius iste vel fecerit vel dixerit, tacetur.

11 *at ubi* Quicheratius

20 *interea nasum oppugnat anima foetida* pleno senario Bothius. ceterum *fetida* exprimi volui.

25 *nequiuisti* Dan.

28 *noua quae* codices secundum Quicheratium. *non aqua* iam Cuiacius et Passeratius. olim a me commendata huius versus notatio placuerat Duebnero quoque.

30 *quis* Montisp. p. 366 *todie* Par. P *et hodie* Gen. Bern. (non Bas.) p. 366

31 Vt hic *diffringam* et in Iuventii v. 7 *diffregero* scripsi, item in Plauti milite gl. 156 'diffregeritis talos', 722 'diffregisset crura', in Sticho 191 'lumbos *diffractos* velim', in Asinaria v. 474 'crura hercle *diffringentur*' restituendum est; atque hoc ipsum ad Palatinorum fidem olim edidit Pareus.

33 Leidensis codicis scriptura *ut* pro *ne* fortasse *ni* forma indicatur.

34 sq. *homo* si deleretur, necessaria ad comparationis integritatem notio periret.

36 in titulo *geminae* Bern., non Bas.

38 *am bubus* Par. P: an *ambabus?* *in farris trite* Harl. *fra intritae* Par. P

39 *Nam postquam factus es maritus* Bothio duce Quicheratius. *domum* Par. O

41 *tuam quoque étiam uxorem paúcies Videó* ante CFW Muellerum Duebnerus.

41[1] *facis inique* Quicheratius quoque ceteris ut plerumque male administratis.

47 Sat manifestis librorum indiciis motus non dubitavi quamvis novum verbum *exscrattis* proponere ut idem significans atque exscreas vel translato sensu expellis, ut apud Terentium v. 406 Gnatho ait: 'quasi ubi illam *expueret* miseriam ex animo'. nam cum *scrattae* Plauto ipsique Titinio (75) dictae sint ab excreando despiciendae ac nugatoriae mulieres (Varro de l. l. VII 65 Festus p. 333 M. Gellius III 3 Nonius p. 169, 5), praeter *screare* alterum paulo fortasse fortioris notionis *scrattire* sive *scrattere* verbum fuisse videtur, unde factum sit *scrattus* ad eorum similitudinem, quae in corollario ad trag. p. XVII composui. neque enim credo *scraptae*, ut in Festi glossa extat, genuinam formam, sed in Titinii v. 75 *scrattae*, ut indicat codex, scribendum esse. Sed haec qui nimis incerta esse arbitrabuntur, eis uti licebit Pliniano verbo *cratire* (n. h. XVIII 28, 258 'utilissimum, si malae herbae, arare, dein *cratire*, serere florem ex fenilibus, atque e praesepibus feno dilapsum spargere priusquam *crationtur*' e. q. s.), unde *excratis* compositum optime ad nostri loci sententiam quadrat, qua parasitus tamquam mala herba evelli atque exturbari iubetur. cf. in simili notione *evallavero* 77, *evannetur* Pomp. 92, *exficio* Afran. 110, *explodam* 327, *avorruncent* Afran. 64. *Vestrum* Nonius per eundem stuporem pro accusativo singulari habuit, quo in eodem titulo 'maiorum suum' Sisennae, 'maiorum meum' Plauti posuit.

48 *gnaui* Puteanus, quod in hoc ordine verborum *hominis gnari officium functu's* vel *functus es* aptum esset.

57 *nos* Quicheratius quoque inseruit.

58 *sin odio forma sum* Guietus. Verba sunt novae uxoris, eius fortasse, quas res suas sibi habere iubens domo expellit maritus fr. XI (cf. XIII): obsequio et patientia superare fastidium viri animum inducit. absurdam autem C F W Muellerus sententiam proposuit, quasi non quae aliis forma displiceat, eisdem tamen placere possit morum suavitate vel displicere forma marito quoque. ceterum *sine* cum coniunctivo in enuntiato concessivo ut 'quamvis' usurpari nullo exemplo demonstratum video. nam diversa sunt Caecilii v. 72 et 73.

59 *pro* om. ms. Fabri *moribus* ms. Fabri *maoribus* suprascr. *i* Leid. *maioribus* Harl. W Par. P teste Quicheratio.

63 sq. Inter formulae *nunc adeo* exempla, quae Handius Tursell. I 146 collegit, ad amussim huc quadrat Plauti merc. 329 *nunc ádeo ibo illuc*. In sequentibus idem, quod Hermannus, Duebnerus quoque proposuerat. V. 64 *set* magis quam *et* consuetudini horum sermonum convenire monuit Studemundus.

65 *ted*] *et* Par. O. consentit mecum de versu constituendo A. Luchs stud. I 68.

68 *que* Bern., non Bas.

69 *nobitarent* Par. P: ceterum cf. Plauti Rud. 619 'innocentum qui se scelere fieri nolunt nobiles'.

70 in titulo *proelia* Par. P

74 Moecham argui Postumam minus bene composito stratorum in lecto ordine maledica et suspicax mulier significat. obiter moneo in Plauti Trinummo v. 130, ubi *quid sectiust* Ritschelius restituit, librorum *BCD* scripturam *secutus est* paulo fortasse etiam accuratius ita interpretandam esse, ut *secitiust* scribatur: cf. de adverbio *secitus* Fleckeisenus mus. Rhen. VIII 226.

77 Cascam quam Luebbertus reducere voluit formam *evallaviso* magnopere nuper commendavit Savelsbergius in

Kuhnii ephem. linguis comparandis dicatae vol. XXI (novae ser. I) p. 168: mihi tamen persuasum est aut *evallasso* aut *evallavero* illa aetate dicendum fuisse.

84 Quod Verrii Flacci, ut videtur, auctoritate nisus Nonius testatur *diligit* notione qua dicitur discindit, e textu removere ausus non sum, quamquam neque CFWMuellerus prosod. 490 neque laudatus ab hoc Madvicus (emend. Liv. 155), qui nostri loci ne memor quidem fuit, rem ad liquidum perduxisse videntur. *Leguntur* sane herbae frondes fructus (cf. Pauli Festus p. 115 M.), dum carpuntur vel evelluntur: 'carpendae manibus frondes interque legendae' Verg. ge. II 366: 'satis plerisque visum est . . . herbas et praecipue gramina extirpare, quae nisi manu eliguntur et in summum reiciuntur . . . reviviscunt' Columella de re r. IV 5: 'herbaeque eligendae et dum tenerae sunt vellendae' Varro de re r. I 47: 'steriles herbas eligens' Curtius IV 1, 21. Ad quae proxime accedunt Ciceronis Tusc. disp. III 34, 83 'stirpes aegritudinis . . . ipso trunco everso omnes *eligendae* sunt' et paulo infra 'illae fibrae stirpium . . . persequendae et omnes *eligendae*'; sic enim codices habent, quamquam fuerunt qui *elidendae* corrigerent. videturque ad eandem normam simillimus de divin. II 72, 148 locus exigendus esse 'superstitionis stirpes omnes *eiciendae*', ubi *elidendae* Manutius, *eligendae* Madvicus coniecit. sed vix maiore audacia in Tusculanis disputationibus ad huius exempli similitudinem *eiciendae* corrigas, quod certe fortius et sententiae magis aptum videtur quam nimis lene meo sensu *eligendae:* nam ipsam excindendi evellendique significationem non magis inesse in illis locis demonstratum video, quam ubi Parcae fila, nautae litoris oras, vela, alii spolia fugati hostis, ossa corporis mortui de via, remos in maris gurgite *legere*, vel *sublegere* sermonem dicuntur, in quibus a tractandi vel obeundi notione sensim transitus fit ad tollendum, sed omni violentiae significatione procul habita, immo ut sensim et paulatim fieri cogitetur. Separandi autem ab his illi loci sunt, ubi *nervi* aliquo modo debilitati dicuntur. atque ut Ovidio auctore rem. am. 147 languor et somni, alea et vinum 'eripiunt omnes animo sine

volnere nervos', ita poetae, ut Cicero ait Tusc. disp. II 11, 27, 'nervos omnis virtutis *elidunt*'. Etiam *inciduntur* nervi: Cic. Phil. XII 3, 8 'legionum nostrarum nervos nonne his consiliis incidimus?' de lege agr. II 18, 47 'incidant nervos populi Romani', Acad. post. 10, 35 'nervos virtutis inciderit.' Corrupta esse consentiunt plane gemina exempla haec: de lege agr. II 33, 91 'nervis omnibus urbe *ciectis* urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt' et Livii VII 39, 6 'nervos coniurationis *ciectos* arte consulis cernentes'. sic in codicibus scripta varie emendare conati sunt docti homines: *exsectis* illic Nic. Angelius, hic *exsectos* Puteanus (lenius poterant *esectis* et *esectos*); contra *electos* hic Gebhardus et Gronovius scribi iusserunt, quos secutus Madvicus illic quoque *electis* restitui voluit, quam coniecturam maxime firmari censet versibus Lucilii (apud Nonium p. 278, 10 conl. 269, 32 et 301, 10) his:

concédat homini id quod velit, deleniat,
corrúmpat prorsus, nervos omnis *eligat*

ubi *deligat* exhibet W, lemma autem Nonii p. 301 est '*eligere*, defatigare'. at tam crudele tormentum, quale extirpando nervo efficitur, comparari credemus cum soluto per mollitiem et languorem animi vigore? de quo tamen cogitandum esset, si eligi nervi eo sensu dictum esset, quo eligi herbas et stirpes dictas esse sibi persuasit Madvicus. nam illa, quae supra commemoravimus, eripere et elidere et (apud Quintilianum I 2, 6) frangere nervos a tanta, ut ita dicam, evidentia imaginis longius absunt, addiditque Ovidius etiam 'sine vulnere', ut doloris sensum omnem removeret. Quibus causis adducor, ut fuisse olim praeter *eliquĕre* et *eliquare* verba eiusdem stirpis tertium *eliquĕre* suspicer, ut simplicia tria fuisse constat: *liquĕre liquare* et deponens *liqui*. hoc autem ipsum Lucretius II 1132 translato sensu usurpavit: 'inde minutatim vires et robur adultum Frangit, et *in partem peiorem liquitur aetas*'; solutam veneno corporis compagem describit Lucanus IX 772 'femur quoque *musculus omnis Liquitur*'; et correptam antiquitus fuisse priorem syllabam Plautus Trin. 243 docet. hinc igitur sumpta medela apud

Lucilium quoque *eliquat* (in lemmate Nonii quoque fortasse *eliquere*) scribendum esse conicio, sive mavis *elicat*, quod idem est. nostris vero prorsus similia antiqui glossographi a Varrone de l. l. VII 106 laudati docuerunt, ubi Atilii *liquitur animus* explicatur (vide p. 33), ut ipsa *delicatus* et *deliciae* vocabula interpretanda esse videantur *deliquiae* et *deliquatus*. Item verbum vetustum quod est *delicare* erit *deliquare*, h. e. liquidum facere, ut nos 'aufklären' vel 'erklären' usurpamus. nam etiam tigna *deliciae* (apud Pauli Festum p. 73) ut a liquendo *deliquiae* Vitruvio VI 3 appellantur. Haec igitur si recte aut probabiliter disputata sunt, *diligit pernam* Titinium aut *elephantum* Plautum, ubi 'discindit' intellegi vellent, scripsisse non credibile videtur. immo apud illum aut *dissicit* corrigendum est, ut ipsi Plauti codices, emendatiores quippe eo quo Verrius usus est, praestant, aut aliter interpretandum *diligit*. quidni enim e. c. voracissimus parasitus diligere solito sensu, h. e. magni aestimare et cupide adpetere integram pernam, minuta autem frusta deprecari per iocum dicatur? quamquam ne *coctam* quidem, quod Iunius pro illo *totam* proposuit, ineptum est. Apparet denique quam perversa et ridicula in Afranii v. 244 scriptura *delecta coma* sit, quam tueri CFWMuellerus conatus est: pronum fuit *deiecta* corrigere, ut Tacitus ann. XIV 30 feminas narrat 'in modum Furiarum veste ferali, *crinibus deiectis* faces' praetulisse.

91 *contemplare* et *arbitrare* Passeratius.

93 *mein* Ed. Becker de syntaxi interrogationum obliquarum in studiis Studemundi I p. 130, ipse quoque senarium pronomine concludens. ceterum cf. Plauti Stich. 334 '*meín fastidis*, propudiose? eloquere propere, Pinacium.' In eiusdem versus initio quod traditum est *dicis tu* fortasse rectius sic interpreteris *dic sis tu*, ut 'dic sodes', 'dic oro' (vel 'obsecro' vel 'amabo te') formulae similes reperiuntur. De pronomine cf. Ed. Beckeri p. 149 adnotationem.

101 *desponsata* ms. Fabri

102 Triplici modo aut *quíd istuc est* (ut Ter. haut. 562. 579 Phorm. 343. 990. 995 eun. 237 adelph. 210 hec. 588) aut *quíd istúc est* (ut Andr. 572 eun. 388 Phorm. 184. 816)

aut *quid istuc est* (ut adelph. 956 cf. Afran. 212) cum efferri licuerit, hoc praetuli, ut deinde varietur accentus. minus placuit haec ratio: *quid istúc est? aut quid ístic sibi vult sermo?*

106 *audaciter* librorum scriptura servata deinde interrogari statuit Duebnerus: '*virgo ulla est tali*' *Setiae? tale* Par. Q Praeterea certior factus sum in Leidensi pr. *uergo* legi ut in Caecilii v. 255 *uerginis.*

108 cf. Plauti Cist. II 1, 16 'neque nos *factione tanta* quanta tu sumus'.

109 Puella, ut Charisius docet, modesta nimias amicae laudes leniter deflectit et deprecatur.

111 Molliculum adulescentem mulierum more *pol edepol* iurantem castigans magister utque virum decet ipse *edi medi* obsecrans interrogare potuit: *an . . . meministi marem te esse?* Idem paedagogus ad eundem fr. VI locutus est.

V. 116 si recte a G. Hermanno emendatus est, vix aliter videtur intellegi posse nisi ut statuatur ioco frigidiusculo sane delicatus et luxuriosus adulescens argui *mullos,* pisces scilicet nobiles alere et in epulis adponere, ut inde *mulleos* sibi comparet calceos, h. e. inter patricios numeretur. nam a rubro colore mulleorum calciamentorum Fenestella mullis etiam nomen datum esse quamvis perverse putabat (Plinius n. h. IX 66).

124 *inmittier* Par. P *in eum nitier* Duebnerus

125 *quasi cum*] *quam* Harl.

127 *titinnius* Harl. Par. P p. 19 (item ad v. 95 et 147). *sedina* Par. P p. 503 *seti* Leid. p. 249 sec. Quicheratium, W secundum Basileenses.

128 *quocus* Par. P p. 503 *et num* Harl. p. 249 *fuerit* Par. P ibidem *trya* Par. P p. 87

130 Poenuli exemplo, quod Ritschelius laudat, addendus est Stichi v. 62 'iám quidem *in suo quiqué loco nisi erit míhi sita supellectilis,* Quom égo revortar, vos monumentis commonefaciam bubulis.' nam *quique* servaverunt codices *CD, quicque* in *AB* invasit, in omnes autem *situm,* ut *supellectilis*

ex nominativo genetivus factus sit. in eandem atque ego coniecturam etiam CFWMuellerus prosod. 347 incidit.

131 sq. Creticis quos nuper extitit qui metiretur *lássitudó conserrúm, rediviaé flagri* longe praefero Buecheleri senarium.

134 Mutilam ab initio sententiam, quam statui, possis supplere praemisso superioris versus exitu *rationem liberum*, si pater familias loquatur, si filius, hoc fere: *parentum rationem meum*

144 *adquei* sine ulla causa nuper propositum.

146 *foris* Bern., non Bas.

147 sq. *iurgia ex meis aedibus* Passeratius

149 Nec ad laudes tantas nec ad *perhibendi* verbum, si quidem recte inventum est, primae personae pronomen *me* satis quadrat: immo vel paedagogus vel pater adulescentis, quem optime educatum esse putaverat, levitate ac nequitia stupefactus loquitur. *consili plenum probi* Duebnerus, non male.

150 *habui recte me* quid sit intellegitur similibus Terentii eun. 634 'redeo rursum *male* vero *me habens*' (cf. hec. 606 'haec res non minus me male habet quam te' Andr. 436. 940) et adelph. 45 'semper *parce ac duriter Se habere*'. Nil egit qui nuper tria inter duos versus variis modis dispescere verba studuit.

153 *immolabit* Scioppius

157 *écastór* cum ictu in prima syllaba ut in Plauti Amph. 537 Asin. 188 Truc. II 2, 60. spondeum in quarto pede ante caesuram exemplis ipse firmavit CFWMuellerus prosod. 612 sqq.

In glossis, quas ad v. 166 memoravi, 'opus *pistorium*' et 'opere *pistorio*' corrigendum est.

173 sq. Non inprobabili, quamquam non necessaria coniectura nuper sic reficta sunt:

tentipéllium
indúce, ut rugae *in* óre *extendantúr tuo.*

Fr. inc. XVIII^{b}. Placidi glossa *carensis* (fort. *carensibus*) vide an Caesaris de bello civ. III 48 verbis inlustretur, ubi

milites Dyrrachium obsidentes ex genere radicis in vallibus invento, quod appellabatur *chara*, similitudinem panis effecisse narrantur.

ATTAE quae nunc coniectura, ut consentaneum est, incerta ascripsi v. 11[1] nuper non firmiore suspicione inter Suei sui dubia recepit quem nominare non attinet, nisus ille quidem Cauchianis excerptis auctoritatis exiguae (v. Keilii ad gramm. Lat. vol. I praef. p. XXV sq.), ubi Charisii locus sic descriptus est: *ut suemus* (supra scr. *succus*) *ait in nudo* (corr. *Mido*).

13 *v. v. In céram; mucrone ecce a. o.* proposuit Aem. Baehrens ann. philoll. 1872 p. 364

15 sq. Cloatii verbis a Macrobio laudatis cum prius tantum, Graecam nucem amygdalen vocari, firmetur, necessario Atta testari debebat, *Thasiam* nucem eandem appellari: ergo in versus initio non *nucem Graecam*, sed *Thasiam* commendatam fuisse consentaneum. Ceterum dubito utrum coquum an medicum loqui statuam. nam qui suppurationibus internis laborat, ei 'cum melle quaedam edenda ut nucleos pineos vel graecas nuces vel avellanas' praecepit Celsus med. III 17, 4.

Ad 21 addere poteram *pro* ante *populo* fortasse mero librarii errore ortum esse.

23. In lemmate *Novius Dotata* probabile videtur Quicheratio.

AFRANIVS. Primi versus exitum uni ex amicis in mentem aliquando venerat *tripus* effecisse, ut oraculi Delphici aenigmata et ambages notata fuerint.

3 *numero* Studemundus coniecit, quod tamen ad notionem et usum huius vocis, qualem in corollario ad tragicos p. XV sq. exposui, non sat quadrare videtur.

4 *bona* ante Mercerum Douza expl. Plaut. III 24 *comest* erasa *t* Par. P Deletis *tu* et *hic* senarium effecit Vsenerus mus. Rhen. XXVIII 406

6 *haic* in scriptura *hac* latere nuper observatum est.

14 Initio quamquam sententiam addito *voltus* s. *facies* non inepte redintegravisse mihi videor, tamen ne Bentinus quidem inprobabiliter tituli corruptelam *augurius* interpretatus est *auguribus:* ita *Matertera* et *Materterae*, *Brundisina* et *Brundisinae* Afranii laudantur; *Decuma* et *Decumae*, *Malivoli* et *Malivolus* Novii; pro *Panerratiaste* Ennii fr. III *Pancratiastis*, pro *Piscatoribus* Pomponii fr. III *Piscatoris* in W legitur; idemque Nonius 'Pomponius *Fullonibus*' (fr. I) et '*Fullone*' (fr. II), 'Laberius *late loquentibus*' et „*late loquente*" habet. Ceterum Buechelero prae aliis quae coniecit (*os* vel *corruit*) placuit *hiscit ut fallaci* e. q. s. sed neque hiantis parietis aspectus fallax et amoenus est nec omnino cum pariete picto extra, intus putrido apte comparatur nisi quod concretum, ut ita dicam, et corporeum sit.

20 sq. cf. A. Luchs stud. I 69

27 *que* non magis hic dubito quin ab interpolatore pronomini '*quod* additum sit quam in Plauti mil. gl. 508, ubi solus *C* caret interpolamento. nostro autem loco etiam sententia repudiat istud *que*, cum subiunctum sit hoc enuntiatum relativum priori.

29 Falsum est quod contendit Nipperdeius *quemquam*, non *quempiam* scribendum fuisse, quia scilicet nemo cum Terentio comparari posse dicatur, *quempiam* autem qui poneret, hunc vel illum, certe unum aliquem, qui cum illo conferatur, cogitari posse statueret. satis est Ballionis in Pseudulo verba v. 219 opponere: 'núnquí *quoipiámst* tuorum túa opera hodie cónservorum Nítidiusculúm caput?' Habet nimirum nescio quid vel confidentiae vel simulatae saltem urbanitatis sic *quis-pe-iam* compositum (ut recte Pottius etym. II 864 sq. solvisse videtur: cf. Corssenus de pron. l. serm. II² 846) pronomen, ut qui eo in interrogando utitur quasi circumspicere studiose undique alterum iubere videatur: cf. Plauti Persa 735 (Truc. II 4, 78): 'num quippiam aliud me vis?' Pseud. 368 'num peccavi quippiam?' Truc. II 8, 9 'num quidpiam aurum mores mutat mulierum?' Rud. 948 'vide, num quispiam consequitur prope nos'. Truc. IV 2, 12 'quid? amator

novus quispiam?' Casin. III 5, 38 'an quipiam ad te attinet?' Ter. Andr. 438 'num illi molestae quidpiam haec sunt nuptiae?' (Naevii com. 44). Itaque et in sententiis communibus locum habet: e. c. Ter. eun. 873 'saepe ex huiusmodi re quapiam Malo principio magna familiaritas Conflatast. quid si hoc *quispiam* voluit deus?' (et alias apud comicos: cf. Cic. de fato 11, 24) et cum dubitandi particulis *forte fortasse forsitan* (Cic. pro Sulla 30, 84. Verr. I 21, 56 II 32, 78) aut verbo *posse* (Liv. I 35, 3 III 55, 8 conl. Madvici emend. Liv. 47) coniungitur et in negativis enuntiatis eadem fere vi ut *quisquam* usurpatur, nisi quod studii quendam colorem infert: e. c. Cic. Verr. I 10, 29 'nego esse quidquam a testibus dictum, quod aut vestrum *cuipiam* esset obscurum aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret' (ubi adloquitur auditores, *cuipiam* praetulit); III 31, 74 'numquam . . . Agyrinenses contra quemquam infimum civem Romanum dixisse aut fecisse *quidpiam*': non addidit, ut supra ad *quemquam*, in altero quoque membro adiectivum, nam ipso pronomine satis significavit nihil omnino, quidquid cogitari posset, dictum aut factum esse.

30 Eadem quae anonymus Bernensis habet etiam in codice Cusano, quem Kleinius edidit, extant p. 103. In versu ipso *merust* praefert Studemundus.

55 sq. Superbus aliquis cognatos fastidit, quorum ipsa nomina vel cognomina morbos prodant: Balbos Paetos Scatones Strabones Varos alios intellegere videtur.

75 sq. Trochaei *paúlo prius hinc ábiit* praeplacent Studemundo.

91 cf. Ed. Becker stud. I 274

97 *au obsecro* Terentio familiare fuit: eun. 656 'au óbsecro, mea Pythias, quod istuc nam monstrum fuit?' Phorm. 803 'au óbsecro, vide ne in cognatam pecces.' cf. 754 hautont. 1015 'au te obsecro, istuc inimicis siet.' eun. 899 'au tace obsecro.' Semper ceteris quoque locis mulier clamat, et praecepit Donatus ad Ter. Andr. IV 4, 12 '*au* interiectio consternatae ('perturbatae' ad eun. V 2, 60) mulieris.' Cf. Hirth de interiectionum usu Plautino Terentianoque (Ro-

stochii 1869) p. 9 sq. Notissima locutio est *'quid me censes?'* cf. Ter. Andr. 853 'quor igitur hic est? ‖ quid illum censes? cum illa litigat.' adelph. 656 'quid aiunt? ‖ quid illas censes? nil enim.'

101 *quae iurgio uiolentiaque terrent desubito uiros* Passeratius.

105 *sub diu* in exitu senarii metrum non tolerare docet Mostellariae v. 765 'sub dīu colere te usque perpetuom diem', et laetor nunc Buechelerum quoque reprobare quem olim in Varronis sat. *ἔχω σε* fr. I R. senarii finem statuit *sub diu*, pro quibus in recognitione novissima fr. 171 *sub Iove* cum Vahleno anal. Non. 7 scripsit. Ceterum nec *sub diuo* (vel quod idem est *diu*) nec *sub Iove* de die tantum valet, quod si verum esset, nec 'sub dio in sole' coniunxisset Columella XII 12 nec Suetonius Caes. 72 Caesarem 'humi ac sub diuo' cubuisse narravisset, ubi certe nocturna quies intellegenda, nec Ovidius scripsisset metam. IV 260 'sub Iove nocte dieque Sedit humo nuda' aut fast. IV 505 'sub Iove duravit multis immota diebus Et lunae patiens et pluvialis aquae'. immo *sub diu* fieri quod non fit *sub tecto* praecipit Pauli Festus p. 71 M. probatque exemplis Vitruvius V 9, 5 VII 1, 5. Venator quoque Horatianus (carm. I 1, 25) 'manet sub Iove frigido' pernoctans scilicet, ut nemo non intellexit praeter Bergkium, qui sequentia 'seu visa est catulis cerva fidelibus' e. q. s. cum tali interpretatione conciliari non posse primus contenderit. at non difficile videtur hunc nodum solvere: sub noctem nimirum in cervae et apri vestigia incidit, quae ne amittat, sed oriente statim die persequatur, 'tenerae coniugis immemor' cubat sub divo. quod ipsum olim firmatum est Ciceronis in Tusc. II 17, 40 verbis 'pernoctant venatores in nive', quae autem secuntur in libris 'in montibus uri se patiuntur *inde*', ibi pro ultimo vocabulo corrupto, non *pruina*, ut Bergkius coniecit, sed *sole* vel *calore* sententia flagitat. mira vero ille audacia et inconstantia in Afranii versu inauditum omnibus scriptoribus *subdius* inferri iussit, quia *sub Iove* alienum a comoedia fuisse videatur. at

ego quidem altiorem poetici sermonis spiritum in Ovidii certe locis sentire nequeo.

111 sq. Recte monet A. Luchs stud. I 69 uno septenario concludenda esse, ut exitus fiat his: *datur míhi custodiéndus.* Coniuncta *itaque ádeo* in Terentii hec. 201 sunt: 'itaque ádeo uno animo omnés socrus |omnís suas| oderúnt nurus'. Ludere poetam v. 112 in nominibus *Tyria* (maria scil.) et *Tirrium* (*Tillium*) s. *Tyrrium* s. *Thurium* s. *Turium* cum certum videatur, ne ex priore quidem versu 109 eiusdem hominis nomen, qualecumque quidem fuit, expelli licet. *Tirrius* praenomen apud Praenestinos exhibet titulus Praenestinus n. 53 in ephem. epigr. I p. 20. Ceterum incohatam sententiam sic intellego: 'maria Tyria conciet, ut hunc Tirrium circumducat fraudibus' vel qualecumque verbum supplendum est. Ineptum est quod fuit qui coniceret: *in maria.*

120 *iactabit* Passeratio debetur.

122 Septenarium trochaicum initio mancum . . *tace! puélla non sum* e. q. s. Studemundus commendat.

137 Non dubitandum quin cum imperio amittatur servus, ubi solet sane sequi negotium imperativo inpositum, e. c. '*abi tu*, cistellam, Pythias, domo ecfer' Ter. eun. 753 (cf. 538. 763 haut. 804 adelph. 917 Phorm. 445. 712), Plauti Amphitr. 1126 'ábi domum, iube vasa pura actutum adornari mihi' (cf. 353 Curc. 255 mil. 255. 394. 535); sed non necessarium esse docet eun. 499 'abi prae, curre, ut sint domi Paráta.'

138 Si verum est quod sane valde probabiliter coniecit Studemundus *interibi loci*, invertendus verborum ordo sic erit: *tum ínteribi locí conscendo cúmbam piscatóriam.*

141 Non agnosco rerum aut sensuum mutationem, qua subitus ab iambis ad trochaeos transitus satis probetur, nec novi plane gemina exempla, inter quae ne talia quidem numerari velim, qualia sunt apud Terentium Andr. 510 hec. 746.

143 sq. Septenarios sic mavult disponere Studemundus:

iubeo hóminem tolli et cónlocari et cónfoveri: sólvo
operám Dianae.

V. 147 si Caecilii esset, non dubitarem conicere *de vita ac morte Enni*, saturae Emnianae memor, qua Mortem ac Vitam contendentes finxerat poeta (Quintil. IX 2, 36). *Mortis et Vitae iudicium* fabula Novii fuit.

152 *seponebas* Passeratius. *privasti* necessarium esse non concedo: vide quae Luebbertus in libro de particula *quom* scripto p. 87 sq. sub litteris *Bn* disputavit.

154 *depellis mihi manum* non potest aliter intellegi ac Tibulli I 10, 25 'nobis aerata, Lares, depellite tela' vel Valerii Flacci VI 652 'nato non depulit ictus Iuppiter'. quid ergo probabilius quam *paternam* ex mutila librorum scriptura elicere?

166 sq. Adlitterationem, qua hic senarios imperari arbitreris, non agnosco in membris sententia et structura separatis: *probabili, praegnatem*

175 *et* ut delerem suasit usus comici sermonis: Ter. adelph. 354 'curre, obstetricem arcesse'; hec. 719 'curre ad Bacchidem hanc Vicinam nostram, huc evoca verbis meis'. nam dissimilis hec. 359 'tu pueris curre, Parmeno, obviam atque eis onera adiuta'. Normas consuetudinis, ubi duo imperativi apud Plautum iuxta posita sunt, constituit Kiesslingius annall. philoll. 1868 p. 629; de imperativo antecedenti *i* vel *ite* nude adposito post Fleckeisenum disseruit Aemil. Ballas gramm. Plaut. spec. I p. 15.

Ceterum nunc adsentior Buechelero, qui *speratum* servari voluit, quem ut rite accipiat ornari puella iubetur. supplendus igitur videtur v. 176 sic esse:

venire et mecum *eiús* speratum addúcere.

In sequentis versus exitu *conforment probe* scribi suasit Studemundus et paene persuasit.

178 Certum quidem est neque *multis* neque *cunctis* olere stactam recte dici; illud enim absurdum, hoc otiosum. in quibus ne forte odorem alterum quaeras vetant antecedentia quamvis corrupta *longeque et*, quae latissimi spatii descriptionem indicare videntur. sententiae igitur conveniret e. c. *longe per campos* vel *saltus* vel *plateas*, propius tamen a librorum fide atque ita comparatum, ut varias Prisciani et

Nonii scripturas sat probabiliter explicet, illud visum est, quod in textu posui. fac enim haec in archetypo extitisse: A Q
LONGEQ·CVMIS, inde quae nunc tradita sunt orta esse possunt coniecturis antiquis. ceterum *stacta* quod legitur intellego ut in Plauti most. 309 'cum stacta accubo' de ipsa muliere, loqui autem sive adsentatorem velut parasitum sive irrisorem, qui cum adulescens amator naso se puellam advenientem sentire significasset (cf. Plauti mil. gl. 1256), non id sat certum signum sibi videri respondeat, quia quacumque eat amans, amicae odor eum persequatur necesse sit. ergo noli quod pronum est *stactam* conicere.

182 cf. Plauti Stich. 765 'prostíbulist autem *stantem stanti* savium Dare amícam amico'. invitatur igitur puella ut adsidat ad convivium.

183 In eis, quae olim librorum fidem nimis religiose secutus edideram *ínterim merendam occurro. ad cenam cum veni: iuvat*, saltem addere debebam praepositionem: *ad merendam occurro*, ut ad concilium legatos occurrisse Livius XXXI 29 narrat. Vel sic tamen minime ea sententia efficitur, quam Marquardtus inesse voluit, scil. merendam expectabam, cenam inveni. quae si vera esset, coniunctioni saltem *cum* locus mutandus et in priore membro adsignandus vel sic fere scribendum erat: *ínterim ad meréndam dum occurro, ád cenam veni: iuvat*, numeris quidem non elegantissimis. sed quidni contrarium iocose vel contemptim dici statuamus, scil. in merendam incidi, cum cenam sperarem? nam quae obstare videtur gaudii significatio *iuvat* per ironiam explicari potest. Nec vero minus aut facile aut probabile videtur remedium, quo in textu constituendo usus sum. nempe coquum, qui nescio qua de causa mature venerit, dicere conieci *merendam adcuro*, ut Menaechmus Plauti v. 208 'iúbe igitur' inquit 'tribus nóbis apud te *prándium accurárier*', ubi duplex item *r* librarii errore in *C* inlata est (*accurrare*).

187 Sententiam talem fere fuisse fingo:

án vidisti aquam úmquam ex caeno haurire qui lavérent manus?

Proverbiali fortasse imagine usus est, ut dehortaretur, ne quis honesta consilia impuris turpibusque remediis perpetrare vellet. Cf. Lucilii e libro XXVI sumpta apud Nonium p. 138, 21 'mórdicus petere aurum ec flamma expediat, *ec caeno cibum*'. Et sale caret et nescio qua verbositate displicet quod in libris quibusdam legitur *ex sino* (s. *sinu*).

V. 187[1] '*lineas* vasi genus' fuisse, ut tradidit Nonius, parum credibile, nec tamen aliud suppetit vasis nomen simile. nam nihili est quod olim dubitanter proposui *lenias* quasi a *ληνός* Graeco vocabulo ductum. Primum autem videndum quid sint *labella*. Cicero de leg. II 26, 66 'sepulchris autem novis finivit modum' (sc. Solon); 'nam super terrae tumulum noluit quidquam statui nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut *labellum*'; Cato de re r. 88 'eam muriam in *labella*, vel in patinas in sole ponito'; Columella de re r. 12, 43 '*labellum fictile*' et saepius. memoratur idem etiam in inscr. Nemorensi ab Henzeno edita et illustrata Herm. VI 8 sqq. v. 18 LABELLVM · MARMO REVM · CVM COLVMELLA · *Labra* quoque ut vasa passim apud Catonem obviam fiunt. praeterea Ovidius fast. IV 761 'nec dryadas nec nos videamus *labra* Dianae', i. e. lavacra; Vergilius Aen. XII 417 'hoc fusum *labris splendentibus* amnem Infecit'; Cicero ad fam. XIV 20 '*labrum si in balineo non est*, ut sit'; Plinius ep. V 6, 20 'inter has *marmoreo labro* aqua exundat' (addit Orelli tit. 4517 Buechelerus). Iam sponte apparet scripsisse Afranium *labella balineis* vel *e balineis*, itemque Laberium v. 38 *labella e balineis*. Nonius autem quod in codice suo legerat facili casu corruptum *labella lineis* stulte interpretatus est: ac fortasse apud auctorem eius cum *labella* 'vasi genus' dicta essent exemplis leniter corruptis, perperam rettulit explicationem ad (*ba*)*lineas*.

191 *Nescío quid* pronuntiatum fuisse eis probabile fit, quae Hermannus Luchs nuper in Hermae vol. VI p. 270 sqq. disputavit; item 417 *nescío qui*, 159 *nescío cui*. Pomponii locos iam in textu emendatos dedi. Apud Pacuvium fortasse pleno septenario 294 legendum: *sed nescio quid núnc est* e. q. s. Lucilii quem in eodem titulo laudavit Nonius hexametrum

sic censeo ad sanam sententiam redigendum esse, ut scribatur: *quid dicis? cur est furtum? quor coicis istuc?* (*factum* et *quod* libri)

192 Verum est *expectabant* forma, de qua vide Vsenerum in annall. philoll. 1865 p. 226 sq., senarium plane ad Graecam normam astringi.

194 *inprimis* servari non poterat nisi ita transpositum, ut cum verbo *memento* coniungeretur, ac fortasse addendum in fine ipsum quoque *inprudentius*, ut hic evadat septenarius:

illúd memento inprímis, ne quid bláteres inprudéntius.

201 Constanti comoediae usu cum *age* vel *agite* exhortationem excipiat alter imperativus nulla particula adiunctus, non dubitassem *et* delere (ut supra v. 175), nisi praecederet pronomen *hoc*, quo ambiguum fit, utrum intellegendum sit 'hoc igitur agite' (h. e. animum advertite: cf. Ter. eun. 130 cum Donati interpr.) 'et in hac re me adiutamini' an 'in hac igitur re agite me adiutamini'.

204. Quas Afraniano vocis *possestrix* exemplo Nonius addidit glossas his 'ita tonstrix, ita *inpulstrix*, ita *curstrix*, ita *plaustrix*, ita adsestrix', cunctas comicas esse confidenter nescio quis edixit. et Plautinum est *tonstrix*, Afranii (v. 181) *adsestrix*. at Cicero si dixit *expultrix* Tusc. V 2, 5 mutata '*s* in *t*' teste Prisciano p. 784 eodemque p. 1221 *defenstrix*, ne *inpulstrix* quidem (sive rectius *inpultrix*) ab eius vel aetate vel scribendi genere alienum erit habendum. Ergo etiam duo quae restant vocabula incertum quando et a quo usurpata sint: *plaustrix* in exemplaribus inpressis, minus recte *plautrix* in libris legitur. *Curstrix* pro eo quod traditum est *curatrix* recte videtur restitutum esse. nam quamvis Priscianus p. 784 diserte neget *cursor* nomen femininum habere, tamen ipso *cursrix* exemplo utitur Charisius p. 30 P. quodsi alio loco p. 1221 P. Priscianus praecipit 'nemo enim dicit *pransrix cursrix tonsrix* propter asperitatem pronuntiationis', non ipsa nomina, sed has earum formas quamvis analogia factas a consuetudine alienas esse docet. neque enim sane *tonsrix*, ut praecipitur apud Charisium p. 30, sed *tonstrix*, quod Probus p. 91, 19 K. commendat, Plautus scripsisse

videtur, ad cuius similitudinem *plaustrix adsestrix sponstrix* (Probo teste p. 212, 16 K.) formae factae sunt. sed fatendum est inter omnia illa exempla nullum extare, cuius adfinitate satis se tueatur *t* littera in *cursrix* formam inlata, ut quae a verbi stirpe prorsus aliena sit. ac ne *expultrix* quidem, quod in *expulsrix* formae vicem novavit Cicero, ad amussim quadrat.

210 *visus est nimium mihi* in exitu versus Eduardus Becker et A. Luchs stud. I 68.

220 Ne in *saniter* adverbio haereas, ubi magnus amor desideratur, considerandum est loqui puellam, cui vel insanissimus adulescentis amor vere sanus videatur, quamquam *suaviter* Palmerii, nisi lemma obstaret, confidentius amplecterer. Numquam autem quisquam tam frigidus fuit, ut ad amoris vim exprimendam *adcurate* adverbio uteretur, quod labori cuivis, non animi sensibus describendis aptum est. contra ineptum minime esset quod libri habent *adorate*, simile quippe futurum illis *meditate*, *moderate*, aliis, si modo 'adorari' deponens aliquando fuisse probari posset.

212 sq. cf. Ed. Becker stud. I 134.

228 Comparari possunt Ballionis in Pseudulo verba v. 163 'haéc, quam ego a foro revortar, facite *ut offendam* parata Vórsa sparsa tersa strata lauta structaque omnia ut sint'.

229 *tertium* tueri videtur quod oppositum est *unum*, et licebit septenarium sic explere:

tértium diém praeclavium únum [*solum*] *téxere.*

cf. Ter. ad. 833 '*solum unum* hoc vitium fert senectus hominibus'. Phorm. 754.

234 Plane incertum num senarii an octonarii iambici an trochaici septenarii exitum an denique, si *periclum* scribas, prius eiusdem hemistichium teneamus.

236 Ceteris commentis omnibus nescio an praeferendum sit:

tenétur. nemo in médio est. magnificé volo
fluctátim ire ad illum e. q. s.

nota de eo, qui iam aufugere non possit, dicendi formula

(cf. 115). Comes sive servus sive erus sive amicus tergum adgredientis *tegere* et *sustinere* vel defendere pugnantem sive altercantem iubetur. Praeterea quod traditum est *accipite hoc* non potest intellegi nisi de vestimento vel alio onere, quo se impetum facturus levet, nisi forte succenturiatos quosdam, velut lorarios, ex insidiis accipere adversarium verberibus iubens *accipite hunc* dixit: cf. Plauti Men. 704 'adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret'; Amphitr. 286. 296 Rud. 800.

245 *occasione capta* Duebnerus quoque.

264 Disertius monere poteram, procella in mari iactatum et vix servatum loqui. Nescio enim quam intellegi velit fulicam qui meam quandam veterem coniecturam furatus nuper deverbium tale instituit: *á! a! fulica béne peristi! ‖ dí te mactassínt malo.*

267 Admodum arridet Gerlachii coniectura *vellicarier*. nam *velificando*, h. e. blandiendo qui locus in hac contentione fuerit, aegre intellegas, nisi forte quod Bambergensis et Leidensis alterius indicio et adlitteratione commendari videatur *verbis lactare* in v. 264 accipias, ut totum certamen redeat ad blanditias mutuas. at enim *verbis* istud facile ex superioribus Plauti et Turpilii exemplis (*verbis velitationem fieri* et *verbis velitare*) errore librarii huc transferri potuit. contra *iactata* in principio concertationis *verba* ut pila proelii initio optime ad *velitationem* labrorum a velitum levi ac veloci incursione sumptam quadrant. Prorsus deleri *velificarier* et octonarios iambicos *interea vérba iactare ét labris Intér se velitárier* distribui Studemundus iubet. Inepte quidam coniunctis variis librorum testimoniis *verbis verba lactare* effinxit, quae quid sibi vellent significare dignatus non est.

270 Dactylos inter trochaeos in octonario defendi posse censeo: nam *pértimuistis* compositum est (cf. Rudentis 922 'súscitet', 930 'ínstruam'); *tórriculam* tuentur ex eadem fabula 'óppida' 933, 'élleborosus' 1106, Terentii haut. 177 'sollicitudinem', 580 'ófficium' alia.

288 Octonarium quoque iambicum temptavi:

repástina sere ánte iuvenis, út senex frugís fruas.

E codicis scriptura *serati* erit fortasse qui *sari ut* malit elicere. In Plauti merc. 71 'tibi arás, tibi occas, tíbi *seris*, tibi itém metis' quod ex cod. *C saris* restitui iussit A. Kochius mus. Rhen. XXV 620 refutari videtur exemplo Epid. II 2, 80 'mihi istic nec seritur nec metitur'. nam bina illic quoque membra arandi et occandi, serendi et metendi distinguenda sunt. A. Luchs stud. I 68 coniecit dubitanter: *repástinas seró, senex, fucís ⟨tuas tibi rúgas⟩*.

291 Corruptum esse quod post *inbecillitas* traditur *tua* Buechelerus intellexit, qui tamen cum antecedentia intacta reliquerit, in hoc quaesivit, quale in illo *perdit* indagaveram, prohibendi aliquod verbum, velut *retardat* sive *moratur*.

Fabulae quae *Simulans* inscribitur argumentum Koechly, collega ornatissimus, paucis adumbravit in Sestianae interpretatione vernacula Stuttgardiensi p. 95.

304 sq. Senarios Buecheleri vel propter canticum, unde haec excerpta esse constat Ciceronis testimonio, probare non potui. Alienissimum a sententia Bergkianum *hui*, quo mirabundi utuntur, non indignabundi.

307 Non recepi *me* in textum quamvis probabile, quia sat frequenter in fabularum titulis ablativum accusativo a librariis mutari video: *meretricem* Caec. 111 (ante *memini*), *in pugilem* 193 (nisi forte in pugilem dici sequentia intellegas), *trasyleonem* Turpil. 201, *transyleonẽ* 205, *hominem* pro *Omine* Afran. 223. 224, *omnem* 226, *uirginem* 344, *heredem* Pompon. 53, *laterẽ* pro *lare* 61, *lenonem* 62.

316 Causa nulla est cur in dubitationem vocetur quod traditum est *dixi*. nam ut mittam ambiguum Andriae Terentianae locum v. 204, ubi cum libris nostris Nonius legit '*sed dico* tibi, Ne témere facias', Donatus contra *edico*, certissima sunt exempla duo v. 594 'ut adparetur dicam', et haut. 340 'dicam ut revortatur domum'. Item in milite glorioso Plautus v. 185 'dixi ego istuc' et 'hoc ei dicito. *Porro*' (hoc enim pro illo *profecto* substituendum esse suspicor) 'ut ne quoquam de ingenio degrediatur muliebri'.

327 Notassem integrum septenarium *in Arpínos iam*

e. q. s., nisi caesura ante *explodam* octonarium trochaicum suasisset.

328 sq. De anapaestis consentiens Buechelerus tamen in constituendis numeris et verbis discedit a mea coniectura. nam aut in duos septenarios sic, ni fallor, distribui

.... vos quíbus cordist intrá tunicam manus laéva,
dextra ín penum erile

aut uno versu sic coerceri iubet

vos quíbus cordist intrá tunicam manus laéva, altra in penum erile.

Ferri quidem per se et *erile penum* et inverso ordine *penum erile* potest. quamquam enim *erilem filium* sic praeposito adiectivo constanti usu apud Terentium legimus, nisi quod semel, ubi iam antecesserat *erae* mentio, in adelph. 301 sic ordinare maluit: 'quod mihique eraeque filiaeque erilist'; ac Plautus quoque in Aulularíae v. 273 'erili filiae' habet, tamen ex eadem fabula v. 580 *imperium erile* notavi. nam paulo post principium versus 591 *erile imperium* inter septenarios trochaicos corruptum et sat probabiliter a CFW Muellero, qui *eri ita imperium* proposuit, correctum est. laborant numeri etiam in mil. gl. 481, ubi sic traditur: 'satin ábiit ille nec *erile negotium* Plus cúrat', verum esse puto *eri sui negotium*, ut in Amph. 622 Fleckeisenus *eri mei imperia* pro corrupto *erília* scripsit. Sed in eadem fabula legimus *amicam erilem* v. 114. 122 (contra *erilem amicam* 274), item *concubinam erilem* v. 508 (at *nostra erilis concubina* v. 458, *erilem concubinam* v. 470. 549). Quae utut sunt, Afranii certe sententia ita comparata est, ut multo rotundius unius versiculi orbe concludatur quam in duos distrahatur. Ceterum de *erilis* vocabulo cf. Ramsay in Mostellaria p. 93.

332 Confirmatur Buecheleri emendatio praeter inc. inc. trag. 161 ibique laudatum Ter. hec. 380 Ciceronis ad Att. III 23 extr. 'ut *se initia dederint* perscribas', Livii XXVIII 5, 9 'pollicitus, prout tempus *ac res se daret*, omnibus laturum se auxilium' (si Puteanei et Medicei corruptela *acreside ret*, Colbertini *res deret* sic recte sanata est), Senecae de ira III 7, 1 'negotia . . ingentia . . . nec dant se facile et si

occupata sunt premunt', Vergilii ge. I 287 'multa adeo gelida melius se nocte dedere' (nam cetera exempla quae ad Statii silv. I 4, 49 collegit Marklandus, minus similia sunt).

335 Cavisset manifestum errorem Bergkius, si animadvertisset quo modo alibi Gellius fabularum nomina indicare soleat: XIII 8 'in togata, cui Sellae *nomen* est'; III 3, 3 'istam ... cui est nomen Boeotia'; 3, 7 'Fretum nomen est id comoediae'. praeterea aut sic 'comoedia quae ... inscribitur' aut simpliciter e. c. 'in Sticho'. numquam *titulum* fabulae aut libri ullius dixit.

341 Vitiata virgo narrasse dicitur, per altum somnum sibi vim inlatam esse, fere ut Pamphilae in Eunucho evenit.

342 Proposuit Buechelerus *ne vénerit, quod nón agetur, ín solum* hac sententia: quod non fiet, ne cogitaveris. sed non credo vetari quemquam posse ne quid ipsi in solum veniat, quippe quod fortuito et ultro fiat.

343 Aliis, inquit, de rebus loquere quibus libet, modo ne de hac qua super coepisti loqui, ut quae mihi odiosa et molesta sit. ergo opus non est Buecheleri coniectura: 'aliis de rebus *an* qua coepisti super' scil. consulere me vis?

In adnotatione ad v. 345 critica excidit librorum scriptura *sedit.*

350 *eo* vel *hoc casu* flagitat Studemundus.

371 Minime sanatum esse versiculum intellego: vide num sic melius contigerit: *homo múlierosus cónfert mei* (i. e. *mihi*) *lucúnculos.*

378 Delenimentis et venenis qualibus utantur vetulae et deformes mulieres vix quemquam praeter unum fugerit, docentque Titinius 71, Laberius 134 sq.: nimirum ornatus dapes dos, medicamina quoque. sed vana haec omnia esse et frustra adhiberi poeta adfirmat.

383 sqq. Infelici coniectura Meinekius ad Graecum proverbium *χολὰ ποτὶ ῥῖνα κάθηται* adcommodari Afranii verba voluit, ubi manifestum coniungenda esse *in naribus primoribus vix pertuli;* neque in his praepositionem *in* eripi poetae patiar, quae fastidii significationem exacuat. *Diram animam* dixit ut Octaviae auctor 240 'en ipse diro spiritu saevi ducis

Polluitur aether', et Plinius n. h. passim dirum odorem (e. c. VI 11, 30 'amne diri odoris fluente', VII 15, 64). Tamen non nego habere quo commendetur octonarium Studemundi hunc: *apúge sis, odium: túam animam in náribus primóribus;* quamquam *ápage sis* in exitu versus Terentii eun. IV 6, 18 exemplo probatur nec satis tueri videantur bacchei Plautini Poen. 226 '*apúge sis:* negoti quantum in muliere una est!' eosdem accentus in iambicis numeris.

387 *uespere et* Duebnerus deleri voluit.

391 *heus* (s. *cho*) *tu flagrio* proposuit Studemundus.

405 Librorum vestigiis qui pressius insistere volet, *expeiras* sub illo *expectas* latere conicere poterit. Cum v. 406 *oculis . . involant* conferas Lucilii apud Nonium p. 33, 1 s. v. involare servatum frustum, quod cum olim sic suppleverim: _ ◡ ◡ *inde canino ritu* [*oriqué*] *oculisque* ‖ *involem*, nunc probabilius inseri video *ori* inter *canino* et *ritu*, addi autem post *ritu* monosyllabum aliquod, fortasse *olli*, ut frusti forma talis evadat: _ ◡ ◡ *inde canino ori ritu olli oculisque I.* Afranii nostri versiculos, prius quam Ios. Kleinii liberalitate codicum lectiones accepissem, sic scribere institueram: *cum spéctas ad me fábularique íncipis, Ex óre in oculos tuó b. i.*, eademque fere, nisi quod in altero versu *ex ore et oculis tuis bibones mi involant* commendat, nunc quoque placent Buechelero, atque olim Duebnerus plane gemina proposuerat.

413 *Et plágulam lecto pellis dimitte o.* senarium tradit Ed. Becker stud. I 300.

425 Medicaster artem suam venditans genera morborum, quae curet, enumerat, idque ipsum et Festi notatione significatur et extremo vertiginis nomine probatur: homines aegrotantes si participiis poeta describere voluisset, non 'arquato' et 'solato', sed plurales 'arquatis', 'solatis' posuisset.

Ad inc. fr. XXVII in Marii Victorini verbis librorum Parisini et Palatini (*AB*) scripturam *deuerbiis* veram esse mihi persuasit Dziatzko mus. Rhen. XXVI 97 sqq. annall. philoll. 819 sqq.

Petronio (cap. 41) Buechelerum (cf. eius praef. p. III) et Hagenum (p. 723) secutus reliqui scholiastae Bernensis

ad Vergilii ge. II 98 p. 894 H. de *vinus* forma testimonium, unde et Schneidewinus in relatt. Gotting. 1855 p. 1635 et inscius eius Mommsenus mus. Rhen. XVI 450 novam Afranii togatam *Saturam* scilicet eruisse sibi visi sunt.

In paginae 222 fronte falso *L. Afranii* nomen positum est, nec in adnotatione critica versus *437* numerandus erat.

POMPONIVS. Acephalorum versuum castigator acerrimus Bergkius eodem modulo interrogata ut Terentii illud Andr. 237 *quid illud est?* (cf. Caec. 55 Afran. 212) et relativa, quale in Pomponii v. 1 agnoscimus, mensus est. quamquam ne in illis quidem praevalet ictus supra indicatus, praeter quem duplex usurpatur ratio, et haec *quíd illo facias?* hautont. 317 'sed quíd hoc est?' Cistell. IV 1, 3 'quíd illuc est?' Epid. 594 (cf. Turpil. 80); et illa: *quid illúd malist?* eun. 547 'quid illíc iam dudum gnatus cessat?' haut. 882 (cf. supra ad Titin. 102 adn.). In relativis vero huius pronuntiationis *quod ílle dicit* idonea exempla desidero, nisi quis forte dissimilia, velut 'ille qui íllam amabat fidicinam' Phorm. 109 confundere animum induxerit cum locis huiusmodi: 'licere id facere quód illi fecerunt putat' hautont. prol. 21 (cf. Turp. 203 Pompon. 110) vel 'quod illí male dictum vemens esse existumant' adelph. prol. 17. Guieti *lusimus* commendat Quicheratius.

3. *illum* ita usurpatum, ut 'quicquam' significet, quamvis raro inveniri tamen Hauptius Herm. IV p. 154 singulis praeter nostrum Frontonis et Frontini exemplis comprobavit.

10 sq. Nomen Atellanae *Aruspex vel Pecus rusticum* commendat M. Hertzius. Ioculare responsum plane illius generis est, cuius auctorem ipsum Pomponium fuisse Seneca controv. VII 18 p. 326 K. narrat his: 'auctorem huius viti, quod ex captione unius verbi plura significantis nascitur, aiebat' (Cassius Severus) 'Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitandi, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutem transtulissent'. Alia amphilogiae huius exempla duo tantum in reliquiis nostris extant: v. 6, ubi *alconis* et *allii* notiones confunduntur, et v. 180 ubi *medium abdomen tecum dividam* qui promittit, in-

rumationem innuere videtur. Plura apud Novium sunt reliqua: 6. 7. 23. 95. 97. 115—117, et latent fortasse alia dicteria in frustulis.

18 Cum tauris dimicationem Caesarem primum in triumphis anno 707 celebratis edidisse minus accurate narrant, cum Plinius n. h. VIII 45, 182 hoc tantum testetur, ab equitibus necatorum taurorum spectaculum primum dedisse Caesarem, qui in Hispaniensi ni fallor triumpho Hispanorum institutum transtulit in arenam Romanam. Quae autem apud Pomponium loquitur muliercula Eppiae, quam Iuvenalis VI 81 (161 R.) sqq. notavit, similis gladiatores cum in deliciis haberet, in ipso spectaculo amore percussam se esse narrat.

22 *rogas?* interrogationem et personarum vices easdem conl. Andriae v. 909 etiam Georgius Kaibel in thesi II commendavit earum, quas anno 1871 in universitate Rhenana publice defendit. Cf. praeterea exempla a Lorenzio in Philol. XXX p. 607 collecta.

27 Verius esse *publicitus*, ubi publico sumptu fieri quid dicitur, quam 'publiciter' praeter adlata ab ipso Nonio exempla Lucilii 'huic homini quaestore aliquo esse opus atque chorago, *Publicitus* qui mi atque e fisco *praebeat* aurum' et Plauti Amphitr. 162 '*publicitus* ego hospitio *accipiar*' aliis etiam probatur, velut Amphitr. 1027 'an foris censebas nobis *publicitus prachiberier*', et Titinii v. 123. 'Publica cura atque consilio', ut interpretatur Donatus ad Ter. Phorm. 978, idem significat illo ipso loco, in Plauti Bacch. 312 Persa 509, in Lucilianis 'publicitus vendis tamen atque extrema ligurris', apud Caecilium v. 185.

41[1] Sententiam praemittendo versiculo tali 'híc negavit sé ducturum nísi cum dote múlieri' inlustrari vult Buechelerus: ego non de ducendae uxoris, sed de parandae cenae condicionibus verba fieri puto.

Scire velim confidentilocus iste, qui meam scilicet confidentiam miratur, quasi sibi soli omnem vindicet, quo argumento demonstrare possit, Pomponii magis propriam esse *Ergastilum* formam quam Donati libris indicatam *Ergastulum*. Idem *uilicarei* in litteris *uilicariae* latere sibi persuasit.

70 Iambos *quin bóno animo es? vídeo crepsisti* e. q. s. fuit qui commendaret.

109 *ergo mihi Dossennum* coni. Ed. Becker stud. I 174 *qui* v. seq. 'quomodo' interpretans, quasi constaret easdem sermonis leges Pomponium ac Plautum esse secutum.

112 Incerta opinione *manducus* librorum scripturam nescio quis *manduco's* interpretatus est.

113 Minime molliuntur accentus inversis *intestató senex proficíscitur.*

114 *adside . . strenue* ut coniungantur, comma post *strena* ponendum est.

128 *tristis* CFWMuellero prosod. 103 cur displiceat non divino: notissima sunt tristis sapor, amurca, triste lupinum, tristia absinthia, suntque 'amaris intiba fibris' (Verg. gr. I 120). Trochaicum septenarium qui continuavit metricorum principi talem *rústici edunt libénter pedibus tritos a. i.* accidit ut dactylum vitiosum inferret. Ceterum in Lucilii versu qui antecedit Charisium p. 77 certum videtur *praecerptus* legisse: nam *perserpsit* Neapolitanus, *perserpit* vetus codex Dousae praebet.

138 *ulis* formam Kochianam dubitanter proposuit Ed. Becker stud. I 251.

150 Qui nuper in annall. philoll. 1872 p. 566 Palmerii coniecturam *betet* acerrime damnavit Buechelerus, non animadvertisse videtur quod additis *sic dixin schema?* insolentius atque, ut inter Atellanae iocos par erat, fortasse etiam absurdius dicendi genus Pomponius ipse notavit, quem cur non credamus item ut Varronem certo consilio etiam obsoleta quaedam sermonibus intermiscuisse? neque desunt profecto inter frusta et formarum et locutionum vetustarum exempla. quid? quod Lucilius etiam, ut coniecturas incertas praeteream, eos, qui *abbitere* 'geminata *b* maluerunt *et dicere et scribere* intermissa *d*' (Velii Longi p. 2224 verba sunt), multum differre docuit '*d* siet an *b*'. Ceterum proponit Buechelerus: *si valebit pulsu, buccam pultet fidicinis schema.*

151 Pathicos tangi docet Novii v. 6. Inscitum et horridum Hauptii commentum satis bene refutavit Andreas

Spengelius, qui saltem simplex *edim* recte servavit. nam totus titulus Nonianus cum e commentario Plautino petitus sit, non mirum est et *comedim* et *edim* sub eodem lemmate firmari exemplis. Videturque olim etiam additum fuisse ex *Caecilii* Asoto frustum, quod p. 507, 4 legitur, eoque factum esse, ut librarius ab hoc statim ad illum eiusdem e Plocio versiculum aberraret, qui omisso lemmate 'commemoramentum' proxime subsequitur. nam in diversis capitibus eandem apud Nonium glossam redire, quis, qui vel obiter pervolverit librum eius, mirabitur?

160 Sententiam non recte intellexisse videtur Ed. Becker stud. I 200.

161 *sume* non mutabit qui Horatiani sat. II 7, 106 meminerit: 'quae parvo sumi nequeunt obsonia captas.'

166 Monere poteram quod in Nonii titulo post locum e Pomponii Verre aegroto sumptum desideratur *idem in* (Satura scil.) haustum esse videri antecedenti *prandium* vocabulo, quod v. 177 extremum est.

167 Inseri *ut* necessarium visum est, ne quo spectent 'ubi cognorint' verba obscurum esset.

173 *Verniones* conlatis 'Senecio Quartio pusio' nominibus et CIL. II 2361 IRN 1864 parvulos vernas recte interpretatur Buechelerus.

175 cf. Ed. Becker stud. I 312.

176 sq. Non usus hoc loco est Friedlaenderus in libri de moribus Romanorum vol. II p. 334, ubi de leonum spectaculis testimonia collegit. Novum autem suo tempore certamen respicere poetam nostrum Plinii quem ille laudavit loco n. h. VIII 53 probatur, quo 'leonum simul plurium pugnam Romae princeps' Scaevola P. f. (cos. 659) in curuli aedilitate, centum autem iubatorum primus omnium Sulla (cos. 666) in praetura dedisse narratur.

189 sq. *orcam* ad tesserarum lusum referendam puto, a quo talorum iactus differt. qua re qui loquitur se, dum in aliorum Fortunam mentem oculosque conversos habuerit, sua perdidisse queri videtur. Septenarium integrum *interim dum*

contemplo orcam cum taxillis (vel *dum orcam contemplor et taxillos*), *perdidi* commendavit Buechelerus.

At 192 sq. fere persuasit idem hunc septenarium continuandum esse: *út putent in turbido esse quidquid in luce est situm*, nisi quod priora non tam mutavisse et contraxisse quam manca reddidisse Senecam suspicor: videtur enim post initium *quídam adeo in latebras fugerunt* alterum hemistichium omisisse.

NOVIVS. 3 Timidiusculus, titubans te balbutiens, ut ait Donatus, etiam in Andria filius v. 893 'pater, *licetne* pauca?' et in hautontim. v. 973 servus 'ere, licetne?', item in Plauti mil. 501 'licetne?' In Phaedri appendice 15, 5 Aesopus '*licetne paucis?* inquit.' Non duobus, sed 'tribus verbis' sibi deposcit Palaestrionem Milphidippa in eadem fabula v. 1020.

In librorum corruptela si latet *leno*, septenarium sic expleas: *licétne, leno, dúo verba?* ⁋ *etiam: prímo et postremó fidem.* Sed fortasse idem qui duobus verbis aures petierat, mox adseveravit haec ipsa primum et postremum fore, ut sic distinguenda sit sermocinatio: *licétne duobus vérbis?* ⁋ *etiam?* ⁋ *prímo et postremó meo*, quod autem sequitur *idem* ante Plauti nomen alteri Novii exemplo quod interciderit praemissum fuisse videatur.

Proxime a librorum indiciis *Bacculo Bucculo Buculo* abesse videtur titulus fabulae *Baucalus*. Cf. etym. M. p. 192, 20 *βαύκαλον· μαλακιζόμενον, τρυφερόν*, de qua glossa nuper disseruit M. Hauptius Herm. VI 386 sq. neque abhorrere ab Atellana Graeca nomina demonstrant Novii Hetaera Paedium Zona, Pomponii Adelphi Citharista Synephebi Syri.

14 sq. Profanata, h. e. pollucta Herculi decuma in aede eiusdem epulum publicum distribui per triclinium dicitur.

24 Lenonis sive lenae in amatorem inopem verba sunt. Aliam distinctionem nunc ut minus concinnam reicio, hanc scil. *múltum ames, paulúm des crebro, vénias rarentér* [*tamen*].

25 sq. Garruli notam eandem in Theophrasti char. 7 legi, ubi (*ὁ λάλος*) *συνθεωρῶν θεάσασθαι* (*κωλῦσαι*) dicitur, rectissime monuit Buechelerus.

34 sq. Mulionis e caupona, ni fallor, mane profecturi apparatus describitur: absdidit sub veste zonam cum pecunia sibi commissam, puto, ut alii traderet; sed eam vel casu vel furto perdidisse videtur.

38 *Ponticum* quod servari velle narravi Buechelerum, intellegit nimirum genetivum, Ponticorum loquacitatem, de qua tamen traditum nil reperio.

V. 42 in codice Cusano p. 118 extat, sed nullo addito nomine.

52 *vadimonio* etiam Schuetzium in ephem. gymn. Berol. 1867 p. 617 coniecisse video.

71 Plane similis vestimentorum muliebrium enumeratio in Plauti Epidico II 2, 45 sqq. legitur, ubi praeter alia item supparum (ut in nostro v. 70), crocotula et rica memoratur. *Mollicina*, *μαλακὸν ἱμάτιον* etiam apud Labbaeum reperitur, ubi *molucina*, ut in Nonii Bambergensi extat, corrigendum esse docet Papiae glossa: '*molocina* vestis quae albo' (malveo?) 'stamine fit, quam alii malbellam vocant' et 'malbella quae ex malvarum stamine conficitur, quam alii *molocinam* vocant.' non tamen dubitandum videtur quin idem sit quod Aristophanes in Thesmophoriazusis alteris (fr. VI), ubi *γυναικείων φορημάτων* multitudinem enumerat, apud Pollucem VII 96 *μαλάκιον* dixit quodque eadem forma Hesychius protulit addita interpretatione: *γυναικεῖον κοσμάριον*, Photius vero in lexico ipsum Aristophanem laudans sic: *μαλάχιον· κόσμος χρυσοῦς γυναικεῖος· οὕτως Ἀριστοφάνης.* iam cum in multis Antiphanis comici exemplaribus *μολόχης ῥίζαν* pro illo *μαλάχης* et apud Epicharmum *πραΰτερος ἔγωγε μολόχας* legi testetur Athenaeus II 58 d (cf. Hesych. et Photius s. v. *μαλάχη*), ne illud quidem mirum quod *μολόχιον* pro *μαλάχιον* scripsit Clemens Alexandrinus Paedag. II 11 p. 90 S. (272 K.) ubi Aristophanis locum laudavit, vulgaris autem medii aevi sermo ut est in Ducangii glossario *μολούχιον* usurpavit, ad quod plane nostrum quadrat *molucium*. Mutatae autem in Latino sermone vulgari vocalis *a* in *o* et *u* exempla collegit Schuchardtius de vocalismo I 170 sqq. III 86 sq. Ceterum in Naevii Lycurgo v. 46 cum Nonii libri

malaciis vel *malatiis* exhibeant, valde probabiliter Bergkius (in comicorum Meinekianorum vol. II p. 1078) coniecit scribendum esse: 'pállis patagiis crocotis *malaciis monilibus*.'

Chirídota est tunica manicata, *χιτὼν χειριδωτός* (Poll. VII 58). Lucilium *chirodyti* in hexametri initio posuisse non nego. De *rica* palliolo, quo caput velatur, cf. Festus p. 277. 289, Paulus p. 276. 288; Varro de l. l. V 130, Turpilius 74 et cetera exempla a Nonio p. 539 laudata. Ab hac diversum quod idem p. 542 notavit *ricinum* 'palliolum femineum breve', 'cuius dimidiam partem retrorsum iaciebant', ut Varro de l. l. V 132 ait. Forma autem varia modo *ricinum* apud Nonium l. l. in lemmate (cf. Varro de vita pop. Rom. apud eundem p. 549, 32: 'ricinis lugerent', et in satiris (fr. 433 B. ibidem p. 539 'mitram ricinam') vel *recinus* (Servius Aen. I 282), modo *ricinium* (Varro l. l.) vel *recinium* (Festus p. 274) appellatur, ut a *rica* (*reica reca*) primum adiectivum *ricinus* (*reicinus recinus*) et omisso pallii nomine *ricinum* substantivi vice, hinc porro deminutivum nomen *ricinium* factum esse videatur. secunda autem syllaba si umquam non brevis fuisset, profecto ne Varroni quidem in mentem venisset ricinium 'ab reiciendo' deducere.

72 Mulieris habitum notari *diplois* prodit vestimentum muliebre; nam virorum duplex eius generis amictus laena sive *χλανὶς* fuit (Varro de l. l. V 133 Pauli Festus p. 117, prae quibus non curo scholiastarum ad Hor. epist. I 17, 25 nugas).

77 sq. Fortasse inter duos distribuendi et sic fere supplendi erant:

quód magno opere quaésiverunt, íd frunisci nón queunt.

‖ *qui non parsit ápud se* [*partum. frúctus non*] *frunítus est.*

ut priori, qui vanam avarorum cupiditatem castigaverat, parcus responderit, ne prodigos quidem beatos vocandos esse. In adnotatione critica Vossiani scripturam notaveram hanc: *quę*, mutata scil. *e* in *i*.

94 sq. Gloriari videtur servulus quidam prudentius se ipso ero adulescente fecisse: nam hic cum muliercula compressa, h. e. vitiata in mala discrimina inciderit, se compresso pugnis

nimirum et male mulcato fullone festo die, ut par erat, genio indulsisse, nec quidquam inde periculi contraxisse.

96 sq. Praebitoris cum sit aquam et ignem praebere (cf. Hor. serm. I 4, 88. 5, 46), avarus *puriter* parare prandium quod servum iubet, ambiguitate vocabuli utitur: non enim laute munde (cf. Pompon. 54) nitide, immo sordidissime, sed pure, h. e. simpliciter vel stricte observato officio nil praeter necessaria illa hospitibus praeberi vult. Lusit in eodem adverbio etiam Pomponius v. 10 sq.

Ceterum septenarium non sine transponendi audacia excudas:

púriter volo fácias: *igni accípier hunc volo átque aqua*
(vel *igni aquáque accipier húnc volo*).

In octonario hiatum explere possis ablativi forma *igniḋ:* cf. Pompon. 116. 124. 125.

Saturae Varronianae titulum quem finxit. *Postumi, cur seplasia fetet* (apud Probum in Verg. ecl. VI 31) Buechelerus mus. Rhen. XIX 476 suspicatur ex Atellana aliqua sumptum esse (conl. Pomponi v. 160). proverbium Riesius p. 199 fuisse opinatur *post vinum seplasia fetet.* adversus utrumque qui disputavit in annall. philoll. 1867 p. 507 sqq. non protulit magis credibilia.

P. 274 INC. NOM. REL. I. Adde Isidori glossam: '*dorsennus,* persona parasitorum.'

P. 275 fr. VII addenda memorabilis in Isidori gloss. explicatio: 'canier, leuo', h. e. '*casnar,* leno.'

LABERIVS. 3. Non gubernium, sed *gubernum* videtur gubernatorem Laberius dixisse, ut guberna Lucilius et Lucretius pro gubernaculis. ponendus igitur nominativus *gubernus* erat, addendusque verbalibus nominibus, quae in vol. I corollario p. XVII collegi.

12 Ne verearis *amāt* Caesaris aetate in scaenico potissimum poeta metiri, sufficit meminisse vel Horatiani 'quidquid arat inpiger Appulus.' Praeterea Corsseni copias adi in libri de pronuntiatione serm. Lat. vol. II p. 488 sqq. expositas.

19 Mentionem non feci mirae Muelleri in prosod. p. 35 opinionis, qui *egó mirabar* initio senarii poni suasit. senarii quidem si fuerunt, nil probabilius quam prioris syllabam primam *et*, alterius autem *sic* vocula (quae post *mihi* facile excidere potuit) expleri.

37 Potuerunt in medio senario sic posita esse

⏑ ⏑ – *malás malacacit* ⏑

nisi forte Vossiani vestigia eo ducunt, ut septenarii initium fuisse statuas: *málas malacissávit.*

54. Mirum est sospitatorem Nonii tam alto somno obdormivisse, ut immemor esset in secundo capite grammaticum non ut in octavo 'de mutata declinatione', sed 'de honestis et nove veterum dictis' exempla composuisse. ergo non genetivum nescio quem ille notavit, sed *genius* nomen ea notione, qua *generis* auctor et patronus habetur, usurpatum, cum paulo supra p. 117, 29 'genium, parsimoniam' illustrasset. neque quidquam coniecturae istius addit probabilitatis quod in lemmate *genus*, non *genius* Bambergensis et Leidensis prioris librarii tradiderunt.

66. *fóriolus vidéris esse, quía cacas in cóleos* Aug. Luchs stud. I 70.

86 Inversum verborum ordinem *somnículosum ecástor mustum* Buechelerus proposuit.

87 Non *catomium*, sed *catomum* Mediceus codex epistularum Ciceronis exhibet.

88 Ridiculus ipse Bergkius, qui ridens tamquam monstrum quod olim posueram

⏑ *caput sine linguá pedari . . . sententia est*

et lacunam in medio versu ipse agnovit et excidisse *nimirum* coniecit propter similitudinem vocabuli *mimo*, quo longe supra usus est Gellius. Primum autem pedem quid ni e. c. talem *út* (vel *nám*) *caput* elisa in ultima syllaba *t* effingeres?

Genetivum *pedari*, si quidem traditus esset, numquam ignoravi exemplis sat idoneis defendi posse, quibus novum nullum addidit Bergkius, nisi quod in Plautino mil. 752 'proletari sermone', quod coniecerat Buechelerus decl. lat. 51, ablativum pro genetivo habuit. Ceterum hic lacunam, quam

in medio versu reliquit, his fere: *in curia*, expleri posse statuit, nisi forte plane retro legenda essent tradita: *senténtiast pedári sine linguá caput.* neutrum credo.

126 Item ut apud Pseudosenecam de moribus in codice Cusano p. 113 legitur.

139 Cum contemptu *suppolitores* appellantur. politor enim cum conduxerit agrum 'in commune quaerendis fructibus' (Dig. XVII 2, 52 § 2. cf. Cato de re r. 136), suppolitor fructus ab hoc capiendos conduxisse putandus sit, moechi et adulteri hic fortasse intellegendi sunt.

Versus, qui in codice Martialis Modiano ad VI 55 leguntur, suppositos esse Laberio satis demonstravi in prioris editionis praef. p. XIV sq.

VALERIVS *Phormionis* poeta facilius quis non fuerit, quam quis fuerit dici potest. Putavit *Valerium Valentinum* fuisse Falsterus mem. obsc. p. 117, iocosi illum carminis auctorem, quo ficto nomine Tappula lex convivalis conscripta fuit, cuius Lucilius meminit hoc modo:

Tapúllam rident légem congerrae óptimi

(Festus p. 363 M.). eiusdem, qui C. Cosconium (praet. 664) Servilia de repetundis lege accusaverat, in iudicio carmen recitatum est, 'in quo puerum praetextatum et ingenuam virginem a se corruptam poetico ioco significaverat' (Valer. Max. VIII 1, 8); viderique potest laudari idem Valentinus apud anonymum Hauptii de gen. nom. p. 76, 8. de fabulis tamen scaenicis faceti poetae nihil compertum est. Scaenicus quidem, sed artifex fuisse putandus Valerius qui 'cotidie cantabat', ut narrat Cicero de or. III 23, 86, mortuus ille ante annum 699, quo de oratore libri scripti sunt. nec aut Sorano aut Aedituo Valerio probabili causa fabularum genus tribuitur, ut restare solus paene videatur Ciceronis familiaris, quem ut mediocrem Ictum, ita ad iocos natum hominem fuisse certum nec magis mirum ad mimos descendisse quam aequalem Laberium.

Publilii quae feruntur sententiae quod nunc tandem aliquando certo librorumque auctoritate firmato ordine prodeunt, Woelfflini consilio et diligentiae debetur, cuius tamen exemplum sequi nolui in proverbiis, quae ille prosa oratione litteris cursivis suisque numeris inde a littera N immiscuit, ego in appendicis fronte p. 364 sqq. posui.

Neque *codicum* scripturas ab illo sumptas paulo commodius disponere sat habui. Parisinas quidem copias denuo excutere in horum temporum turbis non licuit: at *Frisingensem* cum singulis plagulis accuratissime contulerunt Halmius et Laubmannus, ut omnia mea de illo testimonia firmissima horum virorum fide niti confidere possis. Praeterea *Bernenses* duos *(β b)* Hagenus mea causa excerpsit, *Basiliensem*, *Turicensem*, *Rheinaugiensem* meis ipse oculis pertractavi, unde factum est, ut accuratiorem et pleniorem horum librorum notitiam tradere possim, quam prompsit Woelfflinus in prolegomenis p. 17 sqq.

Continet autem *Bernensis* 704 *(β)* sententias hoc ordine dispositas: ex littera *A* 1 -23. [append. 209. 182.] 24—28. (deinde erasum versiculum unum). 30—34; *B:* 44—59. [append. 205. 198. 159.] 60—78; *C:* 85—100. 104. 101—103. 105; *D:* 123—138; *E:* 147—158 [append. 157. de mor. 55. append. 185.] 159—162; *F:* 166—192; *G:* 194—202; *H:* 203—209. 213. 210—212. 214—222. [*Honestius cum iudicaueris amare quam cum amaueris iudicare.*] 223; *I:* 230 sq. [append. 63.] 232—254. [append. 189. 190. 156. 186. 187. 13.] 255—263. 241 iterum; *L:* 292—301; *M:* 309—317. [de mor. 18 append. 29.] 318—340; *N:* 377—386 [append. 1—7. de mor. 59. append. 8—18]; *O:* [append. 19—35]; *P:* [append. 36—57]; *Q:* [append. 58—66. de mor. 119. append. 67—78. 154. 79—81. 161]; *R:* [append. 82—94]; *S:* [append. 95 -106. 162. 107—115]; *T:* [append. 116—124. 126 sq. 125. 128 sq.] *V:* [append. 130—147]; *Z:* [append. 148 sq.] Mancae ergo in exitu omnes sunt litterae praeter *G*. Deficiunt meliores, h. e. numeris conclusae sententiae inde a littera *O*.

Alter codex *Bernensis* n. 527 *(b)* saec. XV miscellaneus in fol. 156ª—157ᵇ sine titulo ullo selecta quaedam Senecae,

cuius in margine saepius nomen adpositum est, proverbia mixta sententiis Ciceronianis exhibet. Insunt autem versus hi, in littera *A:* 2. 1. 26. 28. 33; *B:* 44. 52. 64; *C:* 89. 92. 103 (append. 281. 166) *D:* 127. 128 (append. 281) 135; *E:* 150. 154. 160; *F:* 182. 192. 170. 172; *G:* 198. 200; *H:* 211. 204. 210. 214; *I:* 243. 250. 257. 241 (append. 164. 163); *L:* 293. 296. 297; *M:* 324. 328. 330. 310. 319. (append. 165) 314. 315. 329. 335; *N:* 379 (append. 6. 7 167) 383 (append. 18) 386 (append. 13; *O* append: 21. 27. 34; *P:* append. 48. 168; *Q:* append. 169. 294. 293. 68. 73. 75. 170; *S:* append. 100).

Basiliensem codicem (*B*) sciendum est correctoris manus duas passum esse, quarum altera pallidiore atramento, sed litteris grandioribus fere et nitidis usa antiqua, multo exilior et neglegentior altera. Additi autem manu secunda sunt post v. 24 in paginae primae margine inferiore appendicis v. 209, qualis in *Mβ* legitur (nisi quod *intensio*, non *intentio* extat), tum append. v. 182 (omisso *autem*). Sequitur in pagina secunda v. 25 m. 2 in margine superiore additus; item inter lineas insertus est v. 27 et post 28 v. 31. Plane desunt 35—43 (h. e. litterae *A* extrema) 53—56 (in media *B*) 79—84 (in extrema) 106—123 (alterum litterae *C* dimidium et *D* primus versiculus) 139—147 (litterae *D* extrema et primus *E*) 163—165 (ultima litterae *E*) 193 (ultimus litt. *F*) 224—229 (extrema litt. H) 264—292 (alterum litterae *I* dimidium et primus *H*). Versum 68 excipit 72, versui 104 post 101 locus est. Deficit textus post v. 296 in littera *L*.

Lectionum spicilegium post Woelfflinum accuratius excussus a me codex hoc praebuit: 3 *apta* m. pr. 10 *si* in ras. suprascr. *l' nisi* 16 *uigilans: somniat* 17 *non* m. sec. (non rec.) suprascr. 23 *recte* (*tũ* m. 2 suprascr.) 24 *aetas* (*e* corr. ex *r* ut vid.) *indicat* 27 *nihil* 29 *Amatre* 32 *properat cito: qui est* om. *tantũ* m. 1 45 *conseuetudo* (erasa *e* pr.) 47 *In* 57 *accommodat* 58 *deicit* 63 *subprimitur neq̃q̃* m. 2 suprascr. 72 *audunt ut opprimant* 75 *breue* (m. 2 *breui*) *men*ˢ 78 *ubi das* m. 2 suprascr. 86 *est* om. 90 *vitam*] in mg. m. rec. fort. *ritũ* 92 *contempnitur* 97 *dampnatur* 100 *nullˈ* 102 *Contempni* 102

stulte (corr m. rec.) 124 *Dãpnare* 126 *cum ingratum* m. rec. suprascr. 133 *habere*] *ẽ habẽ.* i. e. est habere 134 *ẽ grata* (m. eadem suprascr.) *conditio* 148 *peccato* (m. rec. corr.) 150 *altius* 155 *sepulchro* 156 *faciunt* m. rec. *odẽ* 158 *patriae. qui se denegat* (m. rec. *se denegare* suprascr.) 160 *Ethea* 175 *impbitas* 181 *hĩ* 184 *potestate ẽ* 187 *Femine turã* (suprascr. m. eadem) 189 *splendet*] *fulget* 191 *cũ,* m. 2 suprascr. *quẽ* 196 *animã* (corr. m. ant.) 201 *consaetudinis* ut vid. 205 *mori tutũ putat* m. 2 suprascr. 209 *ab eo de quo nõ possis q̃ri* m. 2 add. 216 *cũ fuerit* m. 2 suprascr. *altum* 223 *maledicte* m. 1. corr. m. 2 230 *quiqd* 235 *datꝰ* 236 *Inopiae auariciae* 239 *Iocundũ* 241 *Irritare* 244 *cõtumelia est* m. rec. add. 245 *fieri* m. rec. suprascr. 253 *nisi*] *n̓* 254 supra *celeritas* m. 2 scriptum *puniri* sive *puniendi* 257 *dãpnatur* 258 *n̓* 260 *q* 261 *amico* 293 *n̓.*

De codice *Rheinaugiensi* num. XCV membranaceo (*Rh*), qui inde a pag. 91 ANNEI· SENICAE· PROVERBIA· continet, post Woelfflinum haec enotavi: 1 *quidquid* 11 *ingenio* (m. ead.) *acerua* 12 *ledit* 22 *concenditur* 35—43 om. 44 *ꝺgratum g* (h. e. quod) *sustenentur* in textu 76 *q* 79—84 om. 86 *est* om. 88 *rapere* 92 *contempnitur* 95 *melior* 96 *dolori* 100 *amici* in textu *nullus* 104 post 100! *uenicalo* deinde 101 sqq. *improborum* 105 *relinquid adpetit* 106—122 om. 123 *priorur* 130 *mendatium* 131 *carior* 132 *quidquid* 133 *Dificile* 139—146 om. 149 *desidesirio* 155 *sepulchro* ÷ *mortus* 161 *hortus* 162 *carus* 163—165 om. 167 *planditur* 168 *retenecas* 171 *Furtuna* 173 bis in pag. 98 summa m. 2 additus, et statim infra in textu m. 1 175 *improbitas* 177 *sinant* (ut dubitari nequeat) 178 *lacra* (similimae in hoc libro *r* et *s* et saepius confusae.) 181 *reddit* 183 *oberre* 189 *spendet* 193 om. 194 *Graue p̃iudiciũ* ÷ *p̃iuditia ũ habꝫ* (ut *p* scripserit librarius pro illo *ꝓ*) 198 *graua specta latet* 200 *Grauius* 208 *cõmdat* 209 *ñ ẽ possit* 211 in imo mg. videtur repetitus esse, sed fere evanuit scrip-

tura 213 extat in p. 100 summa! *est* om. 216 *Homo semp aliud fure tinat aliud cogitat* 220 *commendat*ᶻ 222 *utilus* (corr. m. ead.) *quamrere* (in mg. m. 2 *que*) 223 *Hbent* 224—229 om. 230 *nestit* 231 *Inimicus* 239 *Iocundũ* 240 *recepit* (sic, ut puncti nota casui tribuenda esse videatur) 245 *hunc ñ inimicu* 251 *horte* 260 *ꝙ* 264—291 om. 299 *ñ nocens* 300 *Liuido* 301 *Liuidus cunctos* (*o* corr. ex *u*) 302—308 om. 315 *inimico!* 316 *caus* 317 se] *re* 320 *qđqđ* 328 *indigđ* (corr. m 1) 339 *imperande* Ad 332 in mg. nota adpicta inseri iubetur qui supra textum in pagina summa m. 2 fort. additus est versus: *Multu ē difficile seruire regi absq. cõmodo* sic emendandus:

Diffícilest regi séruire absque incómmodo.

superius etiam pingui manu *ale naturae* (v. 328, qui primus huius pag. 104 est, initium) 341—376 om. 379 *quidquid* 382 *ꝙ optes* Ceterum sententia fert *hau quid fugias*, quod huius codicis scriptura *au* indicari videtur 386 *defecit* Post 386 secuntur proverbia 1—149: 10 *uitiorũ* ÷ 15 *accurraueris* 19—22 *uoluntaria* ÷ *Omitte*, om. *ergo excussationem* 23 sq. *caecideris titubaberis* 25 *insaniđ* 26 *p̄uenđ* 27 *Omnis itaq:* 30 *adnixe* 31 *oportit metū* 32 in imo mg. m. ead. add. 33 *Obtimu* 35 *uult* om. 38 *ꝓ fectu* 39 *deliberis* 45 *ominibus* 49 *cuditates*, in mg. *pi* m. ant. 52 *ueracunda* 53 *conuitium* 54 *Perturbe* 55 *exegentem* 57 *Plerique famam conscientiam pauci uerentur* (quae ut aperte e Plinii epist. III 20, 8 hausta omisi in textu) 64 *quiderunt* 69 *miṇũ* 70 *inmitari* 72 imo mg. m. ead. add. post 75 82 *Repellis* 84 *iniuniarū* 86 *Resđuera* ÷ *quia multis timetur multos timet* (vide Laberii v. 126) 98 *efficiaet* 91 *praua* 93 *parentē inferuorē* 94 *Reges* 95 *otiora* 96 *potentis quia puerisne aut* 108 *pars* extat! 109 *seruus es* 110 *alienas* 114 *contempnunt* 116 *se*] *re* 122 *praebit* 124 *Transauit* 127 *exibe amiticiis conparandis* 129 *familiater* 139 *doloribus enim* 142 *mortalis* 146 *pectus piegt* 147 *exitu eius finēqꝫ* (*finē* eras.) 149 *uitiorū*

Cetera desunt. Ergo ad Syri v. 633 enotata varietas non *R* est, sed *T* codicis.

Fratres esse Basiliensem, Bernensem 704, Rheinaugiensem lacunae demonstrant; sed pleniorem servavit communem fontem Bernensis. Ad eandem classem pertinere videtur etiam *Urbinas* codex n. 340 saeculi XIV, cuius notitiam Augusto Mau Kiloniensi debeo: nam in primis versibus, quos ille contulit, sexaginta septem desunt praeter v. 29. 57 sq. 62 eidem quos illi libri in extrema littera A omittunt 35—43. Textus ipse tam male habitus est, ut reliqua excuti operae pretium visum non sit: unum monebo, quod in v. 63 sub corruptelis librorum latere suspicatus sum *quando*, id ipsum in Urbinate legi, ubi initium versus est: *bonum quando enim supprimitur*. *Palatinos* Gruteri Hugo Hinckius meus frustra in bibliotheca Vaticana quaesivit.

Alterum exemplar eius quae *Turicensi* (n. 178) continetur codice sylloges, mutilum illud quidem inde a littera *E*, sed litteris *A* et *B*, quae desunt in Turicensi, auctum nuperrime repertum est in libro *Monacensi* (Clm. 6369) membr. saec. XI, editum autem a Guilelmo Meyer in commentatiuncula sic inscripta: *Eine Sammlung von Sentenzen des Publilius Syrus. München* 1872. Cuius gravissime doleo tum demum notitiam mihi adlatam esse, cum Syri mei textus typis in officina iam expressus esset; neque postquam complures per menses intactum propter operarum pertinaciam iacuerat opus, ut denuo retexerem novasque sententias, ut par erat, suo loco insererem, inpetrare vel a taedio meo vel a redemptorum facilitate potui. at conspicuam saltem eis sedem in corollarii huius appendice paravi: hic et ordinem Monacensium accurate indicare et editarum scripturas novis testimoniis augere sat habui.

1 (sylloges nostrae v. 10) *ni* (eras.) *nisi facias necesse est* 2 (43) *amoris* (erasa *s*) 3 (41) *animo semper imperat sapiens stultus uero deserit* 4 (append. 227) *audiendo uirtutus crescit socordia timor* 5—9=694—698 10 (26) *nisi ut* 11=699 12 (28) *aliis*] *omnibus* 13. 14=700. 701 15 (44) *Bis fit gratum quod opus est si ultro offeras.* Meyerus *fiet*, quo senarius efficitur: *erit* cod. Cusanus 16. 17=702. 703 18 (53) 19 (55) *accipit* 20 (57) *commodat*, quod

recipiendum est. 21 (45) *desuetudo non est bonum* senarium haec: *desuetudo non bonast* explent. 22=46 *qui dare* 23=66 *interficitur animis* 24=704 25=74 *apud uisum* 26=705 27=99 ut T 28=654 ut T (*cum se ipse* Meyerus conl. 9. 11. 102 syll. Turic.) 29=104 ut T 30=91 *nemo* om. *in grã tuto* (*ingratuitu* T, sed *uit* fortasse e corr.) *reuertitur* 31=655 *esse oportet supplicem* ut coniecerat Froehlichius 32=656 *effugere* (*effugiri* T) *potest quem* (*si* T) *culpam penitet incurrisse.* Meyerus: *cito cúlpam effugere pote quem culpae pacnitet* 33=112 ut T, sed rectius *dicunt* 34=659[1] *periculo* ut T *querit quicquid* (*qdqd* T) *occultare contendit* ut T 35=115 ut T 36=116 ut T, sed *totus* 37=86 ut T, sed in exitu *ob iurgatio scuo.* (Ambiguum, utrum rectius sit: *crudelis in re aduersa est* an *c. est in re aduersa*) 38=657 ut T 39=658 *Cum inimico ignoscis amicos gratis complures adquiris* ut T, nisi quod hic, cuius scriptura in adnotatione mea casu nescio quo excidit, *amicus* habet. 40=97 ut T, sed *multatur* 41=659 ut T 42=125 ut T, sed *tu otius* 43=127 ut T, sed *poenitus* 44=660 ut T 45=706 46=661 ut T, nam *dinoscitur* uterque. 47 *Dignus es odio cum tua religione qui nodum in scirpo queris* (corrupta ex Terentii Andria v. 940 *sq.*) 48=662 ut T, sed *reperies* 49=157 *Eripere iram officia non suggerere.*

Reliqua desunt in Monacensi. Secuntur in *Turicensi* haec: 50=663. *ignorantia ést profunda néscire ubi peccáueris* Meyerus 51=707 52=174 *facenus fugct* 53=664 *que* compendio *q*: scriptum bis. 54=176 55=178 *attrocior* (*t* pr. eras.) 56=184 57=179 58=665 *Frenus frenos inponit linguae conscientia* Meyerus recte. 59=196 60=200 61=666 62=667 63=708 64=215 65=226 66=214 67=204 68=709 69=250 *remedium* 70=251 71=242 72=235 73=240 74=238 75=243 76=246 77=264 78=297 79=668 80=310 81=309 82=333 83=366 *penitet* 84=app. 281; hunc quoque suo loco inter Turicenses inseruisse melius erat. 85=669 86=380 *opri-*

mitur 87=710 88=421 89=397 90=383 *periculum periculo* 91=423 92=401 93=439 94=441 95=670 *amicus* Meyerus: *plures amicos mensa bona quam mens capit* 96=482 *more* 97=483 *irascit periculum* 98=489 99=452 *Pericula* 100=453 101=671 *qui studet multis amicis, multos inimicos ferat* Meyerus. 102=672 *qui se accusat ipse, ab aliis accusari non potest* Meyerus. 103=515 *Quoscuq*: 104=542 105=673 106=674 107=537 108=576 109=578 110=675 *reddit, non perdit alienum qui perdidit* Meyerus conl. Cassiodori var. 6, 8 'sine damno inventa perdit qui propria non perdit.' 111=676 112=677 113=585 114=678 115=590 116=593 117=679 118=680 119=681 120=682 121=683 *sine legis poena poenast conscientia* Meyerus, non male 122=684 123=618 124=627 125=685 *tarde nascitur gravis ira et pervicax ulciscitur* Meyerus, parum eleganter 126=686 127=687 128=688 129=711 130=712 131=634 132=689 133=690 134=691 135=692 136=636 137=693 *ut emas aliena, caveas ne vendas tua* Meyerus.

Cusani codicis, quem consulto se praetermisisse Woelfflinus p. 19 narrat, fructum ad verba singula emendanda nullum fere esse verum est, scitu tamen dignum quos libri illius compilator versiculos excerpserit. Habet autem haec: p. 103 Kl. Afranii v. 30 ut extat apud anonymum Bernensem: p. 118 Novii 42 nullo addito nomine; p. 113 Laberii 126 qualis in Pseudosenecae de moribus libello legitur; Syri versus 4. 5. 13. 15. 16. 17. 18. (*sed elabi*) 19. 22. 23 (*Sen̄*). 26. (*nisi ut*) 27. 29. 32 (*Sen̄*). 44 (*Seneca. Bis erit gratum*) 46 (*beneficium*). 48. 49. 51. 53. 54 (*Sen̄*) 55 (*accipit*) 58. 60. 63 (*nequaquam*) 64. 65. 66. 67 (*Seneca dicit dormis*) 70 (*excedunt*) 71 (*cum*). 74. 76 (*qui*). 78. 91 (*redit in gratiam tuto redit*). 92 (*periculum*). 94. 95 (*melius* om.) 96 (*cuius*). 97. 99 (*nec fortis*). 103. 104. 123 (*Seneca*). 125 (*apparendum*). 128 (*est utilissima*, suprascr. *uel cutissima*). 131. 136. 137. 138 (*demissum admittitur*) 147 (*Sen̄*) 149. 150 (*alterius*) 154. 157. 159. 160 (*Sen̄ senem*| *sen̄*) 169 (*formosa multa*) 170.

171 (*quassum*) 172. 174 (*is qui*) 175. 178 (*sit*) 180 (*animi*) 184. 188 (*difficilia ut facilia*) 189. 192 (*homini*) 194. 197. 203 (*est gloriae custodia*). 204. 207 (*est mori*) 208. 218 (*Señ quasi gladius melle illitus* add.) 215. 220. 233 *roges*) *e* corr. ex *a*) 234 (*in nullo*) 235 (*qui scelerite dat*). 236 (*parua desunt*). 237. 239. 241 (*irritare*). 244 (*in miseria uita*). 246. 247. 248. 250. 251. 255. 257. 261. 292. 293. 294 (*dolori est inimici*) 295. 297. 299. 310. 315. 317. 322 (*est* om.). 326 (*periculo*) 327. 330. 334 (*cum se irritatur*) 339. 377 (*nichil*) 383 (*periculum . . periculo*) 386 (*auaro*) 651 (*pati uel facere*). Reliqua suis locis adscripsi. Novis autem quos ex hoc fonte hausi versiculis append. 171—176 paucos etiam addi posse sero intellexi, quos item ut Monacenses infra exposui numeris appendicis 177^{1-4} signatos.

Iam ut APPENDICIS consilium et rationem defendam, paucis significandum est, quid de universi gnomologii origine et vicissitudinibus coniectura apud me constituerim. Nam secundum litterarum ordinem dispositae sententiae Publilianae quando primum fuerint nescimus: certe tali corpore Gellius non usus est. neque Frisingensem syllogen ex eodem archetypo, unde hic sua excerpsit, ortam esse credo, quia laudatus a Gellio et Macrobio v. 106 in nostris codicibus omnibus desideratur. v. 264 autem in solo Turicensi extat, quem ipsum a ceterorum vulgo longissime abhorrere universa libri indoles et compositio demonstrare olim potuit. Neque eis adsentior, qui aut omnes aut saltem plerosque qui in Frisingensi familia leguntur versiculos ad ipsius Publilii auctoritatem revocari secure posse confidunt; immo pariter atque in Menandri Graecis sententiis aliorum quoque non poetarum tantum frusta, verum etiam prosae orationis scriptorum cogitata inesse suspicio sat gravibus firmatur argumentis. permagna enim monostichorum multitudo etiam nunc tam in scaenicorum poetarum reliquiis quam in Phaedri fabulis extat. atque translatum in nostrum corpus tenemus integrum Terentii v. 37 (cf. Monac. 47), lenissime immutatos Laberii v. 338 (cf. append. 86 in *R*), atque Ennii tragici ut videtur v. 430 (cf. etiam Plauti Capt. 737), item factos saltem ad Terentiana

exempla v. 19 et 108. manifestum Phaedri imitatorem habes in v. 255 et 644. quid? quod etiam Horatio subreptus est v. 547. Catonis Censorii dictum subest versui 670, Ciceronis verba in numeros redacta v. 35 et 667, inflexa Quintiliani v. 534 et 553. Quamquam non nego posse cum ex his quaedam vel ex communi fonte vel vice versa e scaena in libros fluxisse tum maxime Senecam, quem constat mimi amantissimum fuisse, quae Syri versiculis (138. 238. 297. 352. 484. 572. 598: cf. append. 70. 84. 132. 152. 162. 297—305) similia habet hinc petivisse potius quam commodavisse poetastro. Accedunt vero multorum auctores Graeci et tragici (v. 36. 38. 192. 245. 328. 365. 468) et comici (Diphilus v. 636, Menander v. 49. 51. 61. 62. 83. 135. 143. 214. 330. 397. 471. 497. 537. 595. 601. 603. 617. 624). ac tragicum colorem vel sic agnovimus v. 275. Nec desunt inter gnomica vel proverbialia Graecorum dicta quae redeant apud Syrum nostrum: tamquam Socratis Seneca laudat sententiam v. 172 expressam, ad Aristotelem refertur v. 169, Plutarchea ad. v. 118 attuli, Demophili sententiam ad 669, paroemia ad v. 102. 103. 111.

Ergo varia acute et prudenter dictorum farrago undique collecta et numeris quantum fieri poterat conclusa est tempore incerto. quid ergo obstat quin ad vetustiorem Publilii aetate formam quaedam revocemus? ut *nocnu* v. 494 restitui; nec veritus sum in appendice v. 30 *obiurigationi*, 65 *laudarier*, 267 *capier* et *rapier* admittere. quidve mirum quod etiam anapaesticus versus 213 et octonarii iambici v. 657. 666 (item append. 96 et herous append. 17) inlati sunt in syllogen?

Quae cum antiquitus fuerit amplissima, accidit primum, ut pluribus manibus excerperetur, itaque in breviaria plura dilaceraretur, cuius operae documenta praecipua etiam nunc extant duae Frisingensis et Monacensis sive Turicensis collectiones, quamvis illius quoque familiae codicibus singulis sua quaedam propria sint. Ipsi vero versiculi summa scholasticorum licentia modo ad alios numeros, ut illa quae Ausonii nomine feruntur septem sapientium dicta, inflexi, modo interpolati et in prosam orationem eo consilio, ut videtur, diffusi sunt, ut praeter versus illos soluto etiam sermone conceptae

sententiae extarent sapientibus nimirum viris Socrati Aristoteli Zenoni Senecae aliis tribuenda. Itaque orta sunt, ut haec potissimum laudem, et Pseudosenecae de moribus et Caecilii Balbi, qui partim narratiuncularum involucris ornata apophthegmata, partim mera dicta collegit, florilegia, indidem autem denuo in versiculorum codices prosariae sententiae interpolatione translatae.[1])

Illud quoque quotiens factum esse putabimus, ut primae litterae causa immutata sententiae verba sint? cuius mutationis exemplo sunt v. 326 et 628 comparati cum eis, quales laudavit Hieronymus, et 236 conlatus cum Senecarum testimoniis, vel 149 cum Caecilii Balbi loco. Variandi autem amplificandique libidine foedissime depravatum esse textum in Turicensi maxime libro cum constet, etiam in alterius classis codicibus nimis saepe ita corruptum offendimus, ut restitui certa medela non possit ac ne probabiliter quidem sine audacia sanari queat: e. c. 359. 392. 491. 503. 547. 583. 659. 660 sq. 663. 665. 669. 675 sq. 689 sq. Quid? quod ne eiusdem quidem classis libris satis convenit de singulis verbis, quae multo licentius quam in aliis scriptoribus fit et transponuntur et permutantur. Praeter ipsos autem versiculorum nostrorum codices quantum sibi indulserint compilatores intellegitur conlatis v. 36. 53. 132. 145. 235. 250. 384. 397 cum Caecilii Balbi quos adscripsimus locis, vel v. 176 cum appendicis v. 100, 286 cum append. 69. in cuius tamen sententiis sunt quae ad verbum conspirent cum Syri versibus, e. c. 112. 130. 131. 261. 286. 415. 500. 580. 651.

Quae si ita sunt, quis ausit contendere illa, quae singulis ad litterarum ordinem discriptis capitulis inde a littera N in quibusdam codicibus adnexa legimus, Woelfflinus autem proverbiorum nomine a ceteris distingui voluit, numquam numeris conclusa fuisse? quos tamen cum integros adeo servaverint app. 26. 27. 100, nec in v. 1. 5. 15. 23. 28. 31. 33. 40. 45. 47. 63. 64. 72. 74. 103. 112. 116. 117. 118. 120.

[1]) Novo hoc florilegiorum institutum exemplo Lugdunensium e Senecae tragoediis excerptorum, quae Fridericus Leo in Bonnensium philologorum commentationibus novissimis p. 29 sqq. edidit, inlustratum est.

121. 135 ita obscuratos habeamus, ut non facillima opera restitui possint, quid Publilio, quid aliis auctoribus tribuendum sit plerumque frustra quaeres, at cogitati acumen et stili concinnitatem ubicumque in his sententiolis sub interpolamentorum scrobe enitere animadverti, periculum saltem faciendum esse putavi, num possit aut genuina forma aut aliqua eius umbra e tenebris exsuscitari. nec id temere factum esse vel Menandreis, quae ad v. 4 et 125 adnotavi, Philemonis ad v. 53 exemplis sat probatur. eadem causa est aliorum, quae passim in singulis libris addita reperiuntur (app. 150–176) vel ex aliis quos supra indicavi fontibus (cf. 187. 227. 239. 256. 285. 296. 297) hausta sunt.

Non mirabimur igitur, quod *Varronianae* quoque quae feruntur sententiae similem originem ex parte saltem prodere videntur. Manifestum enim est ex Publiliana eaque sine dubio genuina (221) expressam esse undecimam: *sic flet heres ut puella viro nupta: utriusque fletus non apparens est risus.* Integer adeo Publilii v. 234 in Matthiae Farinatoris libro Moralitatum hoc nomine laudatur: *Varro in sententiis libro sexto* (n. 156 Ch. R.); redditurque Syri v. 44 sententia quamquam diversis verbis Varronianae 14: *semel dedit qui rogatus, bis qui non;* item Syri v. 42 his n. 21: *vis experiri amicum? calamitosus fias;* unde senarium vel sic efficias:

vis éxperiri amícum? monstrat cálamitas.

Ergo deprompta esse ex monostichorum quadam sylloge haec quoque possunt, quae ad numeros suos licet revocare:

18 Nec pérsequi nec fúgere fortunám decet.[1])
19 Fortúnae potius ímperes quam régibus.[2])
35 Nullíus est quod ésse multorúm potest.[3])
36 Vir bónus, quocumque it, pátriam secum fért suam.[4])
67 Magníficum nil docébit qui didicít nihil.[5])
84 Nil nórit si quis aéque norit ómnia.[6])
88 Nescít quo tendat múltas qui sequitúr vias.[7])

[1]) sequi *V* [2]) potentius imperare fortunae quam r. *V* [3]) multorum esse *V* [4]) suam secum fert *V* cf. Syr. 635 [5]) nil magnificum d. qui a se (ex se ipso *Pat.*) nil didicit *V* [6]) nil novit qui aeque omnia *V* [7]) qui multas sequitur semitas (uias *Pat.*) *V*: cf. 92.

92 Nusquám deveniet qui ómnes sequitur sémitas.[8])
96 Non míser est nisi qui míserum se esse exístumet.[9])
129 Felícitas non sécum recipit míseriam.[10])
137 Non tám quae prosint, quám quae attineant cógita.[11])

Ne *Sexti* quidem illius, quas Origenes medio tertio p. Chr. saeculo Graece legit, mox quarto *Rufinus* presbyter in Latinum, ante sextum autem Syri interpretes duo in Syriacum sermonem verterunt, sententiae nullo cum florilegio nostro cognationis vinculo coniunctae sunt. nam cum e Menandri monostichis (463) petita sit Graeca 11 p. L in novissima Gildemeisteri editione, reddatque Latina 89 p. 14 G. versiculos duos Gregorii Nazianzeni II p. 606, alia dicta memorabilem in modum Publilianis quibusdam similia sunt: praeter n. 79 *hoc solum tibi proprium dicito quod bonum est*, quae ad Syri v. 379 adscripsi, vel haec exempla conferas: 83 *lingua maleloquax indicium est mentis malae* olim a Pithoeo in senarium hunc conclusa:

lingua ést maliloquax méntis indiciúm malae

(apud Woelfflinum p. 126 v. 187: cf. append. meae v. 267) quae paulo etiam elegantius sic conformari possunt:

malíloqua lingua méntis indiciúmst malae.

ad n. 90 ex Syrorum interpretatione: *nihil cuius tandem te poenitebit facias* cf. Publ. Syr. 111: *cave quicquam incipias quod paeniteat postea.* ad Sexti n. 93 (adde quae in Hermae vol. IV p. 88 composuit Gildemeister) cf. Publ. Syr. 132. Integer senarius quamquam certe non antiqui auctoris est n. 312:

malús vir non vult ésse providéntiam.

Neque in illo n. 393:

mentíri in vita décipere est et décipi

quicquam mutari opus fuit.

[8]) qui quot videt sequitur calles *V*; cf. 88 Seneca epist. 45, 1 [9]) non est miser nisi qui se esse credit (miserum putat *Colb.*) *V* [10]) non est felicitas quae secum r. m. *V* [11]) tantum *Pat.* prosint *Colb.* prosunt *Atreb. Pat.* quam *Atreb.* sed *Pat. Colb.* cogita] considerentur (consideret *Pat. Colb.*) *V*

Nonnulla vero tam a numeris prope absunt, ut suspicari liceat Rufinum Latino quodam usum esse florilegio, unde leni mutatione ad prosam orationem conformatos versiculos deprompserit quos aut similibus Sexti sententiis supponeret, aut, ubi desideratur Graecum vel Syriacum exemplar, insereret adeo novos. Certe periculum in corpore vili ut fiat, proponam paucos mea coniectura refictos additis infra verbis ipsis qualia extant tradita:

n. 10 G. Non mínimumst in vita hómini minima spérnere.[1])
75 Quot ánimi vitia, vítae tot dominós habes.[2])
88 Non quód velis optándum, sed quod éxpedit.[3])
130 Nil dúc pretiosum, quód tibi auferrí potest.[4])
153 Tamquám veneno uténdumst tibi mendácio.[5])
161 Tunc lóquere, cum tacére tibi non éxpedit.[6])
165 Mélius est verácem vinci quám mendacem víncere.[7])
202 Nil tú malum putáto quod non túrpe sit.[8])
211 'Aliis si quis útitur male, útitur se ipsó male.[9])
226 Quí non diligít sapientem, néc sese ipsum díligit.[10])
237 Muliér pudica suí mariti glória est.[11])
240 Sicút coerces véntrem, Venerem cóntine.[12])
270 Homo ís, quem venter víncit, similis béluaest.[13])
275 Non sápiens factumst ín quo libertás perit.[14])

---

[1]) non est minimum in uita h. neglegere minima *R* *οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ παρὰ μικρόν* *Boiss.* I 131 [2]) quanta uitia habet anima, tot et dominos *R* *ὅσα πάθη ψυχῆς, τοσοῦτοι δεσπόται* Boiss. I 131 [3]) opta tibi euenire non quod uis, sed quod expedit *R* *εὔχου σοι γενέσθαι μὴ ἃ βούλει, ἀλλ' ἃ συμφέρει* Boiss. I 122 [4]) nihil pretiosum ducas quod potest a te auferre homo malus *R* [5]) mendacio tamquam ueneno utere *R* *τῷ ψεύδει ὡς φαρμάκῳ χρῶ* Boiss I 129: cf. Publ. Syr. 636 [6]) tunc loquere, quando tacere non expedit *R*: cf. Enn. trag. 132 sq. [7]) melius uinci uera dicentem quam uincere mentientem *R* [8]) nihil putes malum quod non sit et turpe *R*: cf. Publ. Syr. 423 [9]) qui hominibus male utitur, se ipso male utitur *R* [10]) sese | se *R* *in fine* diligit *habet Cantabr. U, om. ceteri* [11]) m. p. gloria uiri est *R* [12]) prout continueris uentrem, ita et uenerios motus *R* *ἐφ' ὅσον ἂν γαστρὸς ἄρξῃς, καὶ ἀφροδισίων ἄρξεις* Boiss. I 131. [13]) homo qui a uentre uincitur similis est beluae *R* *ἄνθρωπος γαστρὸς ἡσσων ὅμοιος θηρίῳ* Boiss. I 132 [14]) non est sapiens f. in quo l. aufertur *R*

296 Nil ést bonum quod nón sit commune ómnibus.[15])
315 Quod sápit in te ipso, hoc quídquid est hominém puta.[16])
318 Quod ánimo noenu nócet, nec homini illúd nocet.[17])
326 Qualés sunt mores, tális vita ipsa ést tua.[18])
335 Onus córporis sunt mémbra, quibus non útimur.[19])
341 Quidquíd agis causa glóriae, haec mercés erit.[20])
342 Quod dás ut innotéscas, das libídini.[21])
346 Quasi ánimi vestis córpus servandúmst tibi.[22])
386 Qui núllum laesit, néc timebit néminem.[23])
443 Amícum certum símili similem députa.[24])
449 Intáminatum córpus custodí tuum.[25])

Denique quas in Syri sententias editas nuperrime protulerunt homines docti coniecturas fortasse iuvabit commemorasse: v. 75 *brevis summae ipsa est m. i.* Th Fritzschius in Leutschii indice philologico n. 1872 p. 202: idem v. 90 in exitu septenarii: *filius vitam oderat:* 110 *cónsilium in dubiis inveniunt multi, docti se explicant* conl. v. 593; v. 248 *invidia tacite, manifeste ira nascitur* non male: v. 265 in exitu *facilius quam oculi ferunt* Augustus Luchs quaestt. metr. Plaut. (Gryphisw. 1872) p. 9, recte: v. 348 (quem plane proscribi vult etiam Luchs l. l.) *magis ís valet, qui nescit quid sit calamitas* Eduardus Becker stud. I 214: v. 412 *non sémper*

---

[15]) nihil bonum quod non potest esse commune *R* [16]) quod sapit in te, hoc ducito esse hominem *R* scias igitur illum quemcunque sensum, qui in te est, qui cognoscit et intellegit, hominem esse *interpr. Syr.* [17]) quod animae non nocet, nec homini *R* quodcunque animo non nocet etiam homini interno (universo *G*) non nocet *interpr. Syr.* [18]) prout sunt mores tui, talis sit (*om. IU*) et uita tua *R* οἷον τὸ ἦθος ἑκάστον, τοιόσδε ὁ βίος καὶ αἱ πράξεις Demoph. 4. [19]) membra corporis sarcina sunt his, qui eis non utuntur *R* [20]) quicquid egeris causa gloriae, haec erit merces facti tui *R* [21]) si quid dederis ita ut hominibus innotescat (innotescas *interpr. Syr.*), non homini, sed propriae libidini praestitisti *R* [22]) uestimentum putato esse animae (animi *Syr. interpr.*) corpus tuum, mundum igitur id serua *R cf.* 449 [23]) neminem laedens nullum timebis *R* [24]) amicum deputa similem simili *R* τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον Aristot. eth. Nic. IX 33 [25]) incontaminatum custodi corpus tuum *R cf.* 346.

faciles facilitas aures habet Luchs quaestt. metr. p. 9 quamquam totum versum in suspicionem vocans; 430 *nimium boni est mortali, cui nil sit mali* Fritzschius (nam hoc voluisse videtur, non quod operae oscitantia posuit a sensu et numeris alienum); v. 467 *perdis, non donas* (s. *perdit qui donat*), *nisi cui donas* (s. *donat*) *est memor* Luchs l. l.; v. 477 *perfácile est félix qui quae cupit impetrat* idem p. 11 dubitanter et parum feliciter; v. 592 in exitu *iniuriae detúr locus* vel *detur locus iniúriae* idem p. 10. Non intellego quod Fritzschius proposuit *peccándi oportet odium non facias metum* append. 31.

V. 628 addendum est laudari antiqui dicti nomine ab Hieronymo ep. ad Paulin. LIII 10 hoc verborum ordine: *avaro tam dest* e. q. s., adhiberi liberius ab eodem ep. ad Theophil. his: 'eget semper qui avarus est: nescit mensuram *cui tantum deest quod habet, quantum quod non habet*' (cf. Aemilii Luebeck de Hieronymi auctoribus librum p. 115). Ad append. v. 311 accuratius indicandus est Orosii IV 9 p. 240, 1 Hav. locus, ubi haec leguntur: 'tertio anno, *sicut semper indomitus furor cito periculorum obliviscitur*, Servilius Caepio et Sempronius Blaesus consules, cum ducentis sexaginta navibus in Africam transgressi universam oram maritimam, quae circa Syrtes iacet, depopulati sunt.' atque ipsa verba, quae ad numeros duce Fabricio redegi, non aliter ac supra descripsi Laurentianum cod. 65, 1 exhibere comiter me docuit Zangemeisterus noster.

In *fabularum indice Plautinum* titulum PAGON mutare ausus non sum, qui cum semel apud Varronem de l. l. VII 61 et sic scriptus *in pagone* exhibeatur, Pio visus est *Phagon*, cuius coniecturae ut facilius adsentiar quam Ritschelius Parerg. I 151 et mus. Rhen. X 447, eis moveor, quae in vita Aureliani c. 50 leguntur: 'erat quidem rarus in voluptatibus, sed miro modo mimis delectabatur, vehementissime autem delectatus est *Fagone* (*fagoriae* et *fagorie* codd., corr. Salmasius), *qui usque eo multum comedit*, ut uno die ante mensam eius aprum integrum, centum panes, vervecem et porcellum comederet, biberet autem infundibulo adposito plus orca,' ubi in Palatino m. 2 adpositum est

scholion '*propric nomen mimi edacis.*' praeterea cf. Isidori Varronis sat. 529 B. glossa '*phago,* cibus' et Ceterum consentaneum est Graecum titulum non ab ipso Plauto ortum esse. Conieci aliquando *in plangone* scribendum esse titulo a nomine *πλαγγών* (pupa) ducto. de *Paphlagone* Hertzius cogitavit.

Atque hic poteram in litore exoptato ancoram iacere, nisi, dum lentae operarum manus tardo progressu nimis iam onustam navem provehunt, novam etiam moram et nauseam adferrent *Madvigii Adversaria critica,* quorum his ipsis diebus alterum volumen in manus meas devenit. qui cum senex effundere plena coniecturarum horrea instituerit, ne scaenicos quidem poetas Latinos immunes ingenii sui esse voluit. at vero his saltem si pepercisset vir merita in emendandis prosaicis scriptoribus auctoritate pollens, sed numerorum praeter dactylicos erubescendum in modum rudis, prisci autem sermonis ac stili parum gnarus, nec in Nonii libris tractandis satis exercitatus, ne ille suo ipse nomini pepercisset magnopere. Nunc ingenue ut profitear, pudet fere puerilia saepe principis in arte qui haberi vult commenta in medium proferre, inter quae paucissima sunt, quae vel tolerari patienter possint: profero autem, ut quo tandem ille iure in omni fere criticae artis genere arbitrium sibi adrogaverit, uno exemplo appareat. Atque in *Caecilii* v. 49 *nisi quis est qui* scribi iussit, p. 667 non male per se, sed praeter necessitatem.

141[1] Integrum senarium cum hiatu *facinorum famam occultabat factio* Philumenae obtrusit p. 661.

148 *quae mihi quidquid placet, eo privatum me it; me servat suum* p. 591 numeris nullis, sententia insulsa. Menandro autem quod talia restitui iussit:

> *λαβεῖν ἐμ' ἑκκαιδεκατάλαντον καὶ γένους*
> *οὖσαν παχέος· εἶτ' ἐστὶ το φρύαγμ' ὅπως*
> *γένοιτ' ἂν οὐκ ἀνυπόστατον; μὰ τὸν*
> *Ὀλύμπιον κ. τ. λ.*

novo exemplo monstravit quantum a Graecorum quoque arte scaenica eius abhorreat disciplina. In altero Menandri fragmento idem scribendum putat:

κυρίαν τῆς οἰκίας
καὶ τῶν ἀγρῶν. καὶ πάντ' ἐκείνης· [ἔστι δ'ὧν]
ἔχομεν, Ἄπολλον. ὡς χαλεπῶν χαλεπώτατον.

Turpilii versum 15 intolerabilem *timere occepi et interdum mussitarier* edolavit p. 662.

88 sq. Optimos baccheos incredibile quanta artis inscitia in horridos senarios mutaverit sermonisque et sententiae integritatem corruperit p. 667 sic:

satin', ut meum
cor sé voluptatíbu' *det*, immortálitus
sese óbtulit mi haéc facultas?

V. 186 foede ab se in priore volumine deturpatum cum sero intellexerit, non multo tolerabiliorem nuper in vol. II p. 652 talem proposuit:

meretríces ad me *dé vicinitáte aliquae* convénerant

nec in caesurae defectu nec in anapaesto pedis sexti offendens neque mutandi audaciam ullo argumento excusans.

Versum 201 in exitu scribendo *quaeque huiusmodi* p. 662 septem scilicet senarium pedibus ditavit; in sequenti his *vitia .. invitari solent* sententiam pervertit.

Pall. inc. inc. 30. In Ciceronis verbis *dissimulare non sinit, qui* (i. e. quo) *delecter* pro tradito *quia* scribi iussit p. 190 infelicissima, ut mihi videtur, et plane temeraria opinione: nam sanissima sunt quae in libris leguntur.

Apud *Titinium* v. 22 *adpensam lanam qui* p. 664, haud male.

93 *quor*, ut ipse scripsi, Madvigius quoque p. 667, qui tamen septenarium cum non agnovisset, senarium in *mei* pronomine clausit.

167 togís *cur* candidís, tunicis *ut* sórdidis sint, *édicis?*

p. 668 plane pueriliter.

In *Afranii* v. 17 *accubuisse* etiam Madvigius p. 656 coniecit.

55 sq. *leti unum genus Cognori, nationes morborum* idem p. 656 sententia absurda, numeris quantum quidem sentio nullis.

203 *nolo hic te videat dominus: st!* idem p. 662 inutiliter.

237 *accipe tu hanc tegetem* idem p. 657 (vide adnotationem meam).

317 in exitu *supplicium tradidit,* 318 initio *quid me est animi cruciatus?* idem p. 653 sententia loci non enarrata.

372 *tum morigeram, tum me morosam praebeo* idem p. 665: et ictus corrupit et quod prisci sermonis proprium est duplex *dum* temere removit.

382 *nulla*] aut *multa* aut potius *alia* p. 653 scribendum censet: immo quaerit sane mala aetas multa deleninenta, sed *invenit* nulla, id quod superioribus iam versibus satis significatum est: 'si *possent* homines delenimentis capi' e. q. s.

In *Pomponii* v. 161 *verre, sume* p. 667.

AD TRAGICOS ADDENDA.

Reliquum denique est ut quid in tragicos meos duobus his annis ab hominibus vel doctis vel minus doctis conlatum sit studiorum breviter enarrem atque recenseam. Ac primum quid debeam eis, qui publice iudices libri mei extiterunt, videtur profitendum esse, deinde per saturam sumbolas ceterorum perlustrabo.

Iudicium autem non malignum de priore volumine tulit in Leutschii indice philologico anni 1872 p. 286 sq. anonymus, qui, nisi egregie fallor, aut idem aut ut lacte lacti similis eius est, qui meletematis Plautinis ante aliquot annos accusativos *med* et *ted* acerrime, sed infeliciter persecutus est. Nam hic quoque totus in eo versatur, ut cum has tum ablativos in *d* exeuntes fastidio nescio quo undecumque potest expellere conetur: et dubia quidem in toto hoc genere, maxime vero in frustorum misere habitorum laciniis nimis multa

esse nemo profecto me ipso magis experiundo didicit. quibus tamen ex fluctibus ut emergamus paulatim non negando et timendo perveniemus, sed periclitando circumspecte ac fortiter. ergo nil profuit his litteris homo ille doctus eo, quod multa quae conieci sibi non probari causa addita nulla significavit. quae autem ipse in medium protulit longe maxima ex parte repudianda sunt.

Displicent accentus quos commendavit in Pacuvii v. 179 sq. *hábet hoc senectus ín se, cum pigra ést ipsa, ut spisse ómnia Vídeantur confíeri*, ubi male effertur *est*, latet in thesi *ipsa*, nec ionicus *vídeantúr* elegans est. sat leni remedio octonarios iambicos efficere poterat tales:

habet hóc senectus ín se, cum pigra ípsast, ut spisse ómnia videántur ei confíeri.

Satisfecerunt eidem tradita (Pac. 237) sic per duos versus distributa: *qua super Re ínterfectum esse Hippotem dixisti* vel adeo per octonarios trochaicos credo *qua super re Interfectum* e. q. s. tam illa utroque modo languida atque elumbia, ut numeros nemo nisi monitus sentiat. Nec laudaverim quos iambis meis substitui iussit creticos apud Accium v. 85 *án mala aetáte mavís male mulcárier 'Exemplis ómnibus.* Plane inauditos nec mihi quidem audibiles, ut ita dicam, trochaeos scilicet prae creticis meis commendavit Ennii v. 76 *aúxilio éxili aút fugae fréta sim*, quae sane alii mortales pro creticis, quales pridem vulgati fuerunt, habebunt.

Praeterea senarios quosdam me non agnovisse fortasse minus miratus esset, si vel adlitterationis, quae in Naevii v. 48 cernitur, vel accentuum ut apud Ennium v. 288, vel nexus, quo vicina inter se frusta contineri volui, rationem habuisset, e. c. in Ennii v. 102 sq., quae ex eadem narratione, unde huius fabulae fr. IV. V. VII. VIII sunt, sumpta esse apparet, et apud Pacuvium v. 241 sq. (conl. fr. XX et XXI, quae praecedunt). Eadem causa fuit cur in Ennii v. 385 trochaeos praetulerim, nam senarium per se manifestum olim alii discripserunt. Ceterum optio ubi data erat, malui *cáput* (Enn. 103) *aétas* (Pac. 242) *cápsit* (Acc. 454) quam *capsít, capút, aetás* initio versuum ponere.

Tria proposuit censor quae saltem non abhorrere a probabilitate videantur: apud Livium v. 26 *égo puellum intérea,* in Pacuvii v. 410 extremo *satietas capier potest,* in Accii v. 515 *mé uti.*

Alter qui in Zarnckii ephem. litter. 1872 p. 422 sqq. censuram primi voluminis breviter egit anonymus pauculas quasdam illi admonitiones aspersit, quas hic subiungam.

Ac primum quod et ablativos in *d* exeuntes Ennii Pacuvii Accii reliquiis inlatos et modestissime in adnotatione ad Accii v. 146 propositum *praed* vituperavit, quoniam novum argumentum attulit nullum nec quanta docti viri auctoritas sit aut ex litterula *ω*, quam nominis vice fungi voluit, sciri aut ex inventis eius divinari potest, causam idoneam esse non video, cur coniecturas, quas incertas esse numquam dissimulavi, retractem.

Livii v. 18 initium idem [et Bergkius Philol. XXXIII 280] hoc esse vult: *cónfluges ubi,* nec librorum scripturas nec ea, quae ad Naevii v. 58 adnotavit scholiasta Lucani, nec Buecheleri disputationem satis curans. In eiusdem v. 9 *deo dicat laudem lubens,* ut quod facile cuipiam in mentem veniat, non sprevissem, si *dicare laudem* locutio usu vel ratione sat comprobata esset.

Perperam et temere in Ennii v. 243 'templum Cereris ad laevam *spice*' coniecit, quasi *aspice* non vel uno v. 302 satis firmaretur. nam v. 237 quod Iuppiter invocatur 'quia res omnis spicis' (si quidem hoc uti voluit exemplo: quod enim laudavit Pac. 54 omnino hinc alienum est) toto caelo illud quidem diversum est. Apud eundem v. 302 prae illo quod Ciceroni debetur *invocant* languidum et vile est simplex *vocant;* atque omnino falsum, Graeca τοῦτον νόμιξε Ζῆνα suis ad verbum interpretari voluisse poetam.

V. 361 quod conlato v. 256 suppleri sic iussit: *at cupita cupide cupere numquam desinit,* id quidem ludere est, non emendare. nam in Cicerone versamur, qui ubi scaenicos poetas laudat saepe discerpit suoque sermoni lacinias etiam versuum omissis mediis inserit. nec facile adducor ut credam bis in tragoediis Ennium eidem verborum adcumulationi indulsisse.

Apud Pacuvium v. 239 '*quid* me insueto' quod ille prae-

cipit non propius abest a Diomedis et Pompei corruptela *qui* quam in ceterorum auctorum (inter quos Varro) libris traditum *quae*, quo ad sententiam melius quadrare nil potest.

Ambiguum esse de Accii v. 74 iudicium etiam nunc sentio: vix enim minus violenter mutatur *exinde* (quod et sententia et praet. v. 25 *exim* tuetur) quam expellitur ut otiosum *meus*. certum tamen hoc est falso *indaudies* hic scribi. nam *inaudiendi* notio, quam Bentleius etiam ad Ter. Phorm. V 6, 37 sensisse magis quam explicavisse videtur, cum adnotaverit 'esse rem prius occultam et celatam fando audire', ita videtur definienda esse, ut quod quis fortuito aliud agens audivit inaudivisse dicatur. sic enim intellegendi Plautini loci hice: mil. 211. 442 Most. 542 Merc. 941. 944 Stich. 77 Aulul. II 2, 88 et Capt. prol. 27, praeterea Pacuv. 35 Afran. 68 Nov. 56, Terentii l. supra l., Ciceronis ad Att. VI 1, 20. XV 26, 1. XVI 1, 2. ad fam. IX 24, 1. fragm. apud Nonium p. 126, 18. ex quibus illi maxime considerandi sunt, quibus clanculum vel furtim vel subito aut improviso vel ex parte tantum vel minus certo aut diligenter audita innuuntur: ut Aululariae loco 'crédo ego illum iam inaudiisse mihi esse thensaurum domi', quod qui audire potuerit Megadorus nisi Euclionis subfuratus sermones? et eodem referendum quod ille apud Afranium cavere iubet 'ne ille indaudiat'. item senem Tranio in Mostellaria metuit, ne de sumptibus filii insperato 'quippiam indaudiverit'. Modeste ille in armorum iudicio Pacuvii loquitur 'quod ego inaudivi accipite', neque enim omnia ex ordine et certo se narrare posse profitetur. 'Repente' additum etiam est apud Novium: 'unde hoc tam repente lucundum inaudivi melum?' Iam quis non intellegit quam absurde apud Accium ille, qui data opera narraturum se esse quidquid sciat alteri, quem sollicite quaesivisse consentaneum est, promittit, sic loqui putetur: *quae scibo indaudies*. Ceterum eadem praepositionis *in* significatio, qua incidisse actum verbi in aliam rem intellegi iubetur, vide an etiam ad hoc Suetonii exemplum Tib. 39 adhibenda sit: 'incenante eo complura et ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt,' scil. dum forte aliquando cenabat, accidit ut saxa delaberentur.

Leve, sed non rectius, si quid sentio, est quod apud Accium v. 80 anapaestos tales *o dúrum, o hostificamque diem* e. q. s. proposuit censor, postquam ego in adnotatione hos *o dirumque hostificumque* e. q. s. commendaveram. nam in interiectionis *o* repetitione quis copulativam *que* particulam alteri membro additam tolerabit?

Ridiculum prope quod receptam apud eundem Accium v. 179 *Troiqiae* formam correpta quidem diphthongo metiendam ideo reprobavit, quod *Amoenam* Palatini scripturam in Vergilii Aen. XII 509 textum non recepissem. quasi aut refutavisset homo doctus quod olim aliis probavi, ipsum Accium *oe* diphthongum pro Graeca Υ in libris suis scripsisse aut Vergilium docuisset eiusdem consuetudinis, quae in plebis ore remansit, sectatorem fuisse.

Pusilla diligentia, sed vere fortasse monuit *saesci* scripturam (nam hoc eum voluisse conicio) latere in *saesic* litteris, ubi in textu Pacuvii v. 11 *saxi* nimirum editum est. sed illud potissimum poetam reliquisse quis spondeat?

At verissime typothetae errorem correxit, quo in Ennii v. 280 *cláret* expressum est, cum *claŕt* senarius flagitet. temeraria tamen et aperte falsa coniectura in Nonii lemmate 'clara *sit*' pro tradito '*est*' scribi iussit. hoc ipsum enim duobus exemplis probare voluit Nonius, *claret* et indicativum esse et coniunctivum: atque indicativus a clarendi verbo certissimus est in Turpilii v. 152, coniunctivum in Ennii loco agnoscimus. ergo servandum: 'claret, clara est vel clareat.'

Restitutum verborum ordinem in Pacuvii praet. 4, quem nescio quo memoriae lapsu Buechelero deberi adnotaveram, Fleckeiseno (misc. crit. 42) merito vindicavit; atque etiam *Guilelmii* nomen saepius *i* vocali non suo loco post *l*, sed post *u* expressa docte castigavit.

Vera et gravia frustulorum vulnera medicam censoris manum experta non sunt.

At hercle mihi fere ipse subirascor, quod ex *Rudolphi Ellis*, viri humanissimi, qui in Academia Britannorum ephemeride anno 1872 p. 177 sqq. admodum urbanum de libro meo iudicium tulit, fructus quos vellem percipere nescio. Videant

alii quomodo cum arte poetarum tragicorum qualem novimus conciliari possint vel senarii trochaici, quos ille finxit, Livii Andronici v. 16 sq.

praéstatur virtúti laus, gelú set multo
ócius ventó .. tabescit

vel cretici Accio v. 558 sq. inpositi, quos ne metiri quidem possum, vel numerorum mixtura, qua Ennii frustum compositum esse perhibetur (v. 156 sq.):

dúc et quadrupedém iugo
invítam doma ínfrena et iúnge,
válet equorúm tenacia ínfrenarí minis.

vel bacchei cum anacrusi Naevio redditi (44 sq.):

nam ut ludere
lae|tantís inter sé vidimús praeter amnem
cre|terrís sumere aquam éx fonte

vel simplices bacchei apud Accium v. 464 tales:

quid si éx Graeciá
omni íllum par némo reperíri potést?

vel denique septenarius Pacuvii v. 208 sq. sic continuatus:

fác ut coepsti hanc operam mihi des perpetem, oculis traxerim (i. e. quasi hauserim oculis).

Nam ne de sermone quidem sensuumque colore illi aetati et poesis generi apto cum satis inter nos conveniat, satis agnoscere non possum aut mutationum facillimarum virtutem aut servandi traditas litteras modestiam. An aliis satisfacient e. c. Enniana haec (132 sq.)?

tacere opino esse optimum et pro viribus
sapere atque fabulari ut tute noveris

('in accordance with one's own knowledge').

Nec sine nimio fastidio tolerare equidem possum Pacuviana v. 200:

neu relliquias *semiessi* sireis d. o.

Inter ea quae servari iussit, e. c. apud Ennium v. 360 *pati*, apud Pacuvium 72 *super satis agere*, 73 *concertare ac d. partem dat cursum a.*, 75 *domitum* (quasi impositum) *imperium*, 162 *per penuriam*, 163 *subacrit* (supra v. 161 coniecit: *quo iam me i. o.*), 194 *haec* (= 'these parts'), 197 *somno sus-*

penso, 330 *in tutelast traditus:* apud Accium v. 494 *somno* (simplicem ablativum), non negaverim recte defensum videri Pac. 102 *auram* (vaporis notione).

Iam totam in me criminum, immo iniuriarum aciem derexit non adversarius, sed infestus atque inimicus, quamquam nulla re, nisi quod eius praecepta non usque quaque sector, a me laesus, *Theodorus Bergkius*, qui in Philologi vol. XXXIII fasciculum secundum criticas ad tragicos Romanorum poetas adnotationes plurimas, sed longe maxima ex parte futtiles aut perversas, quasdam etiam ridiculas inseri iussit (p. 249—313). Cui uberius pro insignis operae virtute respondendi alius locus commodior erit: hic tamen ad singulos locos inter aliorum coniecturas eius quoque commenta commemorare et ubi opus esse videtur breviter refutare sat habebo.

Liuii v. 9 *sollemnitusque ade* (i. e. adde) *Opituli laudes lubens* Aem. Baehrens ann. phil. 1872 p. 621.

v. 12 *is sese* idem l. l. 841.

Naeuii v. 7 *ei mihi! iam uitreo (s. uero) fonte* idem l. l., sed exclamatio ista in tali sententia quid sibi velit non intellego.

11 *neque ea quam* Bergkius l. l. 258.

19 *passo velo vicinus Aquilo me e portu feret foras* inelegantissime Madvigius Advers. II 664.

Aesiona verum tragoediae Naevianae nomen ut librorum scriptura indicatum ita testimoniorum Varronianorum ordine alphabetico certissime demonstratum, comprobatum autem exemplo tituli CIL II 2223 docuit Buechelerus mus. Rhen. XXVII 475.

21 *inlaesae* Bothio debetur, idemque *aliae* pro *alte* scribere recto iudicio noluit: *aliae . . implexae* Bergkius l. l. 262 quod coniecit, multo minus probari potest.

26 Pro eo quod Scaliger restituit *ubi* scribi *ut* iussit Baehrens l. l. aliena ab huius aetatis et generis scriptoribus significatione loci.

32 Fortasse *utin* coniungendum et interrogandi nota ponenda.

37 Aut *potitu's* in senario aut in septenario *potiti estis* cum hiatu scribi vult Ed. Becker stud. I 151, neutrum ut mihi persuaserit.

42 sed quasi amnis *obiices*
Rupit, sedata tamen inflexu flectitur

Bergkius l l. 254, quam scilicet temeritate admirabili simplicissimam dicit esse emendationem.

44 sq. nam lúdere ut laetantis praeter amnem inter se vidimus,
cretérris sumere aqüam ex fonte

idem p. 277 hypercatalectis *nam ludere ut laetantis inter se videmus praeter amnem* repudiatis. Nihil agit *aqüam* trisyllabum scaenicis obtrudens.

47 Conieci *sic sine ferro pecua manibus sueta ut ad mortem meant.*

49 *proin Dusdriante* Bergkius l. l. 281, etiam mortuum infelicis filii patrem isto nomine praedicari potuisse prava opinione statuens.

57 cum Naevii com. 120 idem l. l. nimia temeritate sic conflavit:

risi égomet mecum cassabundum ire ebrium:
diábathra in pedibus, erat amictus epicroco.

58 senarium idem l. l. 280 effinxit:

in móntes, ubi se venti frangebant loci

Isidori glossam nil curans.

63 *dice id quid sit* Studemundo auctore Ed. Becker l. l. 174: qui cur *dice quid id est* spreverit, intellegas ex adnot. 2 ad p. 129.

Apud ENNIVM v. 2 sq. post pessimos creticos senarium sequi vult Bergkius Philol. XXXIII 282:

pér ego deum súblimas súbiices húmidas,
unde óritur imber sónitu saevo et spíritus.

22 *atra bilis mihi minatur* et v. 23 initio *vae!* coniecit idem l. l. 283, quae num Ciceronianis, quorum se patronum exhibuit, persuadere possit expecto. ne ipse quidem probavit quae in mentem venerant haec: *atram bilem* vel *atribilem mihi m.*

Falso a se v. 32 et 25 sq. conglutinata fuisse nunc saltem intellexit idem l. l., tamen et octonarios trochaicos retinet et mirum istud *in tacda* (sive *tacdeis*) *adsunt*, non animadvertens taedarum expressam mentionem versu demum 28 fieri.

30 *arcum auratum lunat nixus* (vel *innixus lunat*) idem 285 a vero aberrans.

34 *abludit* Vertranii coniecturam commendat Madvigius Advers. II 171, quem fugit *ab ludis . . expectantes nuntium* coniungenda esse.

40 *virginal modestia* turpissima amphibolia Ennium donavit Bergkius Philol. XXXIII 255.

55 Traditum *iudicauit* Buechelerus l. l. 477. Dracontii auctoritate firmavit, qui in nuper reperto de raptu Helenae carmine Paridis iudicium, ut etiam in tragoedia fingi par erat, ante Cassandrae vaticinia factum esse narrat.

Non concluseram distinctione sententiam in v. 73 sq., copulare autem in binis secundarii enuntiati a vocula *ubi* pendentis membris diversa tempora perfectum et praesens cur Ennio minus licuerit quam Accio, qui v. 54 sq. perfectum et plusquamperfectum composuit? notumque tironibus quae omnino latini sermonis in hoc genere libertas fuerit. ergo temere Baehrens l. l. *puerum uti laverent* proposuit.

Ex cantico Andromachae v. 83 'vidi ego te astante ope barbarica', 86 'haec omnia videi', 89 'ex opibus summis opis egens H. tuae', 91 'vidi, videre' e. q. s. colorem traxisse videtur Porcius Latro in controversiarum Senecae II 1 p. 153, 19 sqq. K. '*vidi ego* magni exercitus ducem sine comite, fugientem, *vidi* . . . limina deserta . . . nam quid *ex summis opibus ad egestatem* devolutos loquar?'

98 sq. Multa frustra ariolatus Bergkius Philol. XXXIII 289 commendat haec

fíliis propter te obiecta sum innocens *Nereidibus*

sententia inepta, sermone vix Latino. Idem in Prisciani loco inscite grassatus novum eiusdem fabulae frustum *quae talis est gnatis tamen* vel *quaen talist gnatabus suis* procreavit, quibus de nugis iudicium alibi tuli.

101 *torporaret* Bergkius p. 289, temere.

131 *arripiunt] fulgoriunt* Bergkius p. 290, septenarium, ut videtur, trochaicum dimensus, cuius prima dipodia et ultima arsis desit.

142 *auxilio* cum Vossio scribi iubet A. Luchs stud. I 71, quod sententiae ratione ut commendari pridem sensi, ita exigi nego.

156 sq. Turpissima vel in tirone numerorum inscitia Madvigius Advers. II 665 haec procudit:

ducet quadrupedum
iugum ínvitúm *dománs* freno ét *funé* valido,
quorúm tenacia *ínfringí* minís nequit.

Nec magis satis faciunt verba.

192 *ecquis autem malitia te?* Bergkius Philol. XXXIII 290.

241 Choriambos idem l. l. 279 edolavit hosce:

utinam nec umquam
Medea, Colchis cupido corde pedem extulisses

quos Euripideis scilicet (v. 314 sq.) similes haberi vult.

256 Non male idem l. l. 220:

stúltus est, qui *nec cupienda* cupiens cupienter cupit.

Cum v. 265 conferendus Mercatoris Plautinae v. 176 'tu quidem *ex ore orationem* mi eripis.'

280 *adstet* et in exitu *mehe* Bergkius p. 290.

282 *deum me retinet* proposuit Baehrens l. l., quod non longe abest ab eo quod in Coroll. p. XXXII concessi tolerari posse, quamvis verum esse diffidam *deum me vetat id.*

287 *cedo et abeo hoc cum vestitu* Madvigius Advers. II 668.

295 Spreta omni pronominis *ipse* mutatione ex creticis et trochaeis versum compositum esse putat Bergkius Philol. XXXIII 274.

297 *parat] curat* a Studemundo commendatum probabilius quam quod coniecit A. Luchs stud. I 70 *vorsat.*

301 *fracebunt* Bergkius p. 291, quod ipsum pridem in corollario p. LXXV proposueram.

348 Spreta praeclara, quam in textum recepi, emendatione Baehrens l. l. admodum infeliciter *acro locavi* coniecit. Item *locavi* Bergkius p. 291 servandum esse inani contentione

adseverat ut quod in prologo nescio quo fabulae, quam ne ipse quidem indicare potuit, potuerit locum habere.

351 *suarum rerum inertes* Bergkius p. 292, inepte quidem: displicuit ipsi *summarum suarum rerum.*

354 *in dies*, quod proposuit A. Luchs stud. I 66, consulto repudiavi. Hecubae exemplo alterum est addendum ex Baccharum cantico 910: *τὸ δὲ κατ' ἆμαρ ὅτῳ βίοτος Εὐδαίμων, μακαρίζω.*

361 *potest* (sive *pote*), *numquam cupere desinit* pro clausula iambica chorici carminis habet Bergkius Philol. XXXIII 274, quasi integra et absoluta esset sententia.

366 sqq. Bergkius p. 292 misere corrupit in hanc formam:

ut homo, qui erranti comiter monstrat viam,
quasi lumen de suo lumine *accendit: faces*
nihilo minus ipsi lucet, cum illi accenderit.

V. 379 laudare Cicerone usum Hieronymum ep. ad Theophil. LXXXII 3 t. I A p. 314 ed. Vall. monuit Aem. Luebeck in libro de Hieronymi auctoribus p. 109: 'antiqua sententia est: *quem metuit quis odit: quem odit, perisse cupit.*'

393 Bergkius l. l. 294, ut seorsus ab aliis sentiat, hexametrum in fine mutilum

vocibu' concide *et face* musset obrutus

praefert alienumque a tragoedia esse censet.

396 Adsumptis Varronis verbis idem p. 293 septenarium inani supplemento auxit pravumque pedem temeraria mutatione intulit; scripsit ni mirum:

.. in terram cadentes cubitis pinsebant humum.

In praetextatis v. 2 p. 279 Buechelerus mus. Rhen. XXVII 477 narrat sodalem suum quendam praeter ea, quae ipse coniecit, *cunctat* servari et *tute* intellegi velle 'caute'.

5 Iulium Victorem Bergkius Philol. XXXIII 294 temere statuit apud auctorem suum repperisse: *ut Sabinae apud Ennium* vel *ut Ennius Sabinas fecit dicentes.*

Indagatam a Th. Roepero in commentatione Gedanensi a. 1869 praetextatam scilicet Ennianam *Scipionem* quod ne mentione quidem dignam habuerim non sine indignatione nuper in Leutschiano indice philologico vol. V p. 55 miratus

est adulescentulus puto nescio quis, quales in palaestra ista tirocinium insolenter saepe balbutientes ponere solent. et quamquam verendum vix est, ne perito cuiquam tam inanis coniectura imposuerit, tamen, ne doctissimi viri auctoritatem spernere videar, breviter quid de Scipione poemate sentiam exponam. Ac primum paucae illae quae extant (apud Gellium IV 7 et Macrobium Sat. VI 2 et 4) certo testimonio inde excerptae reliquiae eo inter se plane congruunt, quod et intra merae narrationis vel descriptionis fines continentur et eodem metro, quadrato nimirum, comprehensae sunt. est autem horum versuum ars plane diversa a scaenicorum septenariorum licentia. nam neque solutas arseos quae vulgo dicitur syllabas neque vocabulorum mensuras, quae in scaena regnant, in illis offendas et Graecanica diligentia servatos plerumque saltem in sedibus inparibus puros trochaeos reperias. atque ad eandem normam (quam raro soluta arsi non mutari sentio) Epicharmi quoque Enniani numeri videntur excussi fuisse. unicum vero frustulum illud, de cuius genuina forma totiens inter doctos dubitatum est, dubitari certe non debebat quin unius continui, non plurium versuum sit. testatur enim ipse Servius ad Aen. XI 601: 'est autem *versus Ennianus* vituperatus a Lucilio dicente per irrisionem, eum debuisse dicere *horret et alget*'. qui in quo saturarum libro exemplo illo usus sit, testatur nemo. quae cum ita sint, manifestos in hoc quoque frusto retineo trochaeos, cumque Vergilium his 'ferreus hastis Horret ager' Enniana imitatum esse adnotet Macrobius, septenarium Rudini poetae hunc fuisse conicio:

spársus hastis lóngis campus spléndet horret ⟨férreus⟩

quem Lucilius in librorum XXVI—XXIX aliquo sic in exitu perverterit, ut scribi iuberet *horret alget ferreus*. nam asyndeton verborum notum est quam vetustis poetis sollemne fuerit, *sparsus* autem et numeros puriores et sermonem concinniorem reddit. displicuerunt Lucilio singuli pedes trochaici.

Accedit quod Suidae quoque s. v. Ἔννιος verba haec *Σκιπίωνα γαρ ᾄδων καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν*

Σκιπίωνος, si ad poema Scipionem recte referuntur, propter *canendi* verbum et *Homeri* laudem non possunt sana interpretatione nisi de epico carmine intellegi.

At enim quadratus versus inauditus in tali poematum genere. quid tandem? nonne vel maxime militaris, ut ita dicam, ille numerus erat? quo et Archilochus in bellicis carminibus (cf. fr. 54—56. 58—62. 66. 68 B.) et in triumpho progredientes milites Romani ad duces suos vel extollendos laudibus vel cavillandos usi sunt. scaenico autem poetae, qualis priore potissimum aetatis tempore fuit Ennius, quod magis quasi in promtu fuisse consentaneum est metrum, quam quo totiens agitatos fabularum sermones instruxisset? Ac narrationes sive descriptiones hoc potissimum conclusas apud Ennium habes v. 6. 36 sq. 100—106. 145—147. 150—154. 268. 313. 325. 369 sqq.; praecivit narrationi interrogatio v. 68. Ergo reduci ex Africa Scipioni gratulatus poeta est carmine, quo tamquam commilito aliquis res praeclare ab eo gestas enarrabat. nam heroicos versus vel nondum attigerat anno 552 vel servare divino annalium operi constituerat. ergo a Saturniis Naevii numeris quasi transitum ad longos versus sibi munivit breviore opusculo quadratis composito. Cetera autem quae *de Scipione* dactylicis versibus cecinisse traditur (falso inter saturas a Vahleno p. 157 relata) annalium reddenda sunt libro nono (cf. mus. Rhen. X 285 sqq.).

Haec omnia cui sobrie ac probabiliter disputata esse videbuntur, Rhabani Mauri, si dis placet, testimonio non amplius abuti audebit. qui omnino de Ennio ne *γρῦ* quidem testatus est. quod autem additum in commentario eius ex Diomedis arte exscripto praetextatae nominibus legitur *Africanus*, posse quidem aliquando hoc quoque titulo praetextatam fabulam a poeta aliquo scriptam fuisse quis neget? sed tanta licentia in excerptis istis veteris grammatici cum ordo rerum confusus tum singula verba mutilata mutata interpolata sunt, ut ne istud quidem additamentum quidquam fidei mereri videatur. nisi forte, ut uno exemplo defungar, illa quoque de dramate, quae Diomedis verbis, qualia apud Keilium p. 491, 14 ad codicum fidem expressa sunt, addita apud Rha-

banum leguntur, ex integriore grammatici libro servata esse tibi persuadebis: 'est ergo sermonis cuiuslibet motus sine reverentia vel factorum et turpium cum lascivia imitatio' (nam sic ut in nostris exemplaribus mutilata ibi quoque extant), '*quia quaedam fabulae a poetis graecorum ita componebantur, ut aptissimae essent mortui corporis*'. tali nugatori quis credet? neque credidit Welckerus, qui in libro de tragoediis III 1346 Africanum suum reliquit Rhabano.

Augere tragica Ennii fragmenta Bergkius studuit laudatis ab auctore belli Hispaniensis c. 31 verbis, quae numeris talibus scilicet dimensus est (Philol. XXXIII 294):

pés pede premitúr, teruntur ármis arma.

Sed prudens nemo dubitabit quin annalibus (v. 559) relinquenda sint. Eisdem dempsit locum a Varrone de l. l. VII 48 explicatum, quem O. Muellerus hexametro conclusit (annal. 9), ille (p. 275) anapaestis apta esse censet. neque de numeris pugno: id tamen scio, in his quae proposuit

quaeque in corpore cava caeruleo
coeli cortina receptat

adversari Varronis doctrinae ('cava cortina, quod est inter terram et caelum') istud *coeli*, in cuius locum substitui possit *fundo*.

Apud PACVVIVM v. 20 *mei* Madvigius Advers. II 659 praecepit vana coniectura, nam pro una notione est *propages sanguinis*.

30 Sermonis prisci consuetudini convenire *dic mihi* monuit Ed. Becker stud. I 128. Monstrum Savelsbergius in Kuhnii ephem. comparandis linguis dicata vol. XXI (nov. ser. I) p. 184 commendavit hoc: *dic quid faciám: quid me monēris*. Idemque in v. 112 *di monērint* pronuntiari iussit.

V. 53 et Accii 118 quod Leidensis praebet *familitās* miro lenocinio quendam nuper adlicuit.

59 *alligat quae* mutari vetat Bergkius Philol. XXXIII 253, astrictae frontis puto similitudine motus.

62 *ater est* violenter mutari iubet Ed. Becker stud. I 158.

Idolorestes titulus, quem Bergkius l. l. 295 flagitat, quam longe a fabulae argumento abhorreat, suo loco mox demonstrabo.

Huius fabulae fr. VII v. 122 sqq. quod Lachmanno auctore composui discerptum rursus ita sanare sibi quidam visus est, ut senariis alibi Thoantem his

primum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
faxís, ni tuam turpássis vanitúdine
aetátem

alibi Pyladen sic loqui satueret:

Orésta mi, ne pléctas fandi mí prolixitúdinem

ubi 'plectas' intellegit 'exprobres', quod ego et ni fallor Lachmannus quoque 'nectas' sive 'texas' interpretati eramus. Ceterum Thoantis personam omnino ab hac fabula alienam esse mihi nunc persuasi, nec umquam quid in ea orationis forma, quam edidi, molesti inesset non sensi. paulo commodiora forsitan haec videantur:

primum hóc abs te oro (*mínus* inexorábilem
fáxis, ni turpássis vanitúdine aetatém tuam),
óro, *nimi'* ne pléctas fandi mí prolixitúdinem.

Nam trochaeos manifestos ut transponendi licentia in iambos cogam numquam adducar; alter quidem versiculus iusta carens caesura ut laude indignus sane, ita excusatione propter quinque syllabarum quod intercedit vocabulum non omni destitutus est. duplex autem *oro* cui vel interposita parenthesi displicet, distribui inter duas personas sic possit:

[ánimum tuum,] primum hóc abs te oro, mínus inexorábilem
fáxis. ⟦ ni turpássis vanitúdine aetatém tuam,
óro, nive pléctas fandi mí prolixitúdinem.

sive in extremo versu mavis, quod non longius a librorum memoria abest:

óro: *minime fléctas* fandi *mé prolixitúdine*

sive quis adeo Guelferbytani scriptura *ero* abuti volet in hanc coniecturam:

ergo nimi' ne plectas f. mi p.

Fridericus Leo in sententiis controv. quaestionibus Aristophaneis, dissertationi Bonnensi a. 1873 adnexis v. 127 non cohaerentem cum 125 sq. initio sic corrigi suasit:

ó ere mi, ne plectas fandi mi prolixitudinem.

In versu 125 Leidensis m. 1 *nimi* habere fertur addita *s* m. 2

146 *operaque omenque adprobo* Bergkius Philol. XXXIII 295.

Versui 152 addita crux manet etiam post Baehrensii coniecturam, qua ille l. l. 622 '*flexu ille caeco se* contenderet' proposuit, in quibus flexum caecum obscuras verborum ambages significare posse adlatis exemplis non probavit.

153 sq. Qui Luciliana post Lachmannum (ad Lucr. IV 624) non emendavit, sed inquinavit etiam Pacuvianam sententiam planissimam novo ex parte commento temptavit hoc: *át si tanta sunt promerita vestra;* in sequenti v., ubi saltem *peream* suum retractavit, retinuit tamen absurdum istud quod invenit *sin umquam.*

172 Iambum in paenultimo pede exempla tuentur, quae collegit Luchs in quaestt. metr. p. 14. *Graios tetinerim* iam Mercerus coniecerat.

197—201 Septenarios horridulos Bergkius in Philologi XXXI 240 sq. constituit hosce:

máter, te appello, quae c. s. suspenso levas,
néque te mei miseret: *heus, surrige* et sepeli natum, prius
quám ferae volucresque . . . .
neú reliquias sic meas sireis d. o.
pér *humum* s. d. f. d.

218 Spreta Buecheleri emendatione bonum septenarium Bergkius Philol. XXXIII 260 dissolvit sic:

accessi *here (s. heri)*
Aeam ét tonsillam p. l. in l.

244 *eedo tuum pedem liumpis* commendat Bergkius l. l. 305 eis credo, 'qui Obsce et Volsce fabulantur, quom Latine nesciunt'.

256 sqq. Anapaestos quos deamat liberos hos effinxit Bergkius l. l. 287:

pedetemptim ite et sedato
nisu, ne succussu arripiat
maior dolor.

quibus statim subiungi vult v. 259 sqq. sic distributa:

heu. CH. tu quoque Ulixes,
quamquam graviter cernimus ictum,
nimis paene animo es molli, qui *sis*
consuetus in armis *agere aevum.*

Deinde v. 264 paroemiacum metitur deleto *me;* v. 265 autem sic distinguit:

operite, abscedite, iamiam
mittite e. q. s.

In quibus nihil fere est quod probari possit.

272 'ardúa per loca agrestía *Bacchi*' quod coniecit Bergkius l. l. 295 et propter accentus displicet et quia Bacchiaco thiaso exultans non 'trepidante gradu niti' dicitur.

In v. 283 plura temptavit Ed. Becker l. l. p. 300: *gnato ordine omne, ut habeat,* (vel *omne ut fuerit* vel *omnem rem, ut erat) enodat pater.*

284—286 Meis ex parte adsumptis v. 284 *confirmare,* 285 *consilium subitum* (ut in adnotatione proposui), *res quod cnata est modo* Madvigius Advers. II 661, illud contra certissimam Nonii fidem, hoc vanum et obscurum.

292 Vel servandum *et fare* vel corrigendum esse *territat* censet Ed. Becker stud. I 158.

V. 294 post ea quae monuit A. Luchs Herm. VI 270 fortasse sic ab initio scribendus erit:

séd nescio quid *núnc* est: animi h. g. g.

Multa *(séd n. q. actumst* praeter alia) temptavit Ed. Becker stud. I 235.

296 sq. *deos* precor veniam petens,
ut quae egi ago *vel* axim verruncent bene

Bergkius Philol. XXXIII 295: probo Buecheleri emendationem, verum enim est *veniam petens* in hac formula diripi non licere; cf. praeter Livium VIII 9 Macrobii Sat. III 9, 7.

301 post *exilium* finiri versum ineptissime iubet Bergkius p. 296 his: *questus sonticus.*

318 Minime apertum, ut iste clamat, *fandi* legisse scholiastam Veronensem, qui quod ad Vergiliana haec 'fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures Belidae nomen' prius Pacuvii, deinde Lucilii exemplum adhibet additque *fando* hic (in Vergiliano scil. loco) patiendi vim, non agendi habere, supra vero (II 6 'quis talia fando .. temperet a lacrimis?') activo modo enuntiari, illum quidem usum satis fuit uno

Lucilii frusto probare, Pacuvii auctoritate uti potuit, ut ipsam *fando* formam ex antiquitate repeteret.

Minime persuasit Bergkius Philol. XXXI 249 Ciceronem de or. II. 467, 193 (ubi Teucri fr. XII laudatur) Telamonis verba *pompalia* appellasse.

337 sq. *pro sua parte falsa confictant, canunt* Bergkius Philol. XXXIII 296, haec quidem non improbili suspicione, in eo tamen quod *parte* defendit, a vera sententia aberrans.

350 sic scribi suadet Keilius quamquam dubitanter:

ite agite eam vellite rapite coma,

versum autem 352:

discindite vestes ocius nunc,

neutrum, si quid sentio, ut satis faciat vel poetae vel memoriae. *evolvite* iam Bothius coniecerat. In Victorini verbis vide an *mominis mutatio* restituendum sit: *nominis m.* in libris extat.

396 Plenum septenarium

póstquam calamitas *complures* a. a. c.

Bergkius l. l. 273 redintegravit.

398 sq. Offensiones omnes effugias, si Varronis usus satura, cuius locum in adnotatione laudavi, senarium hunc fere a Pacuvio scriptum fuisse statuas:

[em: réda] volucri currit axe quadriiuga.

Praet. 4 (p. 280) ante Buechelerum iam Fleckeisenus misc. crit. 42 restituerat.

Apud ACCIVM v. 10 sq. audacissime Bergkius l. l. 297:

qui classis trahere in salum

et vela ventorum animae *minitaris dare.*

neque omnino in tali sermone erat cur profectionis imago tam copiose exornaretur.

In v. 42 sqq. valde infelici coniecturae indulsit Aem. Baehrens l. l. scribi iubens

inimicitias Pelopidum

extinctas, *tanta* oblitteratas memoria

renovare.

Nam *tanta memoria* quis umquam dixit pro tanta temporis

longinquitate? aut quis non videt flagitare sibi concinnitatem sermonis ablativum cum verbo 'extinctas' coniungendum? meum autem *pausa*, quod Urbinatis scriptura *causa* egregie commendari etiam nunc sentio, intellegere ille quidem facile poterat, si vel Lucretiana illa II 118 sq. in memoriam sibi revocasset:

velut aeterno certamine proelia pugnas
edere turmatim certantia nec dare pausam,
conciliis et discidiis exercita crebris.

45 Deleto *sic* initio versus *isti* scribendum esse rara ariolandi licentia demonstrare studuit Bergkius Philol. XXXIII 273.

Septenarium 81 talem in corollario p. LI scribi volebam:

séd angustitáte inclusam sáxi *[senti]* squalidam

ut v. 111 'saxo sento' eidem restitui.

Sanissima etiam nunc habeo quae Aem. Baehrens l. l. ad integrum senarium redigere conatus est '*si fáta his* recte aut vera ratione augurem' (v. 87), nisi quod non adversabor si quis supplere ab initio sic maluerit: *sic sí satis recte* e. q. s.

V. 88 *statei gracilitudo* nuper patronum invenit inmerito.

108 *aut segnitate dubia vitare* coni. Aem. Baehrens l. l. at metu, non segnitate pericula vitantur, et sanissimum est *dubitare* quod in libris legitur.

126 *iactabo* Madvigius Advers. II 663 deleta adlitteratione et neglecta Nonii fide.

143 *res* cui displicet facile *iam* in eius loco ponere poterit.

145 sq. Creticos numerat Bergkius Philol. XXXIII 274, sed parum illos quidem elegantes nec ad sententiae colorem aptos:

séd ita Achilli ínclutis armis vescí studet,
ália cuncta optima *ut* levia prae illis putet.

155 *mihi inebra excivit* Bergkius p. 299 sine ulla probabilitate.

171 sqq. Aem. Baehrens perbene sic restituit:

nunc, Cálcas, finem réligionum fác, desiste exércitum
morári meque ab dómuitione arcére tam obsceno ómine.

nisi quod ex his *arcere tuobsceno* probabilius *tuo* eruitur quam *tam;* quamquam qui solius alterius versiculi in codicibus

memoriam respexerit vix contra dicet, quin hunc saltem rectius ediderim: hinc autem in ceteris emendandis ordiendum esse putavi.

179 sqq. Ordines anapaesticos sine ulla causa sic discindi iubet Bergkius Philol. XXXIII 287:

itera, in quibus partibus (namque
audire volo,
si est, quem exopto,) et quo captus modo
Fortunane an forte repertus.

181 *modost* proposuit Ed. Becker stud. I 140.

191 *ah vide tu quid agas* idem p. 228 secundum Vsenerum, valde audacter. *tam subito, ha, quid agis?* Madvigius Advers. II 667 nimis temere.

194 *béneficiis gratum hostimentum repperistis et grave* Bergkius l. l. 260: at initio *benefactis* poeta posuisset.

196 *erepta socru* idem p. 299 et accentu durissimo et structura intolerabili.

214 Ciceronem pro Plancio 24, 59 haec reliquisse: *nostis cetera; quae scripsit ... poeta, non ut* e. q. s. coniecit Madvigius Advers. II 231, iudicum interrogationem *nonne?* et quattuor deinceps poetae verba in margine codicis a grammatico adnotata esse.

255 *viden ut* Bergkius Philol. XXXIII 253, violentius.

262 sq. Qui nuper senarios effecit hos:

neque quísquam a telis vácuus, sed uti quae óbviam
fueránt, ferrum alieis, álieis saxei rúdus est

certe plurales *fuerant* et *alicis* contra librorum auctoritatem perquam inepte videtur intulisse.

272 cf. Philemonis fr. 189.

293 Verissimum esse quod testatur Nonius *ullo* demonstravit Buechelerus mus. Rhen. XXVII 476 sq.: cf. Sophus Bugge annall. philoll. 1872 p. 108.

Novo sermonem tragicum verbo *camo*, quod *κάμπτω* esse vult, locupletavit qui vere dignum cothurno colloquium tale nuper Accio v. 302 reddidit:

quid césso ire ad eam? ⟦em praéstost.⟧ camo collúm gravem.

putes camelum loqui, non Eriphylam. Parum elegantem septenarium, ut puto, trochaicum his: 'em, praesto est; *iam cerno* collum gravem' claudi iubet Madvigius Advers. II 659.

303 *viden tu ut* conici posse monuit Ed. Becker stud. I 273.

308 *ut nunc sum animatus, si iero, satis armatus sum* Madvigius Advers. II 660. cf. Plauti Bacch. 942.

319 *armatus] adversus* idem p. 667 inutili mutatione.

320 et 321 Bergkius Philol. XXXIII 272 sic componere ausus est:

incursio
íta erat acris: Martes armis duo congressos crederes.

333 sq. Septenarium trochaicum metiri mavult idem l. l. 275, ne alios sequi videatur.

343 *tu autém quod quaero abs te énoda et quae's* (vel *qui's*) *explica* coni. Ed. Becker l. l. 183.

347 sq. Vera esse sibi persuasit Madvigius Advers. II 660 haec:

diffidens autem, ne fide
returbet vulgum *ambigua ac ius ebitat*, moeros dissicit.

quibus equidem nihil vidi quod ab sana arte magis omni ex parte abhorreat.

390 *humi* Bergkius l. l. 273, egregie.

417 *tunc illa Medea es* Madvigius Advers. II 660, quibus mea longe praefero.

433 Leidensis indicio (ubi *credite*, sed corr. *e* posteriore ex *i* legitur) usus extitit nuper qui corrigeret *crediti' me*, valde id quidem probabiliter.

437 *sensim conlocat sese* Bergkius l. l. 299.

442 *oboedibat* in eius quod traditum est *oboediens* locum nimis audacter substitui iubet A. Luchs stud. I. 442.

445 *cum] cum* conici posse Bergkius l. l. 257 frustra adnotavit.

448 sq. Pentametrum trochaicum Callimachi scilicet exemplo tragoediae intulit idem p. 308.

451 *fati sui* Bergkius l. l. 272, cum non agnoverit dativos.

455 *mehe* posse conici monet idem p. 291.

472 *quem* vel *cum* posse conici ariolatur idem p. 257.

476 *ubi nil contra orationem* proposuit idem l. l. p. 272.

492 De nominativo *suapte* disseruit idem ind. schol. Halens. 1864 p. V.

495 *ferro frigido* plane otioso epitheto, melius 496 *arco ex mollito excitent* idem Philol. XXXIII 300.

505 *fluvia eradit* idem p. 300 inutili suspicione, nam post *exuberans* languet *fluvia*.

509 *arcana Altimque* idem p. 300 contra edicti sententiam.

511 *dictu* scribendum erat.

516 *tua* Madvigius quoque Advers. II 658 flagitat.

525—536 inmixtis post v. 528 inc. inc. fab. 71 sq. sic et corrigi et continuari vult Bergkius Philol. XXXIII 301:

> Lemnia praesto litora *parent,*
> celsa Cabirum delubra *tues,*
> mysteria *qua*
> pristina *cistis consepta* sacris
> nocturno aditu occulta coluntur
> silvestribus vepribus[1]) densa.
> *en:* Volcania templa sub ipsis
> collibus, in quos delatus locos
> dicitur alto ab limine coeli, *et*
> nemus expirante vapore vides,
> unde ignis cluet mortalibus clam
> divisus, *cluet* doctus Prometheus
> clepsisse dolo poenasque Iovi
> furti expendisse supremo.

561 Zumptium quam Schneidewinum sequi mavult idem p. 281, nisi quod *nunc* ante *non* deleto senarium correxit.

[1]) sicine an calami lapsu pro *saepibus?*

575 *suffla* idem p. 659, sed non oblitterandum *suppa*, quod Lachmannus quoque ad Lucr. III 172 tuitus est.

578 *se veneris sterilem* idem p. 304, perperam.

602 sq. qui *de Dircaeo fonte* adveniunt *mundi, ubi*
nitidatur *fulgor* quadripedantum sonipedum
Madvigius Advers. II 657, quae non satis intellego. Bergkius l. l. 305 non felicius:
atque in Dircaeo fonte *sanguen* mundule
nitidant pulvimque q. s.
vel septenariis trochaicis:
nitidantur *pulvimque fulvom* q. s.

604 *torporare* Bergkius l. l. 289: cf. Enn. 101.

609 *ec Menelai domu* corrigi iussit qui inepte ferri vulgata nuper significavit, quod minime concedo: nam nisi uxor Menelai Helena fuisset, profecto bellum non motum esset, neque moles belli in domo Menelai fuit, ergo ne excitari quidem illinc potuit.

618 'profecto hauquaquam *mediocri est ortus*' vel '*mediocri ortus est* satu' dubitanter coniecit A. Luchs stud. 15, illud certe aliquanto melius quam hoc, quamquam traditam versus formam ipse exemplis Plautinis ac Terentianis firmavit.

620 *noenu quit* Bergkius Philol. XXXIII 271 meae coniecturae praefert.

628 Senarium talem constitui vult A. Luchs stud. I 72:
nunc tu ín re crepera *víde quid capies cónsili.*

644 Sententiae fortasse satis fiet scribendo *novus novo periculo.*

656 Scripto apud Ciceronem *idem* pro *idemque* et adsumpto inc. inc. fab. 127 sq. Bergkius l. l. 307 restitui valde audacter iubet:
quae mulier una duum virum
usurpat duplex cubile.
At flagitant sibi *virorum* quae de his genetivis Cicero disserit.

693 *patescit* per se dici posse nemo negavit, sed non satis quadrat ad iurandi formulam, quae *citius* vocula indicatur: frustra igitur nota narrat Bergkius l. l. 304, inepte autem *latescit* proposuit.

Obscurissimum Varronis testimonium, quod admodum dubia opinione inter Accianas reliquias (inc. fab. XXXV) referri ipse monueram, non illustravit qui laudari a Varrone *anticum illud:*

óllim violavít, *qum* vidit ínvidendum . . .

confidenter adseveravit: ego certe verborum istorum sententiam divinare nullam possum.

Inc. fab. XLII Accii exemplum apud Nonium excidisse inde conclusit Bouterwekius Philol. XXXII 355, quod post *accius* versus Luciliani in codice V spatium vacuum relictum sit, deinde *Status masculini* sequatur: quod minime concedo.

Praetext. 4 p. 281 *lave* Bergkius Philol. XXXIII 306.

12 *dice* in suspicionem vocavit Ed. Becker stud. I 146 (cf. p. 129).

31 *minus mirandumst, sed portenta* Bergkius l. l. 307 *offerunt* incredibili licentia interpretatus: 'se offerunt'.

Addendum esse Accii reliquiis monet idem p. 311 haec quae apud Festum v. *tammodo* in Politiani apographo legit Mommsenus (Festi quatern. p. 70):

Accius in . . . ctor lius dardanius . . . . in tenebris

ubi pro illis *lius dardanius* primum scriptum fuisse *tindaridarum* testatur Mommsenus. Habent autem ceteri quoque codices *Accii* nomen ('tammodo antiqui ponebant pro modo ut *Accius:* tammodo inquit Praenestinus'). ubi ne quis de *Maccii* nomine restituendo cogitaret olim prudenter cavit Ritschelius Parerg. p. 40, qui aut errore nomina poetarum Plauti et Accii permutata esse aut intercidisse alterum testimonium intellexit (cf. adnot. ad Trinumm. 609). Nunc vero dubitari non potest quin post Accii locum Plauti nomen interciderit. Sed illius qualis liber intellegendus sit plane incertum: nam praeter fabulas quidni Parergon aut Pragmaticon locus aliquis potuerit commemorari? Ex tragoediarum quidem titulis proxime a scripturae reliquiis abest: *in antenoridis.*

SANTRAE v. 2 *furentum ab omni parte* Bergkius Philol. XXXIII 251.

VARII v. 3 sqq. idem l. l. 287 sq. miris modis sic tractavit:

tradita primum huic
nervis septem est intenta fides
variique dati vocum modi.
ad quos mundi resonat canor,
sua se in vestigia volvens.

INC. INC. FAB. v. 6 *fato*] *tactus* Bergkius Philol. XXXIII 307, quod propter sequentia participia parum placet.

59 *percepset* rursus commendavit A. Kochius annall. philoll. 1871 p. 827.

86 *ob Troiam* futtili coniectura Bergkius l. l. 307.

96 *tua*] *tuba* idem p. 279.

Ad 97 sq. cf. Plauti Bacch. 1120.

101 *Iovem prope gnatus est* Bergkius p. 310, sed ipsius loci simplici et concinno sermone satis refutatur, qui vetat etiam v. 102 deleri *ortus*.

111 Tuetur, ut consentaneum est, Bergkius p. 278 trisyllabum *aqüam* proposuitque anapaestos

et mento summam aqüam attingens
enectus siti Tantalus . .

139 sq. Perseverat in pentametri trochaici sui *néque enim patiar* e. q. s. mensura idem p. 308 sqq., Quintilianei loci sententiam perverse interpretatus.

158 *praeter rogitatum, si sapies* idem p. 310, parum probabiliter.

197 sqq. sic corrigenda esse censet Baehrens l. l. 623:

sive ísta virtus seú *patrociniúm cluet*
horréndum, miseranda ísta sive est cálamitas,
quod éxpulisti saúcios patrió lare

quae non nego habere quo placere possint (et recte ipsi Charisio *huic* pro vulgato *hic* restitutum est), tamen ad definitionem figurae 'per epitropen' mea quoque quadrare putaverim. displicet in istis, quae supra posui, quod *horrendum* et *miseranda*. quae veterum e consuetudine copulata aliquo modo fuisse probabile est, in duo membra discerpta sunt; praeferam igitur coniuncta '*horrenda miseranda* ista sive est c'.

220 sq. Varronis locum Bergkius Philol. XXXIII 311 sic constitui iubet: '. . . *agrestis* ab agro dictas apparet. *Infulatas hostias*, quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae. Itaque tum quod ad sepulcrum ferunt frondem ac flores, addit:

non lanas, sed velatas frondentis comas'.

Supra autem in lacuna locum habuisse statuit tragici poetae frustum

. . agrestis, infulatas hostias.

Atque in his aliquid sane veri consecutus est Bergkius, mihi enim ipsi nunc persuasum est, tragici poetae haec esse:

infulatas hostias
non lana, sed velatas frondenti coma.

238 Baccheos et creticos compositos esse statuit Bergkius ind. scholarum Halensium 1862/3 p. III: *amícos ad hánc rem, sí voles, ádvoca.*

P. 286 in POMPONII frusto *regem* Bergkius Philol. XXXIII 292, recte.

Quae a Cicerone Tusc. disp. I 5, 10 laudantur poetae verba *Sisyphus versat saxum sudans nitendo neque proficit hilum* inter Lucilii dactylicos hexametros ab Iacobo Beckero admodum probabiliter relata nuper extiterunt qui non minus quam proxime antecedentia (cf. trag. inc. inc. 111) de poeta aliquo tragico sumpta esse statuerent hisque anapaestis dispesci suaderent:

Sisýphu' versat saxúm sudans
niténdo neque proficit hilum.

Cui opinioni ideo maxime diffido, quod et alienum a tragico stilo vocabulum *hilum* est et tota sententia illa ad risum potius quam ad miserationem pertinere videtur.

In glossario p. 292 sub voce 'amiciter' *Ennii* nomen falso positum est *Pacuvii* loco; item p. 310[b] lin. 3 *Acc. praet.* corrigendum pro *Pac.;* p. 328[a] sub v. metus del. numerus 303, addendum post 'metu' *Enn.* 24; 350 sub voce 'simitu' *Accius* laudandus erat, non *Pacuvius.*

In fabularum indice p. 365 ad *Orestis* tragoediam fortasse etiam Lucilii hexameter a Prisciano p. 907 servatus adferri poterat: 'rausuro tragicus qui carmina perdit *Orestu*'.

Alias quasdam, quae mihi interim subnatae sunt, coniecturas alio loco proferam.

SENTENTIIS TURICENSIBUS ADDENDA.

694 Auxílium profligátis contuméliast.
'Affatim si quoí fortunast, lónge interitum nón habet.
Aváro acerba poéna natura ést sua.
Aváro non est víta, sed mors lóngior.
Aliénam qui agit caúsam, se perhibét reum.
Assídua ei sunt torménta, qui se ipsúm timet.
700 'Animo ni imperábis, animus ímperet potiús tibi.
'Animo ventrique ímperare débet qui frugi ésse volt.
Bona caúsa nullum iúdicem verébitur.
Bonús vir nemost nísi quist bonus aeque ómnibus.
Bene péndet sumptum pénsum in iudició nocens.
705 Bonós promittit cénsus misericórdia.
Dissólvit legem mísericors cum iúdicat.

Cf. coroll. XCIII. 694 *senarii auctor Buechelerus.* auxilium profligatis qui nititur dare contumeliam uidetur ingerere *M (= Monacensis).* aúxilium ubi des profligatis, contumeliam ingeras (*vel* a. dans p. c. ingerit) *Meyerus* 695 affatim inqua fortuna longe non habet interitum *M, unde septenarium effeci cum Christio et Meyero, quorum tamen ille* si cui fortuna *omisso* est, *hic* fortuna iniqua *proposuit* 696 *cf.* 14 *append.* 13. auaro crudelis poena. Sua profecto natura *M, ad numeros redegit Meyerus* 697 *cf.* 26. auarus non uita uiuet. Sed morte longior torpescit *M, senarium dedi Buechelerі.* auaro haud uita est uita, sed m. l. *Meyerus* 698 alienam qui suscipit causam semet criminat esse rerum *M: in constituendo senario Buechelerum secutus sum, nisi quod hic* peragit reum *proposuit.* alienam qui orat c. sese criminat *A. Spengelius* alienam causam qui orat, se culpat reum *Meiserus. Malum Meyerus septenarium excussit* 699 se *Meyerus* semet *M* 700 *cf.* 41 *app.* 132. 278. animo imperante animus imperet potius tibi *M, septenarium feci.* animo ímperato, ne tibi animus imperet *Spengelius* 701 *cf.* 665 uolt *Meyerus* dbet *(sic) eodem teste M* 702 iudicem *Meyerus, om. M* 703 bonus uir nemo est nisi qui aeque bonus est omnibus *M, senarium Buechelerus fecit, idem* nisi qui bonus aeque omnibust *proposuit.* bonus est uir nemo nisi qui bonus est o. *Meyerus.* bonus nemost uir nisi qui aeque b. e. o. *Spengelius* 704 *cf.* 71. pensum *scripsi* qui dispersit *M Etiam in v.* 71 pendit *scribendum* 705 *cf.* 77. bona 'comparat ac promittit misericordie census *M, unde variatum sententiae exemplum elicui* 706 dissoluitur protinus lex cum fuerit misericors iudex *ut ad* 468 *notavi MT. Possis etiam* d. l. facile iudex misericors *conicere.*

Famulátur dominus úbi timet quibus ímperat.
Honéstum laedis cúm pro indigno intérvenis.
Vocís malignae númquam libertás tacet.
Benefícium praestat quí cito renúntiat.
Vbi senectus péccat, ad quem réfugiat sapiéntia?
Vbi ómnes peccant, spés querellae tóllitur.

APPENDICI ADDENDA.

177[1] Difficilest regi sérvire absque incómmodo.
Probátum amato amícum, ne amatúm proba.
Vindíctam perdes quam ínimicus praesénserit.
Míser est qui [suam] uxórem perdit, míserior qui póssidet.

---

d. l. iudex misericordia *Spengelius* dissoluitur lex, misericors cum iudicat *Meyerus.* 707 *manifestum senarium, etiam in T indicatum, paenitet quod satis habui in adnotatione ad v.* 322 *condere, numeros Woeffliniani exemplaris denuo turbare ueritus.* 708 honestatem laedes cum pro indigno intercedis *MT (cf. ad v.* 233 *adn.), ubi* interuenis *Hauptio debetur, reliqua a me correcta sunt.* 709 inuectiuae (inu&tibe *M*) uocis numquam libertas tacet *MT* (*cf.* 284), *correxi* 710 non leue beneficium praestat (prestet *M*) qui de breui renuntiat *MT* (*uide* 469, *cf.* 333), *senarium feci* 711 ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia? *MT (vide* 633, *nam in T legitur quod in adn. ad h. v. Woelfflini testimonio deceptus quasi ex R attuli); feci septenarium* 712 *sic MT, nisi quod* quaerelę *T Separandum autem esse hunc uersum a 448 plane consentio cum Meyero.*

177[1] multū ē difficile seruire regi absq, cōmodo *R, senarium feci: cf. coroll.* XCII 177[2] Theofrastus dixit expedire iam probatos amicos amare, non amatos probare *c, redegi ad numeros: cf. coroll.* XCVI 177[3] ex inimico uindictam, si te inimicum senserit, perdidisti. Grauius aduersarium securitate decipies *c, versus exemplum proposui* 177[4] miser est qui uxorem bonam perdit, miserior qui malam possidet *c, septenarium excussi spretis his:* mínus bonam qui uxórem perdit míser est quam qui habét (*s.* habeát) malam. *Omitti* suam *possit, si* voxorem *scribas.*

INDEX COROLLARII ET ADDENDORUM.

abi cum imperativo p. LXVIII.
Accius p. CVII. CVIII. CIX. CXI. CXIX. CXXIII—CXXIX.
adorate? p. LXXIII.
Aesiona p. CXII.
Afranius p. LXI. LXIV—LXXIX. CV sq.
alter, altrius p. X sq.
Ammianus Marcellinus p. XLV.
amphilogia p. LXXIX. LXXXVI.
Anonyma com. fr. p. XL—LI.
Anonyma trag. fr. p. CXXX sq.
apage p. LXXVIII.
Apuleius p. XLVI.
Aquilius p. XX.
Atellanae fr. inc. p. LXXXVI.
at enim p. XXXIV.
Atta p. LXIV.
attatae p. XII.
au obsecro p. LXVI.
Baucalus Atell. p. LXXXIII.
betere p. LXXXI.
Caecilius p. XVI. XXI—XXXI. LXXXII. CIV.
Caelius p. XXXI.
Cicero p. XLIII sqq. XLVI. sq. LIX. sq. LXVII. LXXII. CV. CXXIII. CXXV.
Clodius, Quintipor p. L.
Cornelius Nepos p. XV.
curre cum imperativo p. LXIX.
curstrix p. LXXII.
Cusanus codex p. XCV sq.
dare se p. LXXVI.
deliquiae, deliquare p. LXI.
despoliare (dispoliare, dispolare) p. XXXVII sq.
dic p. XIII *dicam tibi* p. VIII *dico=edico* p. LXXV.
dictator ludorum p. XVIII.
diffringere p. LVI.
disicere, dissicere p. XIII.
écastór p. LXIII.
eccum incedit (et sim.) p. XXII sq.
elidere, eligere, eliqŭere p. LIX.
Ennius com. p. VII trag. CVII. CVIII. CX. CXI. CXIII—CXVI praet. CXVI Scipio CXVI—CXVIII annal. CXIX.
erilis p. LXXVI.
excratire p. LXXVII.
Gellius p. LXXVII.
Glossae comicae p. LI—LVI.
gubernus p. LXXXVI.
habere se p. LXIII.
hŏdie p. XXXVIII.
ille (accentus) p. LXXIX.
immo pyrrichice p. XXIV.
immo certe p. XLI.
inaudio p. CVIII sq.
inpultrix p. LXXII.
Iuventius p. XXXI.
labellum p. LXXI.
Laberius p. LXXXVI—LXXXVIII.
Laevius p. XLVI.
lembus (gen. fem.) p. XXXV.
leonum pugna p. LXXXII.
licetne? p. LXXXIII.
Licinius p. XX.
Livius p. XV. LX.
Livius Andronicus com. p. VII trag. CVII. CVIII. CX. CXII.
longe p. XXXVI.
Lucilius p. XXI sq. XXXVIII. XLIV. L. LX sq. LXXI sq. LXXVIII. LXXXI. CXXXI.
Menander p. XXVIII sq. CIV.
meus (homo, deus) p. XVII.
Mimus p. XLVI.
molucium p. LXXXIV.
Naevius com. p. VIII—XX. CXIII trag. p. LXXXIV. CVII. CVIII. CXI. CXII sq.
nescio quis p. LXXI.

Novius p. LXXXIII—LXXXVI.
opplere cum gen. et abl. p. XXXIX.
Orestes tragoedia p. CXXXI.
Pacuvius p. LXXI. CVII. CVIII. CX. CXI. CXIX—CXXIII.
Pagon, Plautina fabula p. CIII.
Petronius p. XLIX.
Placidus p. XVII.
Plautus p. X sq. XIV. XXXI. XLV. LVIII. LXII sq. LXV. LXXV. LXXVI.
Pompeiani tituli p. XVI. XLIX.
Pomponius p. LXXIX—LXXXIII. CVI.
Pomponius Secundus p. CXXXI.
Proverbia et popularia dicta p. XLVII sq.
publicitus p. LXXX.
quid illud est? (et sim.) p. LXXIX.
quid istuc est? p. LXI.
quid me censes? p. LXVII.
Quintilianus p. XLV. XLIX.
quispiam p. LXV.
rica, ricinium p. LXXXV.
Santra p. CXXIX.
scrattus p. LVII.
secena p. VII.
secitius p. LVIII.
Seneca trag. p. XV philos. p. XLVI rhet. p. CXIV.
Sexti sententiae p. C sqq.
simil p. XVI.
sub diu, sub Iove p. LXVII.
Suetus p. XXXIII. LXIV.
suus sibi p. XXXIV.
Syrus, Publilius p. LXXXIX—CIII. CXXXIII sp.
tauri (in arena) p. LXXX.
Titinius p. XIV. LVI—LXIV. CV.
tituli fabularum: num. sing. et plur. p. LXV; accus. pro ablat. p. LXXV.
tonstrix p. LXXII sq.
Turpilius p. XXXIII—XL. CIV sq.
Valerius mimographus p. LXXXVIII
Valerius Maximus p. XV sq.
Varius p. CXXX.
Varro sat. p. L.
Varronianae sententiae p. XCIX sq.
Vergilius p. XIV sq.
— *ūs* in comparativis p. XXXVII.

Indicem verborum ad Syri sententias et appendicem confecit Christianus Lütjohann.

FABVLA PALLIATA

LIVIVS ANDRONICVS

GLADIOLVS

Púlicesne an címices an pédes? respondé mihi.

LVDIVS

Córruit quasi íctus secena. ⌈ [sícine?] ⌉ hau multó secus.

VERPVS

. . ornaménto incedunt gnóbiles ignóbiles

Livi Gladiolvs. *Ἐγχειρίδιον* Menandri Philemonis Sophili contulit Duentzerus, idemque militi de hostium caede glorianti his responderi probabiliter coniecit. Festus p. 210 M. 'pedes autem pro pediculis — Liuius in Gladiolo: pulicesne' e. q. s. Cf. plenum bestiolarum conuentum in Curculione Plauti u. 500.

Lvdivs. Tituli similes *Γόητες* Aristomenis, *Πλάνος* Amphidis. Festus p. 330 M. 'secenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. quam Cincius in libro, qui est de nerbis priscis, dolabram ait esse pontificiam. Lyuius' (teste H. Keilio mus. Rhen. VI 625) 'in Lydio: corruit' e. q. s. Cf. idem p. 318 'scena ab alis, a quibusdam sacena' ('secena' coni. Gesnerus) 'appellatur dolabra pontificalis.' De uocali y disputauit Ritschelius Monum. ep. tr. p. 26 sqq.

Verpvs (Xenarchi fabula fuit *Πρίαπος*) Festus p. 174 M. 'nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per c litteram — — Liuius in Virgo: ornamentum' e. q. s. (leuius cod. Virgine Scaliger Virga coni. Menandri *Ραπιζομένη* proposuit Duentzerus. Virbio, quod in Klotzii annall. phil. XII 136 olim coniecerat Klussmannus, ipse de Liu. Andr. p. 26 temerariam fuisse fatetur opinationem. Auriga O. Guenther ephem. gymn. Berolin. XIV 813. Verpo ipse conieci : an Vargo? Cf. Labbaei gl. 'narguus *βλεσός*', scr. 'nargus *βλαισός*.'

1 pedes *spondeum explere persuasit Fleckeisenus annall.* 1861 *p.* 576 *integrum septenarium dimetiens, cum olim duorum frusta dedissem, quorum alterum* an pedes *inciperet.* 2 ictus scena haut *cod.*: *scripsi* secena *et* sicine *inserui* 3 ornamentum incendunt nobili ignobiles *cod* ornamento incedunt gnobiles ignobili *O. Muellerus* ornamento incedunt gnobili, *om.* ignobiles, *Scaliger. Versum expleas scribendo* istoc ornamento *uel* ornamento istoc incedunt; *ornamentum autem fortasse mentula est.*

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I (?)

áffatim

Edí bibi lusi

II

uecorde et málefica

Vacérra

III

Lépus tute es et púlpamentum quaéris . . . . .

Q. ENNIVS

CAVPVNCVLA

huic est ánimus propitiábilis.

Inc. nom. rel. I Pauli Festus p. 11 M. 'affatim dictum a copia fatendi, siue abundanter. Liuius: affatim'. e. q. s. 'Terentius affatim dixit pro eo, quod est ad lassitudinem.' Sed Terentius eo uocabulo usus non est: num Titinius? Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 56 'affatim, abunde, opipare. Liuius: affatim' e. q. s. Scaligero Homeri Odyss. XV 373 expressa uidebantur. II Festus p. 375 M. 'uacerram Aelius et alii complures uocari aiunt stipitem, ad quem equos solent religare; Ateius uero Philologus hoc nomine significari maledictum magnae acerbitatis, ut sit uecors et uesanus teste Liuio, qui dicit: uecorde' e. q. s. (ad quem equos Ursinus ..... ices excerpta Victorii hoc nomine significari male dictum Ursinus. . cum ad male dicendum exc. Victorii male dictum ad male dicendum Vaticani RS ut sit Augustinus et Ursinus ut est Vaticani RS . . Victorii exc.) Homeri Odyss. II 243 Scaliger, XVII 248 G. Hermannus Elem. 626 expressum putat III Vopiscus de Numeriano 13 (scriptorr. hist. Aug. II 221 J. 223 P.) 'ipsi denique comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant uetera dicta usurpare. nam et lepus tute es et pulpamentum quaeris' (Ter. eun. III 1, 36) 'Liui Andronici dictum est, multaque alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.' ('multa alia quae' codd. 'multaque alia' Petrus 'caelius' Palat. 'celius' Bamb. m. 1.)

Enni Cavpvncvla. Cf. Labbaei gl. 'coponicula *καπηλεῖον*' (nam sic scribendum est.) *Καπηλίδες* Theopompi fabula fuit. Nonius 155, 31 'propitiabilis a propitiando. Ennius Cupiuncula: hinc' e. q. s.

---

5 edi bibi] aedibus *thesaurus* lusi ueretris *R. Klotzius annall. phil. XII* 320 6 . . . corde *Victorius ex Politiani apographo* uecors *Scaliger* malefici *Victorii exc.* 7 uacerra *Scaliger* uecordia *cod.* . . . . uecórde et málefica uacérra *numeris Saturniis Hermannus* 8 et *om. codd. Vopisci*

1 huic *edd.* hinc *libri*

PANCRATIASTES

I (2)

Quis ést qui nostris fóribus tam protéruiter ?

II (3)

Cúm desubito me órat mulier lácrimansque ad genua áccidit.

III (1)

Quo núnc me ducis? ‖ úbi molarum strépitum audibis máximum.

EX INCERTIS FABVLIS

5 'An aliquid, quod dóno, fili, níl morares? áccipe.

CN. NAEVIVS

ACONTIZOMENOS

I (1)

Acóntizomenos fábula est primé proba.

(Caupuncula scripsi : idem fortasse Cupuncula Ioannes Vahlen uoluit esse. Capeduncula Bentinus Caprunculo Bothius conl. Pauli Festo p. 48 'capruncului uas fictile.' Cf. etiam Varro de l. L. V 121 'capis et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi.')

PANCRATIASTES (Alexidis Theophili Philemonis. PANCRATIASTAE Vahlenus inscripsit). I Nonius 513, 11 'proteruiter. Ennius Pancratiaste: quis' e. q. s. Priscianus p. 1010 P. 'Ennius proteruiter.' Confert Bothius 2 Plauti Trucul. II 2, 1 II Nonius 517, 15 'desubito ... Ennius Pancrasiaste: cum' e. q. s. (Pancrasiastę Bamb.) III Nonius 506, 2 'audibo pro audiam. Ennius Telamone . . . idem Panchratiastis: quo' e. q. s.

EX INC. FAB. Diomedes p. 395 P. 'moro . . Naeuius . . . Pacuuius . . . Ennius: an' e. q. s. (Ennius om. Par. B)

NAEVI ACONTIZOMENOS. Cf. *Ἀκοντιζόμενος* Dionysii, *Ἀκοντιζομένη* Antiphanis I Charisius II p. 188 P. 'prime Naeuius in Acontizomeno:

2 quis] qui *W* propteruiter *Prisciani Reg. Carolir., quam formam ueram esse praedicat Bergkius in annall. philoll.* 1869 *p.* 480 4 dicis *Bamb.* molarium *W* molarum, *suprascr.* i, *Leid.* molariam *Bamb.* *an* crepitum *ut Naeu.* 114? audiuis *Bamb.* 5 ten aliquid *Vahlenus* p. 154 fili, nil *scripsi* illi *codd.* nil *Vahlenus* morares *Keilius* morares sed *edd. uett.* morare sed *codd.* morare? en (*uolebat* em) *Fleckeisenus* accipe *Vahlenus* accipite *codd., in quo fortasse* accipe, em *latet, ut est in Terentii Phorm. u.* 52 an áliquid quod do, níl morat, sed áccipit? *Bucchelerus*

1 Acontizomenus *cod. De terminatione in* os *uide Ritschelium*

II (2)

Huius autem gnatus dícitur geminum álterum
Falso óccidisse.

III (3)

Súblustri noctu ínterfecit

AGITATORIA

I (6)

'Age, ne tibi med áduorsari dícas, hunc unúm diem
Dé meo securós sinam ego illos ésse. ⟦ tax pax. ⟦ póstea
Cúrrenteis ego íllos uendam, nísi tu . . uíceris.

II (1)

Quasi dédita opera quae égo uolo ea tu nón uis, quae ego nolo éa cupis.

Acontizomenus' e. q. s. (Naeuius edd. Plautus cod.) II Charisius II p. 179 P. 'falso Naeuius in Acontizomeno: huius' e. q. s.
III Charisius II p. 185 P. 'noctu diuque Sallustius historiarum secundo: noctu diuque stationes et uigilias temptare. at uero Titinius . . . noctu diusque . . . Naeuius in Acontizomeno: sulpicii n. i.' (temptare Sulpicii. At uero Titinius . . . Naeuius in A. noctu i. Hermannus Opusc. V 262 acotizomenos cod.)

Agitatoria I Charisius II p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria: age' e. q. s. Compares Ballionis in Pseudulo u. 371 sqq.
II Charisius I p. 177 P. 'dedita opera declinari quidem ut nomen potest, sed tamen uim aduerbii retinet. Naeuius in Agitatoria: quasi' e. q. s.

mus. Rhen. IX 17 2 alterum *ed. pr.* alīrum (*i. e.* alterrum) *cod.* 4 sublustri *uel* subluci *conicio.* sulpicii *cod.* supplicio *olim temptaveram.* 5 atque *CFWMueller prosod. Plaut.* 733 tibi med *Bergkius symb.* I 59, [*sed idem annall. philoll.* 1870 *p.* 827 *praeterea* áge age, ne tibi me *proposuit. Potest etiam* érgo age, ne tibi me *scriptum fuisse.*] tibi me, *cod.* tibi mihi *ed. pr., ubi* mehe *latere posse olim suspicabar.* te mihi *Fabricius*, *Putschius* me tibi *Gulielmius in Asin. cap.* 5 6 de meo securos *nunc scripsi.* demeo sequor *Neap.*, *sed* equos *cod. Bondami Var. Lect.* 238 de meo seruos *Bothius* Demea, segnior *Westerhouius in Ter. eun. prol.* 36 dé meo equos sinam *uel* sinam equos *Bergkius l. l.* esse *interpretor* edere *Huc quadrat gloss. Leid. laudata Bondamo:* 'tux pax gratulantis', *quam a Plauti Persa u.* 265 *alienam esse monuit Ritschelius opusc. II* 265. 7 nisi tu pretio uiceris *Gulielmius, quod uerum uidetur esse. Non satis facit sententia scenariorum* age né tibi Med áduorsari . . . diem Domi hós equos sinam ego ésse. ⟦ t. p. ⟦ postea Currénteis e. i. u. nisi tu uiceris, *quos proposuit Buechelerus.* 8 neuis *Fabricius*, *Putschius* quae ego nolo *ed. pr.* q.

III (3)

ego sémper pluris féci
Potióremque habui líbertatem múlto quam pecúniam.

IV (7)

eho an uícimus?
⁋ Vicístis. ⁋ uolop est. quó modo? ⁋ dicám tibi.

V (2)

Nimium ó, [nimium] arte cólligor. cur -re ínquaesita cólligor?

VI (4)

Secus si úmquam quicquam féci, carnificém cedo.

VII (5)

atque

III Charisius II p. 188 P. 'pluris Naeuius in Agitatoria: ego' e. q. s. IV Charisius II p. 213 P. 'tax pax Naeuius in Agitatoria [I] eho idem in eadem: eho' e. q. s. V Charisius II p. 186 P. 'nimio pro nimis. Naeuius in Agitatoria: nimio' e. q. s. VI Charisius II p. 195 P. 'secus pro aliter. Naeuius in Agitatoria: secus' e. q. s. VII Charisius II p. 204 P. 'atque pro et Terentius in adelphis: atque ex me hic natus non est, sed ex fratre. ubi Acron: argute, inquit, nam per hanc coniunctionem transitum fecit ad narrationem. Cn. Naeuius in Agitatoria, sed et in Tarentilla.'

(*h. e.* quod) ego nolo *cod.* 9 *sq. Magis placeant senarii tales:* nam libertatem sémper pluris féci ego Potióremque habui múlto quam pecúniam. 12 uolop quomodo *cod.* uolupe est. quo modo? *Bothius* dicam tibi *sollemnem in responsis formulam nunc cum Bothio separaui ab interrogatione* quo modo? *Praemitti poterat, non debebat* (*cf. Ter. adelph.* 985) ego *De bisyllaba* nolup *forma disputauit Ritschelius mus. Rhen. VII* 319 13 nimium o, nimium *scripsi* nimio (*semel*) *Charisius* colligor. cur. r. i. colligor? *Bothius* colligôbeurre inqsita colligor *cod.* *Olim statueram ludere poetam in colligendi et colligandi verbis hac fere sententia: 'nimis stricte concludo, nimis manifesto sentio, cur uel quod constringor uinculis.'* nimio me arte colligas *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 826 *Cf. Plauti Epid.* 677 age tu arte colliga

AGRYPNVNTES

I (1)

15 si quidem uís loqui,
Non pérdocere, [hau] múlta longe prómicanda orátio est.

II (2)

Nam in céna uos noctúrnos coepit praémiatores tóllere.

APPELLA

I (2)

Cui caépe edundod óculus alter prófluit.

II (1)

Vt illúm di perdant, quí primam holitor prótulit
19[1] Caepam!

Agrypnvntes I Nonius 65, 3 ᶜpromicare, extendere et porro iacere, unde emicare. Naeuius Agrypnuntibus: si quidem᾽ e. q. s. II Nonius 150, 22 ᶜpraemiatores nocturni, praedones. Naeuius Amnagremnuntius: nam᾽ e. q. s. (Agrypnuntibus Junius)

Appella: haec certe est librorum scriptura, quam seruaui, quoniam de argumento nihil constat. Cf. Labb. gloss. ᶜappella *λειπόδερμος*᾽ et scholl. in Hor. Serm. I 5, 100 I Priscianus VI 2 p. 681 P. ᶜfrequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naeuius in Appella: cuĭ᾽ e. q. s. ᶜNouius᾽ e. q. s. (Neuius libri. appella libri apella ed. Veneta 1) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 133 ᶜhoc caepe in singulari ·i· unio, unde Naeuius: cui᾽ e. q. s. II Priscianus VI 2 p. 681 P ᶜhae cepae harum ceparum, quamuis antiquissimi in a quo-

15 uis loqui *Bothius* loqui uis *libri*, *quod sic seruari possit*: si quídem loqui Vis, nón docere 16 hau *om. libri* si quidem loquí uis, non perdúcere, Non (*uel* hau) múlta longe p. oratiost *Buechelerus*, *cui debeo* hau *positum ante*, *quod post* multa *inseruerat Bothius* 2 (*mus. Rhen. V* 269). 17 cena *nunc scripsi* scena *libri* praemiatores *libri*: *cf. Turnebus Adu. XV* 4 *Synecphonesin*, *quam uersus flagitat*, *non nisi lacuna statuenda effugies*, *uelut*: nam in céna u. n. c. praémiatorés . . ‖ . . . tollere *uel*: nam in céna u. n. coepit tollere ‖ . . . . . praémiatorés . . *Dubitat CFWMüller prosod. Plaut.* 463 *sq.* 18 caepe *thesaurus*, *Bamb. Prisciani* cēpe *Sang.* coepe *Grut.* cepe *ceteri* edundod *Buechelerus annall. philoll.* 1867 *p.* 68, *probauit Ritschelius nou. exc. Plaut. I* 65 edundo *Sang. Halb. Prisciani* edendo *thesaurus*, *Reg. Bamb. Bern. Amien. et corr.* e *ex* u *Grut. Carolir. Prisciani* oculos *Sang. Olim septenarium trochaicum, cui ab initio creticus deesset, et hunc notauerat et u.* 19 *ut ad eandem scaenam pertinentes.* [*Hiatum in penthemimeri senarii fouet Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 826] 19 *Recepi nunc quod inter alia proposuit Muellerus l. l.* illam, *om.* ut, *anon. Bern.* di perdant *uel* di omnes perdant *uel* di infelicent

ARIOLVS

I (1)

Deprándi item léoni si obdas óreas

II (2)

Quis heri ápud te? ‖ Praenestíni et Lanuini hóspites.

que singulare feminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Naeuius in Appella: ut e. q. s. (Neuius libri appella libri plerique apella Reg.) Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helueticis p. 106, 26 'Naeuius: illum . . . cepam.'

ARIOLVS Cf. Ἀγύρτης Philemonis, *Μητραγύρτης* et *Οἰωνιστὴς* Antiphanis, *Ἰσισιδαίμων* Menandri, *Μάντεις* Alexidis. Gellius III 3, 15 'sicuti de Naeuio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Ariolum et Leontem . . . unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.' Ariolum quendam gentis Corneliae 'futuram magnitudinem et splendorem diuinando praedixisse' ariolatur Klussmannus, nec improbauit Grauertus Philol. II 218. Probabilius adnotare poterant in primo uersiculo, qui fortasse prologi erat, poetam de se ipso loqui uideri. Ceterum Philemonis Ἀγύρτην hac fabula expressam esse coniecturae aliquam speciem adfert uersiculus inc. fab. I, cuius similem Philemonis inc. fab. XLV locum exhibuit Klussmannus hunc: *οὐκ ἂν δύναιο μὴ γενέσθαι, δεσπότα, Ἄνθρωπος ὢν ἄνθρωπος· ἄλλως οὖν βοᾷς. Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἐστὶν κακά.* Ea enim quamquam fatendum est etiam alibi inseri potuisse, uelut in *Σικελικῷ* (cf. I), tamen memorabili casu optime quadrant in eam quae sola ex Agyrta seruata est eri lamentationem: *ὦ πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπου φύσις Τὸ σύνολον· οὐ γὰρ ἂν ποτ' ἐδεήθη νόμου. Οἶει τι τῶν ἄλλων διαφέρειν θηρίων Ἄνθρωπον; οὐδὲ μικρὸν ἀλλὰ σχήματι· Πλάγι' ἐστὶ τἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.* I Festus p. 182 M. 'oreae, freni quod ori inferuntur. Titinius . . . et Naeuius in Hariolo: deprandi' e. q. s. II Macrobius Sat. III 18, 6 'nux haec Abellana seu Prae-

CFWMueller l. l. 591 di fer** *Bern. m. pr.* dii ferant *Reg. m.* 2 *Bern. m.* 2 differant *Reg. Bamb. Amien. Halb. Sang.* *ifferant *Grut.* defferant *Carolir.* deferunt *anon. Bern.* dii terant *Aldina* di feriant *Mähly ann. philoll.* 1861 *p.* 139 que *anon. Bern.* primam *scripsi* [*item CFWMueller paralipomenon pros. Plaut. p.* 97] primum *libri* primus *Bothius* holetur *Reg.* holitus *Bong.* holit^{or} (*sup. m. alt. in ras.*) *Halb.* holitur *anon. Bern.* olit' *Amien.* olitr *Bamb.* protulit Cepam *Muellerus* cepam (cepam *Bamb.*) protulit *libri Prisc.* cepam, *om.* protulit, *anon. Bern.* [perdant *et* primus *Bergkius quoque annall. philoll.* 1870 *p.* 826 *probat*] 20 deprandi item leoni si *scripsi* deprandi autem leonis *cod.* deprandi autem leoni si *Vrsinus* leoni si autem deprandi *olim edideram. In* autem *scriptura* utei *latere posse monuit Buecheler*us: *formam autem* deprandi *rectius a nominatiuo* deprans (*ut* 'nefrens') *deducas quam cum uiris doctis a* deprandius *uel* deprandis oreas *Vrsinus* oreat *cod.* 21 qui *Bamb. m.* 2 Lanuini, *ut u consonans sit, L. Mueller de re m.* 252 Lanuuini *libri*

⟦ Suópte utrosque décuit acceptós cibo,
Altrís inanem uóluulam madidám dari,
Altrís nuces in prócliui profúndier.

ASTIOLOGA

Hác sibi próspica, hac déspica

CARBONARIA

Tíbi serui multi ápud mensam astant: ílle ipse astat, quándo edit.

nestina . . . inde scilicet Praenestinae nuces. est et illud apud Naeuium in fabula Ariolo: quis' e. q. s. (ariola Palat.)

Astiologa, i. e. ἡ ἀστειολόγος scripsi. assitogiola libri, unde praeter alia etiam astrologa facere possis. Agitatoria Junius.

Nonius 155, 25 'prospica et despica, intenta et contempta. Neuius assitogiola: ac' e. q. s. 'potest ergo prospicus et despicus dici.'

Carbonaria. Fidem Prisciani in laudando Naeui, non Plauti nomine, de qua dubitauerat Ritschelius Parerg. I 98, ipse concedit p. 106 et 153 posse defendi. Priscianus X 5 p. 894 P. 'uetustissimi tamen etiam edo edis edit dicebant correpta prima syllaba. Naeuius in Carbonaria: tibi' e. q. s. 'non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit σκάζων.' (Neuius libri in carbonaria om. Sang.)

22 suopte *Paris. a Bamb. m. alt.* suapte *Angl. Bamb. m. pr. Gud. Salisb. Med. a b c* 23 *sq.* altris *utroque loco ante Muellerum Geppertus de pronunt. serm. Lat.* 64 *et Roeperus Philol.* XV 294: *probauit Ritschelius opusc.* II 458 23 alteris *corr. ex* alterius *Bamb.* bulbulam, *i. e.* uuluulam *Geppertus, post cum Muellerus (cf. Apicius* 54 *Sch.)* bulbam *libri, nisi quod* bullam *Salisb. Med. a b* bulbum *Pontanus* uuluam *Scriuerius De* uolua inani *uel electicia cf. Plinius n. h.* XI 37, 84 madidatam *Scriuerius, non male, si* uoluam *scrues.* madidantem *Scaliger Castig. ad Fest. p. CXV* dare *Scaliger* 24 in proliuis *Cantabr.* in proluuiis *Pontanus* profundier *Scriuerius* profundere *libri* est profundere *Geppertus* nuces in procliui alteris profundere *Bothius, numeris quidem elegantioribus. Septenarios nuper illorum ignarus opinor proposuit Bergkius symb.* I 21 *hosce:* quis heri apud te? Praénestini ét Lanumuini hóspites. Hóspites suópte . . . cibo. Quó modo? alteris inánem úúluam madidam sále dari, 'Alteris nucés inanes próclivi profúndier; *in primo autem uersu fore qui* quis heri apud te fuit *praelaturi sint suspicatur.* 25 ac sibi p. ac d. *libri* hac tibi p. hac d. *Bothius. Cf. Lachmannus in Lucr.* 307 26 *Trochaeos agnouit Ritschelius Parerg. I* 98, *sed ordinem* múlti tibi serui *praeferam.* astant *Sang.* adstant *Halb. Bamb. Bong.* astat *Grut. Carolir.* adstat *Reg.* adstat *Halb. Bamb. Bong.*

CLAMIDARIA

26[1] Neque ádmodum a puerís abscessit néque admodum
adulescéntulust.

COLAX

I (Nou. Col. 4)

Qui décumas partes? quántum mi aliení fuit,
Pollúxi tibi iam públicando epulo Hérculis
Decumás.

Clamidaria i. e. Chlamydaria [Sergii] explan. in Donatum (in Keilii gramm. Latt. IV) p. 559 'admodum . . . quaesitum est num pro ualde usque dicamus, et in usu fuit . . . apud Naeuium in Clamidaria: neque' e. q. s. (neuium Lauant.)

Colax. Prologi in Terenti eun. 25 haec sunt: 'Colacem esse Naeui et Plauti ueterem fabulam, Parasiti personam inde ablatam et militis. Si id est peccatum, peccatum inprudentiast Poëtae, non quo furtum facere studuerit. Id ita esse uos iam iudicare poteritis. Colax Menandrist, in ea est parasitus colax Et miles gloriosus: eas se hic non negat Personas transtulisse in Eunuchum suam Ex Graeca: sed eas ab aliis factas prius Latinas scisse sese, id uero pernegat.' De quibus instar omnium Ritschelii in Parerg. I 99 sqq. disputatio est. Is enim et emendauit quae corrupta turbas fecerant sed eas fabulas factas prius et quid inde discatur explicauit: nempe Menandri Colacem, in qua parasiti adsentatoris et militis gloriosi partes fuerint, Naeuium primum in Latinam scaenam transtulisse, eius autem fabulam postea a Plauto correctam et pro noua datam esse. Ceterum idem statuendum sit, si Bothii et Lomani Spec. crit. p. 83 coniecturam probaueris, qui scripserunt Colacem esse Naeui aut Plauti ueterem fabulam, quibus satis bene exprimitur sane, quam non curauerit aliorum exempla Terentius. At quoniam et Naeui et Plauti Colax (utraque autem apud Nonium) alibi laudantur, de sola unius fabula cum Gepperto (Klotzii annall. phil. XIX 274) non cogitabit nisi temerarius. Loquentem cum milite parasitum habemus fr. I: nam ille Herculem Victorem se ipsum esse gloriatus decumas bonorum sibi a parasito quoque flagitauerat offerri, cui hic iocabundus respondet, rei alienae quidem decumas ei se iam polluxisse publice indicanda scilicet eius nomine cena Herculana. De polluendi more disseruit Henzenus mus. Rhen. V 71 sqq.: cf. nunc quae adnotauit Mommsenus CIL I p. 149 sq. et ad n. 1175. I Priscianus IX 10 p. 874 P.

26[1] a. p. ueris *cod.* abscesit *cod.* adolescentulus est *cod.* *Variati in uoce* admodum *accentus elegantia pereat, si trochaeos dimetiaris* 27 qui (*i. e.* quomodo) *libri plerique omnes* quid *Barb., unus Krehlii, Hermannus Opusc. II* 280 quoi *proposuit Bergkius ind. scholl. Halens. aest.* 1867 *p.* V decumas *Aldina et hic et u.* 29 decimas *libri* partes *sup. Rcg.* mi *Hermannus, om. libri: inseri etiam post* alieni *poterat* alienum *Bong.* 28 polluxi *Hermannus* poluxit *Sang.* polluxit *ceteri* iam *Hermannus* a *libri* polluxi, Tibie *uel* Bia, polluxti *Bergkius l. l.* epulo ... decumas *om. Sang.* herchulis *Bong.* herculi *Bamb.* 29 decimas *libri*

II (Nou. Col. 1)

ét uolo
Et uéreor et facere ín prolubio est . . .

III (Nou. Col. 3)

et ásseri
Laudés ago, cum uótis me multát meis,
Quod praéter quam uellem aúdiebam hoc mi éminus.

IV (Nou. Col. 2)

Vbi uídi, exanimabíliter timedus pédibus protinam mé dedi.

COMMOTRIA

carere

COROLLARIA

I (4)

nólo ego

'polluceo polluxi . . . Naeuius in Colace: quid' e. q. s. (Neuius libri. 'in Colace quid decumas partes' om. Sang.) II Nonius 64, 10 'proluuium . . . . Neuius Colace: et uolo' e. q. s. (Naeuius Junius in mg.) Comparant Aristophanis ran. 1425: *ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν.* Sane incerti animi fluctuatio hic quoque describitur. III Nonius 462, 32 'multare cum sit condemnare, positum est augere, uoti compotem reddere. Neuius Colace: et asseri' e. q. s. IV Nonius 376, 12 'et quoniam non nulli ueterum pro eo quod protinus est protinam uel protenis conuerterunt, exempla de his necessaria decerpenda sunt . . . Neuius' (ita W. Leid. Gen. Bas.) 'in Colace: ubi . . . dedi, id est pedibus longius fugi.'

Commotria. Varro de l. L. VII 54 M. 'in Menaechmis: inter ancillas sedere iubeas, lanam carere. Idem hoc est uerbum in Commotria Naeuii.' (hoc est Flor. teste H. Keilio Paris. a b, est hoc ceteri Commotria Turnebus Adu. XXIII 16 cemetria Flor. Goth. Haun. cametria Paris. a comedia Paris. b Cosmotria Aldina Cosmetria Bothius neuii Flor.)

Corollaria Cf. *Στεφανοπώλιδες* Eubuli. I Charisius II p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria: nolo' e. q. s. 'ubi Probus: usque

31 prolubio *edd.* proluuio *libri* et uéreor et facere in prolubio est et uolo *Mähly annall. philoll.* 1861 *p.* 139 *peruerse* 32—34 *restituit Hermannus Opusc. II* 279 32 adseri *Leid. Bamb.* 33 multat *Hermannus* multatis *libri* 34 hoc mihi ennius *libri, nisi quod* hennius *Leid.* hoc mihi eminus *ed.* 1496 mi *fortasse delendum cum Bucchelero* audiebat hoc mihi *et ut alterius quod exciderit fragmenti auctor* Ennius *Kiesslingius* 35 timedus *libri plerique* tamedus *Gen. Bas.* timidis *Hermannus Opusc. II* 279, *accepit Ritschelius opusc. II* 245 protinam Me dedi *Hermannus* 36—38 *numeros transponendo* (nolo hánc

Hanc ádeo efflictim amáre: diu uiuát uolo,
Vt míhi prodesse póssit.

II (3)

Vltró meretur, quam óbrem ametur: íta dapsiliter suós amicos
Alít.

III (9)

Riuális, salue. ⟦ quíd 'salue'? attat áttatae!
⟦ Quid istúd uero 'atatae' te áduertisti tám cito?

IV (5)

. . . . . utinam nasum ábstulisset mórdicus!

V (7)

Núm [tu non uis móneam te unum, sí uidetur,] quíppiam?

VI (6)

Nímis homo formídulosust.

VII (10)

st', tace,
Caue uérbum faxis!

donicum effligatur.' Haec autem non grammatici, sed poetae ignoti verba esse coniecit Ritschelius opusc. II 241: uide infra pall. inc. fr. LVII.
II Charisius II p. 178 P. 'dapsiliter Naeuius in Corollaria: ultro' e. q. s.
III Charisius II p. 214 P. 'attattat attatae Naeuius in Corollaria...' cf. Tarentilla fr. V. IV Charisius II p. 184 P. 'mordicus Afranius... Naeuius in Corollaria...' V Charisius II p. 192 P. 'quippiam Naeuius in Corollaria...' (Tarentilla ed. pr.) VI Charisius II p. 186 P. 'nimis Naeuius . . . idem in Corollaria: nimis' e. q. s. VII Charisius II

ego adeo efflictim Amáre *e. q. s., ut septenarii iambici fierent*) *pessum dedit Bothius, non intellexit Klussmannus* 37 diuiuat *cod.* 39 ultro Merétur *Bothius; in* ametur *uerbo priorem uersum claudit Keilius numeris trochaicis, quos etiam tales* ultró meretur, Quam óbrem *e. q. s. instituere licebat.* 41 quid salue attattattat attatae riualis salue *cod.: ordinem et numeros constitui.* 42 quid istud uero te aduertisti *cod., sed* uero a te *ed. pr.* uero at tatae *Fabricius, Putschius. Correxi olim: nunc Bentleium ad Ter. Andr. I* 1, 98 *uideo sic formata exhibere:* quid salue attattatattatae. Riuális. salue. quid istud attatae aduertisti tam cito? 44 num non uis te moneam unum, si uidetur, quippiam *Putschius, quae unde hauserit non constat.* num quippiam *om. ceteris cod.* nam quippiam *ed. pr., om. Fabricius* 45 formidulosus est *cod.* 46 st tace *Hauptius*

VIII (11)

48 Haec démolite!

IX (1)

diuidiaest

X (2)

confestim

XI (8)

trit

DEMENTES

49 Animaé pauxillulum ín me habet.

DEMETRIVS

persibus

DOLVS

Caperáta fronte

p. 214 P. 'st' (ita Fabricius et Putschius. it cod.) 'Naeuius in Corollaria...' VIII Diomedes I p. 395 P. 'demolio ... Naeuius in Corollaria h. d. inquit.' (Neuius Monac. meuius Paris. B corollario Paris. B) IX Varro de l. L. VII 60 M. 'in Mercatore [615]: non tibi istuc magis diuidiaest quam mi hodie fuit. hoc idem est in Corollaria Naeui. diuidia ab diuidendo dicta, quod diuisio distractio est doloris.' hoc eadem est in corollaria neuius Flor. cum ceteris libris ut hoc eodem usust uideatur corrigendum esse. hoc itidem et in Corolloria Naeuius O. Muellerus et praeeunte Spengelio eadem in corollaria Naeuius Bergkius symb. I 158 non Varronem, sed lectorem aliquem statuit adscripsisse, hoc a correctore in margine uideri positum fuisse, quo significaretur hocedie in uersu Mercatoris, non hodie legendum esse, Naeuium uero plane eodem uersiculo usum fuisse. Quae omnia quam sint incerta nemo non sentiet. Cf. Fulgentius 565, 3 'quid sit desiduo. desiduo dicitur diuturne. unde et Varro in Corollaria ait: diuidiae mihi fuerunt tam desiduo abfuisse te.' X Charisius I p. 177 P. 'confestim ... Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.' XI Charisius II p. 213 P. 'trit Naeuius in Corollaria. significat autem, ut ait Plautus in quadam, crepitum polentarium, id est peditum.' s. autem uocem murum ed. pr., nescio an recte (cf. Iuuentius u. 9), ut altera illa, ad quam Plauti in Curculione II 3, 16 adpellatio quadraret, exciderit: fuit autem fortasse prox (cf. Pseud. 1279) Cf. praeterea inc. fab. VIII

Dementes Cf. *Μαινόμενος* Diphili. Diomedes I p. 335 P. 'habeo et habito dicimus, ut apud Naeuium in Dementibus: animaé' e. q. s.

Demetrius Cf. *Δημήτριος ἢ Φιλέταιρος* Alexidis. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ... in Clastidio ... in Dolo ... in Demetrio: persibus a perite, itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt.' Cf. inc. fab. IX. Pauli Festus p. 336 M. 'sibus, callidus siue acutus.'

Dolus Cf. *Δόλων* Eubuli. Klussmannum refutauit M. Hauptius Philol. I 375 Varro de l. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliquā esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in

Philol. I 376 setale *cod.* st tale *Fabricius* 48 demollite *Paris. A* 49 habet *testatur Diomedes* habitat *libri* 49² caperrata *Flor.* (*u. supra*), *quod si uerum est, Naeuius c. c. sic:* capérrata ille fronte

FIGVLVS

Nímis auarus

GLAVCOMA

50 Quód de opsonio [íste suo] stilo ín manum pupugít mihi.
51

GVMINASTICVS

I (4)

In álto nauem iúbe tu destitui ánchoris.

II (1)

[Díc] utrum est melius: úrginemne an uíduam uxorem dúcere?

⁋ Vírginem, si músta est.

III (6)

55 Edepól, Cupido, cúm [tu] tam pausíllu's, nimis multúm uales.

Hesiona...in Clastidio...in Dolo: caperata fronte, a caprae fronte.' doloreste cod. B Spengelii caperrata Flor. Cf. Varronis satura Eumenidum fr. I; alia exempla composuit Roeperus in comm. Gedanensi a. 1850 p. 14 sq., qua Eumenidum reliquias tractauit.

FIGVLVS Charisius II p. 186 P. 'nimis Naeuius....idem in Figulo: nimis auarus.'

GLAVCOMA Priscianus X 5 p. 894 P. 'pungo pupugi uel punxi... Naeuius in Glaucoma: quod' e. q. s. (Neuius libri glauconia Sang. Grut. Carolir.)

GVMINASTICVS: nominis formam uindicauit Ritschelius opusc. II 483, cf. 520; cf. fr. VI. I Nonius 280, 1 'destitui est desolari. destitui rursum statui. Neuius in Gymnastico: in alto' e. q. s. II Nonius 136, 7 'mustum non solum uinum, uerum nouellum quidquid est, recte dicitur. Neuius Gemnastico: utrum' e. q. s. III Nonius 421, 25

scripsisse potest 50 *sq. septenarios nunc restitui qui olim creticos cum baccheis* quód de eo opsónio Stiló mi in manúm p. *composuerim.* quod] *an* quom? de eo *Putschius* eo *Erl. b* opsinio *Sang. Grut. Carolir.* obsonio *ceteri* iste suo *inserui, om. libri* mi in manum pupugit *libri*: mihi *transposui.* quód de obsonió mihi stilo in manum pupugít . . *Fleckeisenus* 52 iube tu *scripsi* iubet *libri, quod seruata contra Plautum Ennium ceteros uetere mensura spondaica Naeuium scribere potuisse Buechelerus annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *sibi persuasit.* destitui iubet ancoris *Urbin.* 308 in alto destitui anchoris nauem iubet *Bothius, non male* 53 *initium uersus uariis modis expleri potest uel* dic *praemittendo uel iambicis quidem numeris* utrúmne *scribendo*: úterum *'formam commendant Kiesslingius et Buechelerus; cf. u.* 81. 115. ne an uiduam uxorem *om. Leid.* 55 tu tam pausillu's *scripsi* tam pausillus sis *libri* tu's tam pau-

IV (2)

Hómines, pecua béluasque

V

Sáxa siluas lápides montes díssicis, dispúlueras.

VI (7)

Atque meís bonis omnibus égo te herem faciám . . . . .

VII (5)

At ením tu nimis spisse átque tarde incédis . . . .

VIII (3)

60 Pol haút parasitorum áliorum [hic] simil ést . .

LAMPADIO

protinam

'cupido....cum masculino, deum ipsum ... Neuius Gymnastico: edepol' e. q. s. IV Nonius 159, 5 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt. Neuius Gymnastico: h. p. b.' V Nonius 95, 27 'dispulnerare est dissoluere. Neuius Gymnastico: saxa' e. q. s. VI Nonius 486, 31 'herem (heredem Bamb. Leid. 116) pro heredem. Neuius Gymnastico: atque' e. q. s. (Geminastico Bamb.) VII Nonius 392, 15 'spissum significat tarde ... Neuius Gymnastico: at enim' e. q. s. VIII Nonius 224, 25 'simile est pro similis est, pro masculino positum neutrum Titinius [34]. Fullonibus Naeuius Gemnastico: pol' e. q. s.

Lampadio Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona ...in Clastidio...in Dolo...in Demetrio...in Lampadione: protinam, a protinus, continuitatem significans.' Coniectura referri ad hanc fabulam possit inc. inc. fab. LXXIX.

Ludi et Lupi quae hic olim sequebantur frusta nunc inter praetextae Naeuianae Romuli siue Lupi p. 277 sq. reliquias quaere.

sillus *Lübbertus stud. gramm.* II 139 tam sis pauxillus *Bothius. Caesurae etiam* sis tam pausillus *satisfaceret.* quoniam tam pausillu's *ad sententiam minus quam ad litteras quadret.* 58 *anapaestos agnouit Buechelerus* herem *edd.* heredem *libri* atque ego te meis herem omnibus faciam bonis *Bothius. Ipse olim iambos* atque é bonis meis ómnibus ego te hérem faciam . . *proposueram, qui, absque Nonii testimonio esset, sic:* téd heredem fáciam *claudi poterant.* 59 *Non displicuant trochaei* át enim tu nimis spisse ac tarde incédis . . . . . 60 haut *Bentinus* aut *libri* simile est *libri, quod tuetur Buechelerus decl. lat. p.* 8 similist *Ritschelius opusc. II* 616 (*qui tamen ibidem* 331 *probauit quod ediderat* simil est), *Lachmannus in Lucr.* 29 *Iambos dedit Hermannus Opusc. V* 267, *trochaeos olim malueram: leniores ut fierent numeri,* hic *post* aliorum *inserui. Claudere uersum* homo *potuit, e Titinii exemplo repetendum.*

NAGIDO

clucidatus

NAVTAE?

supparus

NERVOLARIA

65 . praecisum omásum pernam cállus glisis glándia

PAELEX

Desíne socri tuo, frátri patruelí meo

PERSONATA

Festus p. 217 M. 'Personata fabula quaedam Naeui inscribitur, quam putant quidam primum [actam] a perso-

Nagido, i. e. *Ναγιδώ*, ni fallor, nisi praeplacet Nagidio, i. e. *Ναγιδίων* siue *Ναγιδεύς*. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona...in Clastidio...in Dolo...in Demetrio...in 'Lampadione... in Nagidone: clucidatus, suauis, tametsi a magistris accepimus mansuetum.' (nagidone Flor. nagidione Goth. agidione Haun. agidone Paris. a, om. Paris. b. Certum est littera *N* incipere hunc titulum, quod cum fugeret uiros doctos ante O. Muellerum, incredibilia commenti sunt.) Cf. Philoxeni gloss. 'glocidatus, *ἡδύς*' (glodidatus cod., corr. Vulcanius)

Navtae Festus p. 310 M. 'supparus [dicebatur puellare] uestimen[tum lineum] — — puni[ceum uestimentum ita uo]cat neui de [bello Puni]co. et in nautis [uocat Neptuno u]estem consec[ratam supparum. at] nunc supparos [appellamus uela li]nea in crucem [expansa]' e. q. s. Supplementa Ursini incertissima sunt; nec quidquam aut de fabula aut de uerbis Naeuii adfirmari potest. Cf. Festus p. 340 u. siparium. Isidorus orig. XIX 3, 4 'siparum genus ueli, unum pedem habens' e. q. s.

Nervolaria Nonius 151, 1 'praecisum et omasum partes carnis et uiscerum. Naeuius Neruolaria: praecisum' e. q. s. (Ennius ms. Junii, de Plauto cogitabat Ritschelius Parerg. I 96 Neruolaria Ritschelius Herularia ms. Gandense Erularia ceteri libri Aululania ante Mercerum Ecularia conl. Alexidis *Ἵππίσκος* aut Ferularia prop. Buechelerus)

Paelex (de scriptura nominis testimonia collegit Fleckeisenus quinquag. titul. p. 23) Cf. *Παλλακή* Alexidis Menandri Diphili. Nonius 223, 21 'socrus et masculino genere ueteres dici posse uoluerunt. Naeuius Pellice: desine' e. q. s. (Pellice Bothius pellico libri)

Personata. cum post multos annos acta sit quam...coeperunt ('coeperunt' cod.) O. Muellerus, quod, si propter personas non

63 clucidatus, *i. e.* glucidatus *Scaliger* caudatus *Paris b Vind. Basil.* caudacus *Flor. cum ceteris* 65 *Nolim* praecisum atque omásum: *nam uariis modis initium uersus suppleri potest, e. c.* em *uel* iam *praemittendo* callus *Mercerus* gallus *libri* callum *ed.* 1526 clilis *Leid.* (*cf.* clucidatus *supra*) glissis *Urbin.* 307 glilis *ceteri libri* glires *ed.* 1526 glandia *edd.* grandia *libri* 66 desine, *sc. male dicere.* desim *Bothius* 2 socro *Bothius* socrui *Klussmannus*

natis histrionibus. sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, ueri similius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam nouam per Atellanos, qui proprie uocantur personati, quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.'

PROIECTVS

I (1)

. . . populus pátitur, tu patiás . .

II (2)

. quíd moras? ‖ quia ímperas.

QVADRIGEMINI

. . . suo labóri nullus párcuit.

STALAGMVS

70 Visám. deo meó propitio méus homo est.

depositas dicta sit Personata, necessario iam in usu fuerint illo tempore personae. At uero id Verrius dicit: actam esse hanc fabulam ab Atellanis, qui proprie dicuntur personati. Nam multo ante quam comoedi et tragoedi personis uti coeperunt, Atellani soli eo habitu agebant, postea autem soli deponere eas cogi non poterant. Cf. Munkius de fab. Atell. p. 70

Proiectvs, i. e. Expositus. Diomedes I p. 395 P. 'item patio Naeuius in Proiecto: populus patitur, inquit, tu p. moro item Naeuius in eodem [II].' (neuius Monac. in prolecto Monac. neuius Monac. maeuius Par. B.)

Qvadrigemini Nonius 153, 22 'parcuit, pepercit. Neuius Quadrigeminis: suo' e. q. s.

Stalagmvs Donatus in Ter. Phorm. I 2, 24 'deo irato meo] uidetur ...addidisse meo, ne esset *ἀμφίβολον* cui diceret: irato deo. Naeuius in Stalagmonisa deo' e. q. s. (Neuius Lugd. Hemnius Dresd. Stalagmonisa deo Cuiac. stalagmonis Adeo Lugd. Stalagmoĩs adeo Gand. stalignionis adeo Dresd. Stalagmonis: Adeo edd. Rom. Vind. Med. Taru., unde olim Stalagmonissa titulum male fingebam. Stalagmus serui nomen ex Captiuis notum post alios Bothius Meinekius Ritschelius Parerg. 142 agnouerant.

---

patrueli *Mercerus* patrui *libri* 67 patias *Paris. A* non pacias *Par. B* potior *Monac.* patias modo *edd. uett: uide supra. Sententia haec fuisse potest*: quod populus pátitur, tu patiás item. 68 mores *Par. B* quia imperas *Par. A Monac.* quā peras *Par. B* quid imperas *edd. uett., quod magis placet: om. Caesarius.* quin imperas? *in exitu uersus amici prop.* 69 labori *edd.* laboris *libri: an* suos laboris?

70 uisam. deo *scripsi* nisa deo *uel* nis adeo (*u. supra*) *libri* mussa. deo *Buechelerus* deo *uulgo* *Si adfuit in scaena de quo*

STIGMATIAS

praebia

TARENTILLA

I (7)

Quae ego ín theatro hic meís probaui plaúsibus,
Ea nón audere quémquam regem rúmpere:
Quantó libertatem hánc hic superat séruitus!

II (1)

Quáse in choro ludéns datatim dát se et communém facit.
'Alii adnutat, álii adnictat, álium amat, aliúm tenet.

STIGMATIAS Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona .....in Stigmatia: prâebia, a praebendo ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.' (a prohibendo...pueri Bergkius annall. philoll. 1870 p. 831 cf. Festus p. 234. 238.)

TARENTILLA Cf. *Ταραντῖνοι* Alexidis. Adulescentes duo dum peregri, Tarenti ni fallor, rem paternam disperdunt (VI: cf. IV. V), inprouiso a patribus uisuntur (VIII: cf. IX. X). Quorum alterius amica erat Tarentilla (fr. II. XI). Duobus adulescentibus duo adiuncti fuerunt serui (fr. VIII). Reconciliantur patres certis legibus, ad quas fr. XII pertinet. I Charisius II p. 192 P. 'quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato . . . o quanti ille agros, inquit, emit... Naeuius in Tarentilla: quae' e. q. s. Interpretatus est Th. Mommsen hist. Rom. I^5 909. II Isidorus Orig. I 25 'Ennius de quadam impudica [75—79].' Pauli Festus p. 29 M. 'adnictat saepe et leuiter oculo annuit. Naeuius in Tarentilla [76].' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'adnictare, nutum cum oculis facere. Liuius [76].' Ibidem 372 'componitur adnictitare ·i· cum palpebris innuere, sicut facimus designando aliquid cum palpebris, unde Plautus [76].' Ibidem 376 'nuto componitur adnuto... unde Plautus [76].' Gloss. Amplon. 254 'et componitur adnicitare i. e. cum palpebris innuere . . . Plautus: alii adnitat, alii adnicitat.' cf. Placidi gloss. ibidem VI 554 'adnicitare, inuitare arridere.' Paulo auctore Naeuium pro Ennio apud Isidorum posuit Areualus.

---

sermo est, *poeta scripsisse statuendus est* meus est hic homo: *cf. Plauti l. l.*, *cuius monuit Kiesslingius* (*cf. Plauti Pseud.* 600) meo *om. ed. Med.* 74 *An* hanc haec? 75 quase *scripsi* quae '*alii*' *libri ap. Areualum* quasi *teste Jos. Kleinio Wolfenb. Monac. Par.* 7582, *uulgo* in choro, *eiecto* pila *glossemate*, *ut plenus a uoce* quase *septenarius incipiat*, *scribendum esse persuasit Buechelerus coni. Plauti Curcul.* 296. in choro pila *libri* pila In choro *Bothius* datatim *expunctum et suprascr.* data tympana *Gu.* 3 dotatim *edd. pr. duae* se *Otto* sese *libri* *De lusu ipso uide Marquardtum antiq. Rom. V* 2, 422 76 *sic Pauli Festus*, *probauit Lachmannus in Lucr.* 219, *qui* '*quae Isidorus addit*, *ea non tangere tutius*' *esse censebat.* alii adnutat alii adnucitat (adnicitat 377) aliud tenet aliud amat *thesaurus* 372 *et* 376. alii adnictat alium

'Alibi manus est óccupata, álii percellít pedem,
'Anulum dat álii spectandum, á labris alium ínuocat,
Cum álio cantat, át tamen alii suó dat digito lítteras.

III (3)

80 Facéte et defricáte

IV (10)

. utrubi cenáturi estis, hícine an in triclínio?

Similia sunt Antiphanis (inc. fab. fr. VII) apud Athenaeum I p. 14 f. *σφαῖραν λαβών Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα, Τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν, Κλαγκταῖσι φωναῖς κ. τ. λ.*
III Charisius II p. 178 P. 'defricate.' IV Charisius II p. 198 P.

tenet alium amat *idem* 54 alium tenet alii innuit (*sic Gu.* 1 *alii*: annuit *suprascr. Gu.* 3 *cum* '*aliis*': *sed* alium admittit '*al.*' alium adnuocat *Gu.* 4 alii aduictat '*al.*' *et ex Jos. Kleinii apparatu* alii adnotat n *Paris.*, *item Monac.*, *in quo tamen* adnotat, *corr. m.* 2 tat *ex* it *litteris.* alium adnotat *Wolfenb. denique* alii nutat *edd. pr. duae*) *Isidorus* amat *erit fortasse qui* hamat *interpretetur* 77 alibi] alii *Gu.* 2 est manus *ed. pr. altera* illi alii *CFWMueller prosod. Plaut.* 592. *Scribendum fortasse* alii pede percellit *Dacerius* peruellit *libri* 78 anulum dat alii *Mueller l. l., quo uitetur hiatus.* anulum alii dat *Bothius* alii dat anulum *libri* (anolum *Wolfenb.* ⁿnul//um, a *m.* 2, l *in ras., Monac.*) spectandum *Bothius* (*cf. Plauti Asin.* 778) exspectandum *Gu.* 1 2 3 4 '*al.*' *edd. pr. duae* expectandum *Wolf. Monac. Paris.* aspectandum *ceteri* et a labris i *uulgo* 79 ad *Paris.* alii suo dat *scripsi* aliis (alias *corr. m.* 2 *Monac.*) dat *libri* dat aliis *Bothius* litteras *Monac.* literas *uulgo* *Isidorus uel auctor eius fortasse textum legit, in quo septenarii in senarios commutati erant, quos tales fere fingi posse olim monui:*

quase in choró pila
Ludéns datatim dát se et communém facit.
Alióm tenet, alii ádnuit, alibí manus
Est óccupata, alíi pede (*uel* at álii) percellít pedem,
Alii dat anulum áspectandum, isdem á labris
Alium ínuocat cumque álio cantat, át tamen
Alíi dat digito lítteras.

A quibus Meinekius Menandri et Philem. rel. p. 75 *de auctore uersuum dubitans in his differt:* 3 tenet alium, alii adnictat, at alibi manus 4 et alii 5 Alii dat osculum expectandum de labris.

81 cenaturis *nominatiuum pluralem commendauit Ritschelius nou. excurs. Plaut. I* 114: *potest tamen uel* cenaturin *siue* útrubi nam *siue* útrubi uos *siue* útrubi, dic *fuisse uel initio uersus monosyllabum ut* sed *siue* die *excidisse*: úterubi *forma Kiesslingius statuit*

V (12)

. . . . attáttatae! caue [né] cadas amábo.

VI (6)

. . . ubi isti dúo adulescentés habent,
Qui hic ánte parta pátria peregre pródigunt?

VII (9)

85 uereor sério

VIII (2)

Sálui et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

IX (11)

Eí ei: etiamne aúdent mecum una ápparere? . . .

X (8)

Quá pro confidéntia ausus uérbum cum eo fúerim
Fácere rusus

'utrubi' V Charisius II p. 213 P. 'ei ei Naeuius in Tarentilla... atattatae idem in eadem...' Cf. inc. fab. XIII VI Charisius II p. 189 P. 'peregre pro peregri Naeuius in Tarentilla: ubi' e. q. s. VII Charisius II p. 195 P. 'serio pro uere' VIII Charisius I p. 102 P. 'duum ... Naeuius in Tarentilla: salui' e. q. s. IX Charisius II p. 213 P. 'ei ei' X Charisius II p. 193 P. 'rursus negant dici debere, sed rursum, ut iterum. Maro tamen rursus * inueni. nam is' (Naeuius?) 'in Tarentilla: quá' e. q. s. ('Maro tamen, Scandunt rursus equum. Naeuius in Tarentilla' Fabricius 'Maro tamen, Rursus in arma feror; Scandunt... et tamen in locis Naeuii rursus inuenimus. nam is in T.' Putschius 'apud ueteres etiam rusus inuenimus: Naeuius in T.'

---

explendum esse uersiculum: cf. ad 53 *adn.* in *olim deleueram, tuetur post Geppertum l. l.* 84 *CFWMueller prosod. Plaut.* 348, *et seruauit Ritschelius quoque* 82 ne *addidi* (*cf. Plauti Most.* 324), *om. cod., etiam Bentleius ad Ter. Andr. I* 1, 98 amabo *edd.* ambo *cod.* 86 furtunati *cod.* sitis *cod., om. ed. pr.* 87 etiamne *Keilius coniecit* etia am se *cod.* etiam se *edd.* audent mecum una *Fabricius:* me coram *malim.* audent In e cum una *cod.* audenti ne cum una *ed. pr.* audenter mecum una appares? *coniecit Keilius* 88 pro *cod.* porro *ed. pr. cum ceteris* usus uerbum cum eo fuerim facere (*om.* rusus) *cod., correxi.* rursus uerbum cum eo ausim facere *ed. pr.* ausus fuerim rursus uerbum cum eo facere *Putschius* rursum ausus uerbum cum eo facere fuerim *Lindemannus* qua pro confidentia Rusus verbum cum eo facerem? *coni. Keilius, probat Ritschelius opusc. II* 260

XI (4)

90 Núnquam quisquam amíco amanti amíca nimis fiét fidelis,
Néc erit nimis morígera et uota quísquam . . . . . .

XII (5)

Prímum ad uirtutem út redeatis, ábeatis ab ignáuia,
Dómi patres patriam út colatis pótius quam peregrí probra.

XIII

confestim

XIV

atque

XV

pallucidum

TECHNICVS

confictant

coni. Keilius XI Charisius II p. 186 P. 'nimis' XII Charisius II p. 189 P. 'peregri autem, cum in loco est. Plautus in Persa: qui erus peregri est. Naeuius in Tarentilla: primum' e. q. s. (näe naeuius cod.) XIII Charisius I p. 177 P. 'confestim, uelut competenti festinatione . . . confestim pro continuo et sine interuallo . . . Naeuius in Tarentilla et in Corollaria.' XIV Charisius II p. 204 P. 'atque pro et..... Cn. Naeuius in Agitatoria [VII], sed et in Tarentilla.' XV Varro de l. L. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona. .... in Tarentilla: pallucidum, a luce illustre.' (tarentilli Flor. pallucidum Klussmannus, quod ioci causa ex pallore et lucido compositum puto, A. Lentzius Philol. XIII 601 hybrida originatione ex *παν* et lucido conflatum eademque notione qua est praelucidus usurpatum esse statuebat. pacui dum Flor. pacuuius dum Paris. a pacuuii dum ceteri libri praelucidum O. Muellerus, quod in hac glossarum serie minus etiam probabile est quam pellucidum. Buechelerus dilucidum proposuit)

Technicvs. Tecinicus nominis formam commendauit Ritschelius opusc. II 483, dolosum uel insidiosum interpretans p. 499. Varro de l. L. VII 107 M. 'apud Naeuium in Hesiona.....in Technico: confictant, a conficto conuenire' (conficto a confingere coni.) 'dictum.'

90 siet *Fabricius, Putschius* 91 nec nimis erit *cod., transposui* morigeret nota quisquā *cod., correxi.* morigera nota quisque *edd.* morigera et nota quisquam *Lindemannus* nec nimis morigere morata q. *Buechelerus* 92 redeatis *Fabricius* redactis *ed. pr.* reductis *cod.* 93 domi *scripsi* domos *cod., tuetur Buechelerus decl. lat.* 29: *sed cf. CFWMueller prosod. Plaut.* 175 *sq.* patres] praesens *ed. pr.* probra *scripsi* probro *cod.*

TESTICVLARIA

94 Immó quos scicidi in iús conscindam atque ábiciam.

TRIBACELVS

95 Deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

TRIPHALLVS

Si cúmquam quicquam fílium rescíuero
Argéntum amoris caúsa sumpse mútuum:
Extémpulo illo té ducam, ubi non déspuas.

(thechnico Flor. therimo cod B confictant Turnebus conficiant libri confictant conuenire Naeuio tribuit Bergkius annall. philoll. 1870 p. 831)

TESTICVLARIA Cf. Ritschelius Parerg. I 141 Priscianus X 4 p. 890 P. ᶜscindo scidi: uetustissimi tamen etiam scicidi proferebant . . . . . Naeuius in Testicularia: immo᾽ e. q. s. (Neuius libri in testicularia om. Sang.) Cf. inc. fab. VI

TRIBACELVS (*Τριβάκηλος*) Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 5 ᶜmoriatur scilicet. et hoc aduersus seruum debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit haec ita dixisse, quamuis eius modi adulescentes inducant comici, ut Naeuius in Tribacelo: deos᾽ e. q. s. (Neuius Lugd., edd. Rom. Vind. Med. Taru. cuius Dresd. tribacelo scripsi tribascelo ed. Mediol. tribaselo cod. Lugd., edd. Rom. Vind. Taru. tribasello cod. Gand. ter baselo cod. Dresd. Triphallo Bothius)

TRIPHALLVS Cf. Varronis satura *Τρίφαλλος περὶ ἀρρενότητος*. Gellius II 19, 6 ᶜaliter enim dictum esse resciui aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum inuenimus, quam super is rebus, quae aut consulto consilio latuerint aut contra spem opinionemue usu uenerint. Quamquam ipsum scire de omnibus communiter rebus dicatur uel aduersis uel prosperis uel insperatis uel expectatis. Naeuius in Triphallo ita scripsit: sī᾽ e. q. s. (Neuius Reg. Neuius Rott.)

94 scicidi, in ius *scripsi* scicidi minus (*h. e.* in iuus) *Grut. Sang. et corr. m. alt. in* scicidimus *Bong.* sciscidimus *Reg.* conscindam, n *in ras., Barb.* 95 adimant *Dresd., edd. Rom. Vind.* adimantur *Lugd.* adiuuent *Gand., edd. Med. Taru.* et matrem et patrem *Lugd.* 96 si cumquam *conieci antequam proposuit Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 826: *olim initio uersus thesin* (*e. c.* at) *excidisse statueram.* si umquam *libri* umquam si *Carrio Antiq. lect. I* 11 quidquam *Rott.* 97 amori *Rott.* sumpse *Fruterius Veris. II* 11, *Carrio* sumpsisse *Reg. Vat.* sūpsīsse (use *corr. in* isse) *Rott.* 98 *de pistrino et de capistro molentium ori adfixo interpretatur Gronouius* extempulo *CFW Mueller l. l.* 341 extemplo *libri* *Poterat etiam* extemplo te illo deducam *proponi* te illo *Bothius*

TVNICVLARIA

I (2)

Théodotum

Compíles, [pingens] qui áras Compitálibus
Sedéns in cella círcumtectus tégetibus
Larés ludentis péni pinxit búbulo.

II (1)

éxbolas

Quássant.

III (3)

eius nóctem nauco dúcere

Tvnicvlaria I Festus p. 230 M. 'penem antiqui eodam uocabant — — dictum est forsitan a pendendo. Naeuius' (neut' cod. teste H. K.) 'in Tunicularia: Theodotum' e. q. s. 'significat periculo grandi, id est coda.' Respondit de hoc loco Klussmanno Th. Panofka mus. Rhen. IV 133 sqq. conl. Macrobio Sat. I 7, 34. Acumen horum uersuum in eo positum uidetur, quod triuialem nulliusque artis tabulam picturus tamen quasi diuinum opus esset aggressus undique se circumsaepsit Theodotus. Hunc autem cautissimum et optime munitum uirum ex ipsa aede furari posse callidus fur dicitur. Ludentium larum imagine ludos Compitales indicari Prellerus mythol. Rom. 495 coniecit; saltantes intellexit H. Jordanus annall. instituti archaeol. 1862 p. 338 II Varro de l. L. VII 108 M. 'apud Naeuium in Hesiona.....in Tunicularia: exbolas quassant aulas' (corr. in alilas Flor.), 'quae eiciuntur, a Graeco uerbo ecbole dictum.' (auricularia cod. uet. Turnebi) III Festus p. 166 M. 'naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis — — — et Naeuius in Tunicularia: eius' e. q. s.

---

100 compiles *scripsi* compellas *cod.* (*fuitne* compeilas?) compella *Scaliger Castig. ad Fest. p. CXX* appellas *O. Muellerus* adpelles *Bothius* pingens *addidi*, *om. cod.* nuper *olim inserueram* aris *Maehly annall. philoll.* 1861 *p.* 140, *item susp. H. Jordan* ('*Vesta et Lares.*' *Berolini* 1865 *p.* 19): *ego olim intellexeram* '*qui pinxit aras*, *scil. lares ludentis.*' *Qua contentus structura possis etiam* ludis *ante* Compitalibus *inserendo uersum explere.* Theódotum, oppellans qui aras *Buechelerus*; *sed* compilandi *uerbum cum uniuersa sententia tuetur tum Phaedrus IV* 11, 1 *sq.* 101 circumtectus *O. Muellerus* circumtectuas *cod.* circumtecta *Scaliger* circumtectos *Maehly*: *facilius* circumtectas, *scil.* aras, *probauerim* 103 ecbolas *O. Muellerus* 104 quassant aulas (*ut* aulas *interpretamentum Varronis sit*) *Flor. teste Wilmannsio*: *u. supra.* [*idem sentit Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 831] aulas quassant *Goth.* alias quassant *Paris. a* 105 nauci *Bothius*

INCERTARVM FABVLARVM

I (inc. trag. 27)

Patí necesse est múlta mortalés mala.

II (Enn. inc. fab. 7 Naeu. Add. 8)

Dictátor ubi curru ínsidet, peruéhitur usque ad óppidum.

III (App. 1)

Etiám qui res magnás manu saepe géssit glorióse,
Cuius fácta uiua núnc uigent, qui apud géntes solus praéstat,
Eum suís pater cum pálliod unód ab amíca abduxit.

INCERTARVM FABVLARAM I Hieronymus ad Heliodorum epist. 3 in epit. Nepot. 'Naeuius poeta pati, inquit, necesse est m. m. m.' cf. Publilii Syri sent. fals. 280 p. 130 W. II Varro de l. L. V. 153 M. (deficit hic Flor. 51, 10) 'in circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naeuius oppidum appellat. carceres dicti, quod coërcentur equi . . . quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poëta: dictator' e. q. s. cf. Placidi gloss. s. u. 'oppidum.' Inter belli Punici fragmenta post Hermannum etiam Vahlenus p. 16 recepit, quem in proecdoseos praef. p. X sq. olim refutaui. III Gellius VII 8, 5 'Scipionem istum, uerone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse, hosce uersus a Cn. Naeuio poëta in eum scriptos esse: etiam' e. q. s. 'His ego uersibus credo adductum Valerium Antiatem aduersus ceteros omnis scriptores de Scipionis moribus sensisse.' Desunt in Par. et Rott. Ex comoedia sumpta esse uidentur Fleckeiseno

— —

106 mortales *Sauppius Philol. XXI* 157 *ex codice Guil. Libri saec. VII vel VIII, ubi* mortales est (*sed* est *compunctum*) *legitur.* mortalem *uulgo* 107 *numeros non perspexerunt:* dictatór u. c. i. Peruéhitur usque ad óppidúm *uersu Saturnio Hermannus Elem. d. m.* 637 curru *scripsi* currum *libri* insidet *Fleckeisenus* insidit *libri* 108—110 *septenarios iambicos agnouit Klussmannus* 108 magnas manu saepe *libri, probauit Buechelerus quoque lat. decl.* 49 manu magnas saepe *uel* manu saepe magnas *Fleckeisenus l. l.* magnas manu sua *Bergkius symb. I* 108. *Conicio* per gessit gloriose gloriasse *Vat.* 109 uiua nunci (*in mg.* uiua nunc *m. rec.*) *Vat.* 110 palliod unod *Buechelerus annall. philoll.* 1867 *p.* 68 *et Ritschelius excurs. nou. Plaut. I* 65, *quorum ille tamen hiatum in caesura non repudiauit.* pallio uno *libri* pallio uno saepe *Bergkius* amica *deteriorum pars* amico *ceteri cum Vat.* pallio ab amico abduxit uno *Klussmannus Nouam horum uersuum distributionem proposuit CFWMuellerus prosod. Plaut.* 200 *hance*: etiám qui res magnas manu suapte gloriose Gessit, quoius

IV

regum fíliis

Línguis fauent átque adnutent, haút [animis] subséruiant.

V (inc. trag. 21)

Líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

VI (inc. trag. 24)

113[1] Pantaleo Pisatilis

VII

Tantum íbi molae crepitúm faciebant, tíntinnabant cómpedes.

VIII (18)

115 . utrum scapulae plús an collus cálli [iam] habeat, néscio.

Epist. crit. ad M. Hertzium p. 29 post Klussmannum IV Fronto epist. II 10 p. 33 Nab. (62 Nieb.) 'item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: Qui data fide firmata fidentem fefellerint Subdoli subsentatores, regi qui sunt proximi, Qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animod habent. Haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Neuius ait, linguis' e. q. s. V Pauli Festus p. 116 M. 'Liberalia Liberi festa, quae apud Graecos dicuntur *Διονύσια*. Naeuius: libera' e q. s. VI Festus p. 210 M. 'Pisatilem appellat Naeuius Pantaleontem, id est Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.' Paulus p. 211 M. 'Pisatilem Naeuius dixit e Pisis oriundum.' Pisalitem Festi cod. Pisatem Lindemannus. Pisatidem Meinekius Del. anth. Gr. 239. Heraclides Politiarum c. 6 (hist. Graec. II p. 213 M.): *Πανταλέων ἐβασίλευσεν ἐν τούτοις, ὑβριστὴς καὶ χαλεπός. οὗτος πρέσβεις πρὸς αὐτὸν ἐλθόντας ἐκτεμὼν ἠνάγκασε καταφαγεῖν τοὺς ὄρχεις.* Cf. Pausanias VI 21, 1. Fortasse in Testicularia huius tyranni mentio facta est. VII Festus p. 364 M. 'tintinnire' (sic Vatic. S Polit. ed. pr. titinnire Vat. R. Ald. mg. Urs. tintinnare Ursinus) 'est apud Naeuium hoc modo: tantum' e. q. s. Paulus p. 365 M. 'tintinnire et tintinnabant Naeuius dixit pro sonitu tintinnabuli.' Fortasse ipse poeta quid in carcere passus sit enarrat: cf. Arioli fr. I VIII Nonius 200, 25 'collus masculino . . . . . Neuius Cor: utrum' e. q. s. (Naeuius Colace Junius Animadu. VI 10 'e codice suo', Hermannus Opusc. II 279. Propius ad litteras accesserit

. . . solus Praestat, cum suos pater cum pallio uno ab amica abduxit. 112 linguis *deest apud Niebuhrium* adque *cod.* haut animis *scripsi Buechelero duce, qui* aut a. *proponebat.* aut *cod.* et *Maius* at sibi re *fuit cum suppleri uellem* 114 ubi *Vaticani RS* strepitum *Kiesslingius propter Ennii com. u.* 1: *immo illic, si quid mutandum sit,* crepitum *scribi iusserim* faciebant crepitum *numerosius: seruato uerborum ordine duos uersiculos* molae Crepitúm *e. q. s. distinguit Buechelerus* titinnabant *Vat. R. Ald.* 115 *prima syllaba uel* sed *uel* nam *uel* ei *uel* mihi *fuisse potest: Kiesslingio*

IX (11)

'Ecqui fuerit pérsibus, cum argénti adest orátio?

X (6)

Non hércle apluda est hódie quam tu néquior.

XI (5)

Péssimorum péssime, audax, gáneo lustro áleo!

XII

Vagus ést et lustro

XIII (Lycurg. 1)

Risi égomet mecum cássabundum ire ébrium.

XIV (10)

Cócus edit Neptúnum Venerem Cérerem . . . . .

Corollaria) IX Festus p. 217 M. 'persibus' (ita Scaliger Coni. in Varr. 160 persicus cod.) 'peracutum significare uidetur, ut Plautus — Naeuius: et qui' e. q. s. Cf. Demetrius X Pauli Festus p. 10 M. 'apluda est genus minutissimae paleae frumenti siue panici, de qua Naeuius: non' e. q. s. Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 54 'appluda, sorbitiuncula ex paleis facta. Naeuius: non' e. q. s. Cf. Labbaei onom. 'appluda, *κηρόβιον*.' XI Pauli Festus p. 29 M. 'aleonem aleatorem.' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 30 'hic aleo, nis ·i· ille qui assidue cum aleis ludit, unde Naeuius: pessimorum' e. q. s. XII Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 313 'hic lustro, nis ·i· ille qui uagus est et nihil agit nisi fora lustrat, unde Naeuius de quodam: uagus, inquit, est et lustro.' XIII Varro de l. L. VII 53 M. 'apud Naeuium: risi' e. q. s. 'cassabundum a cadendo.' (Neuium Flor. Ennium Goth. Haun.) cf. Placidi aliorumque (in Hildebrandi gloss. Par. p. 46) glossa 'cassabundum, dubitantem titubantem.' XIV Pauli Festus p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naeuius: cocus, inquit, edit' e. q. s. 'Significat per Cererem panem,

auctore ut u. 53 uterum *scribas*, *nisi forte iambos* utrúmne *praeferas* plus angulus *Leid.* calli habeat *libri*, iam *addidi.* habeat calli *Hermannus* 116 *primam syllabam qui suppleuerit*, *habebit iambicum septenarium. Verba et sententiam correxi ut potui* et qui fuerit persicus carpenti adstratio *cod.*, *in quibus* adest ratio *latere uidebatur Augustino*, captanda est ratio *Dacerio*, carpenda est ratio *Bothio* 117 est hodie apluda nequior quam tu *thesaurus* 118 lurco *Pauli Wolfenb.*, *Bothius* *Singula conuicia inter binos distribui uult Kiesslingius coni. Plauti Pseudulo u.* 366. *Idem quod in* audax *uoce responsum aliquod latere posse suspicatur*, *obuium sane* euax *gratulari simulantis erat*, *sed omnino altercationem ut in Titini u.* 137 *non agnosco.* 121 Cererem Venerem *thesaurus*

XV (12)

. petimine † píscino qui méruerat

XVI

penita offa

XVII (14)

123 Mérula [mea] sandéracino ore!

XVIII (7)

bilbit ámphora

XIX (Nou. Virg. 3)

125 An náta est sponsa praégnas? uel aï uél nega.

per Neptunum pisces, per Venerem olera.' Thes. nou. Lat. l. l. VIII 131 'et notandum quod coquus et pistor idem apud antiquos dicebantur, unde Ennius: coquus' e. q. s. XV Festus p. 209 M. 'petimina in humeris iumentorum ulcera, et uulgo appellant — eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus solitum appellari testatur Naeuius in descriptione suillae quom ait: petimine' e. q. s. XVI Festus p. 242 M. 'penitam offam Naeuius appellat absegmen carnis cum coda: antiqui autem offam uocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam pultem.' (poenitam cod., corr. Vrsinus). Idem 230 'penem antiqui codam uocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita uocatur.' Cf. Arnobius adu. gent. VII 24, 230 XVII Festus p. 325 M. 'sanderacam [ait esse genus coloris,] quod Graeci sa[ndycem appellant.] Naeuius: meru[la sanderacino ore.]' Paulus p. 324 M. 'sandaraca genus coloris.' XVIII Pauli Festus p. 34 M. 'bilbit factum est a similitudine sonitus, qui fit in uase. Naeuius bilbit amphora inquit.' Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 67 'et bilbo, is. uerb. neut. · i · sonitum facere ad similitudinem noui musti et nouae cereuisiae, quando spumescit in dolio, unde Naeuius bilbit amphora inquit.' ibidem p. 77 'bilbire dicitur uinum quando spumat et sonat spumando.' Cf. Philoxeni gloss. 'bilbit *βομβύζει*.' et 'bilibit *ἐπισκιασμὸς φωνῆς*.' gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VII 553 et gloss. Bern. (cod. 16) 'biliuit adumbratio uocis aquae scaturientis.' XIX Diomedes I p. 370 P. 'aio uerbum . . . de cuius imperatiuo non nulli ambigebant. uerum dictum est ai, ut Naeuius alicubi: an' e. q. s. (neuius Monac. Par. B neu-

---

122 piscino *cod.*, *quod corruptum est.* porcino *Dalecampus in Plin. n. H. II* 37 *An* qui Piceno? (*cf. Martialis XIII* 35 filia Picenae uenio Lucanica porcae) 123 mea *metri explendi causa inserui: sic blandiri puellae amator potuit* sandaracino *Paulus* 124 bubit *thesaurus* amphora inquit *Naeuio tribuit O. Muellerus* 125 amata est (*sup. m. alt.*) *Bong. et Carolir. Prisciani p.* 875 an est nata *Diomedes* est sponsa est *Carolir. Prisc.* 875 praegnas, praegnans, pregnans, prägnans, prignans *Prisciani codd.* sponsa praegnans *Diomedis Par. B* sporis ad praegnans *Par. A*

XX (13)

Vél quae sperat sé nupturam uíridulo adulescéntulo,
Ea licet seníle tractet détritum rutábulum?

XXI (15)

Sónticam esse opórtet causam, quam óbrem perdas múlierem.

XXII (Add. 5)

Haec quídem hercle, opinor, praéfica est: quasi mórtuum collaúdat.

imus Paris. A) Priscianus X 1 p. 875 P. ᶜaio . . . imperatiuus in i terminans . . . Naeuius: anᵓ e. q. s. (neuius Barb. Sang. Bong. Grut. Carolir.) Idem X 9 p. 906 P. ᶜaio . . . imperatiuo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naeuium protulisse: anᵓ e. q. s. (neuium Reg. Bamb. Bong. Sang. Grut.) idem paulo infra ᶜquod autem in aliisᵓ (sc. personis, dicit de prima sing. et tertia plur.) ᶜcorripiturᵓ (uocalis a), ᶜostendit usus . . . Naeuius: anᵓ e. q. s. (neuius Reg. Bong. ennius Bamb. Halb. Sang. Grut. Carolir.)
XX Festus p. 262 M. ᶜrutabulum est quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia [utuntur.] Nouius in Pico — — Nauius obscenam uiri partem describens: uel quaeᵓ e. q. s. (Naeuius uulgo Nouius Augustinus) XXI Festus p. 290 M. ᶜsonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant esse, qui noceat, quod sontes significat nocentes. Naeuius ait: sonticamᵓ e. q. s. Paulus p. 291 M. ᶜsonticum iustum. Naeuius: sonticamᵓ e. q. s. XXII Varro de l. L. VII 70 M. ᶜpraefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum quae conduceretur, quae ante domum mortui laudeis eius caneret . . . quibus testimonium est quod fretum est Naeuii: haecᵓ e. q. s. Quadrigeminis nomen in litteris quod fretum est latere coniecit O. Muellerus. quod affert idem Ritschelius Parerg. I 98. quod tritum est Buechelerus quod facetum (uel facete dictum) est conicio: certe quod est non oblitterandum, cf. 15. 28. 46 neuii Flor.) Pauli Festus p. 223 M. ᶜpraeficae dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naeuius:

Diomedis sporis ab regnans *Monac. eiusdem* uel *post. om. Par. A Diomedis* gena *Prisc. p.* 906 *Bong.* 126 *Malim aut* quaéne sperat *aut* quaé desperet uiridulo *scripsi* uiri *cod.* diuiti *coni. Buechelerus* uirginem *temptaueram* adolescentulo *Vrsinus* adulescentulos *cod.* uel quae desperat nupturam se uiro adulescentulo *Bothius* 127 detritum *L. Muellerus de re m.* 429 retritum *cod.* 129 mehercle *Paulus* quasi *scripsi* quae sic *Paulus* nam *Varro uel* . . . haec quidem hércle opinor praéficast: Nam mórtuum collaúdat *uel adeo* . . . . . haec q. h. o. p. Quaé sic m. c. *Ritschelius l. l. Placent numeri Bothiani*

XXIII (Nou. inc. 6)

130 Quíd si taceas? dúm [te] uideat, tám sciat quid scriptúm
131 siet.

XXIV (8)

butubatta

XXV (9)

Concípilauisti

XXVI (Add. 9)

consponsi

XXVII

134 . . . . depúuit me miseram ád necem.

XXVIII

Ingúrgitauit úsque ad imum gútturem.

haec' c. q. s. XXIII Festus p. 360 M. 'at antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naeuius: quid' e. q. s. (nonius ed. pr.) Nugatur interpres Klussmannus, ut solet. Bergkius Symb. I 117 sq. suspicatur Liuii Tereo haec reddenda et de ueste, cui cladis suae historiam Philomela intexuerit, intellegenda esse. XXIV Pauli Festus p. 36 M. 'butubatta Naeuius pro nugatoriis posuit, hoc est, nullius dignationis.'

XXV Pauli Festus p. 62 M. 'concipilauisti dictum a Naeuio pro corripuisti et inuolasti.' XXVI Varro de l. L. VI 70 M. 'qui item ut faciat obligatur sponsu, consponsus. hoc Naeuius significat cum ait consponsi.' ('quidem faciat obligatur sponsus' cod., corr. Spengelius de arte critica in Varronis de l. l. libris exercenda p. 31. Cf. Lachmannus mus. Rhen. VI 118. neuius Flor.) Pauli Festus p. 41 M. 'consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos.' Cf. Romuli fr. II

XXVII Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 175 'depuire uerberare. Naeuius: depuit' e. q. s. Cf. Pauli Festus p. 70 M. 'depuuere, caedere. Lucilius: palmisque misellam Depuuit me.' XXVIII Nonius p. 207, 20 'guttur neutri est generis . . . masculino Plautus...Lucilius...Neuius: ingurgitauit' e. q. s. Nouio olim dederam

---

130 *Redii ad numeros Bothianos, quamquam iambicorum quoque octonariorum frusta* ..... quid ... sciat Quid scriptum sit *recte se habent.* quod *Vatic. R* qui *mg. Vrsin.* taceas *scripsi: cf. Plauti Bacch.* 35 taceat *cod.* te *inserui, om. cod.* tam *Vaticani RS, Politian.* tamen *ed. pr.* tam etiam *Ursinus cum Ald.* quod *Vatic. R* quasi *coni. Kiesslingius* siet *Bothius* sit *cod. De versu qualem Corssenus in symbolis criticis p.* 274 *proposuit* qui etsi taceat, dúm uideat, tam etiám sciat, quid scriptum sit *iudicium tuli in libello de particulis latinis quibusdam p.* 28 *sq., nec aliter iudicauit Bergkius symb. I* 117, *qui baccheos proposuit non magis probabiles:* quod étsi taceát, dum uidét, tam sciát quid scriptúm sit 134 depuit *thesaurus*

XXIX

. ánimum amore cápitali compléuerint

XXX

nunc prímulum

Amásco.

TRABEA

EX INCERTIS FABVLIS

I

Léna deleníta argento nútum obseruabít meum,
Quíd uelim, quid stúdeam: aduéniens dígito impellam iánuam,
Fóres patebunt; de ínprouiso Chrýsis ubi me aspéxerit,
'Alacris obuiám mihi ueniet cómplexum exoptáns meum,
Míhi se dedet: Fórtunam ipsam anteíbo fortunís meis.

(fr. XIV). XXIX Fronto epist. p. 27 Nab. (49 ed. Rom. 57 Nieb.) 'litterae ad me tuae ... non satis proloqui possum ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio fraglantissimo incitauerint, postremo, quod ait Neuius, animum a. c. compleuerint.' ('compleuerunt' cod.) Olim inter Nouiana (fr. IX) rettuleram. XXX Diomedes p 334 P. 'amo ueteres inchoatiuo modo amasco dixerunt ... Naeuius: nunc p. a' Neuius Monac. neuios Pariss. AB. ut fortasse Nouius fuerit. Integrum poetae exemplum om. edd. uett. et Putschius. Adde praeterea Afranii inc. fab. XXVII.

Non credo ad comoediam pertinere locum a Festo p. 257 M. laudatum: 'quianam pro quare .. apud antiquos ut Naeuium in carmine Punici belli ... et in satyra: quianam Saturnium populum pepulisti. et Ennium' e. q. s. Ne de nomine quidem auctoris constat. Frustum ipsum uel iambicum tale

quianam Satúrnium
Populúm pepulisti?

uel Saturnium

. . quianám Satúrniúm populúm pepulísti?

fuisse potest.

Trabeae Ex Inc. Fab. I Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus sum' e. q. s. 'aliter ille apud Trabeam: lena ... dedet. quam haec pulchra putet, ipse iam dicet:

---

136 ut *ab initio supplet Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 827: *sed cogitari multa alia possunt.* compleuerint | *Naeuius qua uerbi forma usus sit plane incertum: potuit quidem ipsum* compleuĕrunt *ponere quod in cod. est* 138 *sq.* primolum amasco *Paris. B Monac.* primo lumanasco *Par. A* amasco primulum *Forcellinius* 3 fori' patebit *Bentleius* *Versus* 5 *particulas coniunxit*

II

Ego uoluptatem ánimi nimiam súmmum esse errorem árbitror.

ATILIVS

MISOGYNOS

Cicero Tusc. disp. IV 11, 25 'odium mulierum quale in misogyno Atili est.'

EX INCERTIS FABVLIS

I

Suam cuíque sponsam, míhi meam: suum cuíque amorem, míhi meum.

Fortunam ... meis.' II Cicero Tusc. disp. IV 15, 35 'quae' (appetitio nimia) 'si quando adepta erit id, quod ei fuerit concupitum, tum ecferetur alacritate, ut nihil ei constet quod agat, ut ille qui uoluptatem animi nimiam summum esse errorem arbitratur.' In quibus Trabeae uersum latere perspexit Bentleius. Cicero ad fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laetitiis laetus. In quo cum obiurgarer quod nimio gaudio paene desiperem, ita me defendebam: ego uoluptatem animi nimiam.' Idem de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit.' Idem poetae dictum uide an respiciant illa Ciceronis ad Paetum IX 21 'ain tandem? insanire tibi uideris, quod imitere uerborum meorum, ut scribis, fulmina? tum insanires, si consequi non posses, cum uero etiam uincas, me prius inrideas quam te oportet. quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπότευγμα meum.' Paetum Trabeae uersu quodam usum esse quō significaret non succedere ipsi quod aggressus erat, coniecit Manutius; immo ipsam illam imitandi insaniam uel ἀπότευγμα nimiam sibi esse animi uoluptatem uidetur Paetus scripsisse.

Atili Misogynos Apud Cic. l. l. missogino Brux. missogyno Gud. Reg. μισογύνῃ Meinekius in Men. rel. p. 115, qui se non repugnare dicit, si quis Atilii fabulam e Menandri cognomine expressam statuat.

Ex Inc. Fab. I Cicero ad Att. XIV 20, 3 'cum ... scripsissem ad eum' (Brutum) 'de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari: quare sine quaeso sibi quemque scribere. Suam cuique' e. q. s. 'non scite: hoc enim

Bentleius 6 animi] homini *cod. ep. ad fam.* errorem] aegrorem *Bentleius, quod uerum non esse apparet loco ad fam. II* 9 arbitror *Bentleius* arbitratur *Cicero. Trabea quo uerbo usus sit nescimus: fortasse* autumo *scripsit*

II

2
3 Pér laetitiam líquitur animus.

III

Cape caéde, Lyde, cóme conde . . .

AQVILIVS

BOEOTIA

I

Vt illúm di perdant, prímus qui horas répperit,
Quique ádeo primus státuit hic solárium.
Qui míhi comminuit mísero articulatím diem.

Atilius poëta durissimus.' II Varro de l. L. VII 106 M. 'Aurelius scribit delicuum esse ab liquido, Claudius ab eliquato. si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium: per l. l. a. A liquando liquitur fictum.' (Accilium Turnebi cod. Attilium Haun. Caecilium cod. B) Nisi forte ex Electra Atilii haec petita sunt: cf. Soph. El. 1871 *ὑφ' ἡδονῆς τοι, φιλτάτη, διώκομαι κ. τ. λ.* III Varro de l. L. VII 90 M. 'apud Atilium: cape' e. q. s. 'cape, unde accipe; sed hoc in proximo libro retractandum.' (Acilium cod. B)

Aquili Boeotia Cf. *Βοιωτία* Antiphanis Theophili Menandri I Gellius III 3, 4 'alias probauit' (Varro) 'adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen Boeotia. nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili (aqli, i scr. supra q, Vat. Rott.) dicatur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de illius Plauti' ('Plauti' delendum uidetur) 'more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. Parasitus ibi esuriens haec dicit: ut illum di perdant' e. q. s. Cf. Ammianus Marcellinus XXIII 6, 77 'uenter inicuique' (Persarum) 'uelut solarium est, eoque monente quod' (quom?) 'inciderit editur'; quem locum indicauit Hertzius rament. Gellian. V p. 18. Disputauit de Gelliano capite Ritschelius Parerg. I 83 sqq. 123 sqq. 208.

---

2 liquitur *uerbi mensuram monstrauit Buechelerus annall. philoll.* 1869 *p.* 488: *cf. Plauti Trin.* 243 4 cape *quod testatur Varro, non intellego:* carpe *probarem* cede *Flor.* Lyde *edd. uulg., probauit Lachmannus in Lucr.* 324 lide *libri, tuetur O. Muellerus* elide *susp. Spengelius* lude *Scaligér* come *Buechelerus* coëme *intellegi uult* conde] tunde *Turnebus*

1 dii *Vat. Vind. Rott.* oras *Rott.* reperit *Vat.* 2 quicque ad eo *Vat.* 3 cominuit *Reg.* articulatim *corr. ex* articulatum *Vat.*

Nam [unúm] me puero uénter erat solárium
Multo ómnium istorum óptumum et ueríssumum:
Vbi is nón monebat ésse, nisi quom níl erat?
Nunc étiam quom est, non éstur, nisi solí lubet.
Itaque ádeo iam oppletum óppidumst soláriis,
Maiór pars populi ut áridi reptént fame.

Qui quoniam 'oppletum esse solariis oppidum' non nisi aliquot annis post DLXXXX (Plinio n. h. VII c. 60 auctore) recte dici potuerit, septimo demum saeculo uersus illos ueteri fabulae Boeotiae rursus in scaenam reductae insertos, Varroni autem, ut qui aliter ne potuerit quidem aut de Plauto aut de Atilio cogitare, omnino non lectos esse coniecit. Sed restat scrupulus. Qui enim parasitus ille, si septimo saeculo solaria querebatur, narrare poterat se puero nullum extitisse solarium nisi uentrem, quando iam anno urbis CCCCLXXXXI primum horologium in publico statutum fuisse docuerit Varro teste Plinio l. l.? Et de abolito certe accensi meridiem proclamandi officio aperte dicitur in eo uersu quem seruauit ipse Varro (II). Itaque nolim Gellio, qui ipsius Varronis de comoediis Plautinis libros excerpsisse uidetur, fidem suam derogare, sed potius ita statuere, parasitum nostrum puerum fuisse ante annum CCCCLXXXXI, deinde semel statuto publico horologio priuatos quoque homines in eius, quod non adeo difficile ad imitandum fuerit, speciem exempla in suum usum sibi procurasse. Quamquam ne illud quidem, si quid uideo, ueterum auctoritati repugnet, si publico sumptu per urbem plura solaria eo tempore distributa fuisse sumas. Nam ita Plinius l. l.: 'paruerunt tamen ei' (quod e Sicilia deportauerat M' Valerius Messala) 'annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxta posuit', paruerunt ni mirum artificii generi, quod cum corrigere non scirent, repeti tamen infinitis exemplis nihil inpediuit. Aquili autem nomen spernere cum Ritschelio l. l. 130 (qui Atilium p. 124 dubitanter substituit) ausus non sum, quod e tenebris quidem, quoquo

---

4 unum *Hertzius rament. Gellian. V* (1868) *p.* 18, *om. libri.* olim *Ritschelius Parerg.* 83 nam me etiam puero *idem proposuerat.* nam uenter me puero unum erat *uel* nam puero me unum *e. q. s. iactauit CFWMueller prosod. Plaut.* 106 ueter *Vat.* uetet *Reg.* uet *Rott.* 5 omnium *Vat.* optimum *Par. Rott.* optumum

6 ubi is non *scripsi* (*minus placet* ubi is nec m. *aut* demonebat.) ubi iste *libri* ubiuis ste *Hertzius*, *probauit Fleckeisenus in epistula ad eum a* 1854 *data p.* 20 ubi ubi *cum edd. uett. Ritschelius* iuste (*scil. iusto tempore*) *Buechelerus Integra sententia excidisse uidetur CFWMuellero l. l.* 364 nichil *Vat. Rott.* nihil *ceteri* 7 quom *Bothius* quod *libri plerique* quid *Rott.* estur *edd. ant.* est *libri* libet *Vat. Par. Rott.* 8 oppidum est *Bothius* est oppidum *libri* 9 populi ut aridi reptent *Ritschelius* populiari e direptā[t] *Rott.* populi aridi reptant *ceteri libri*, *nisi quod* reptant *Vind.* populi iam aridi reptant *Hertzius olim*, *sed idem nunc suasore Fleckeiseno l. l.* 21 *Ritschelium sequitur*

II

10 Vbi primum accensus clámarat merídiem

LICINIVS IMBREX

NEAERA

Nolo égo Neaeram té uocent, sed Nérienem,
Cum quídem Mauorti es ín conubiúm data.

CAECILIVS STATIVS

AETHERIO?

I (1)

De nócte ad portum súm prouectus prósumia.

te nerteris, effugium nullum est. II Varro de l. L. VI 89 M. 'accensum solitum ciere Boeotia ostendit, quam comoediam Aquilii esse dicunt, hoc uersu: ubi' e. q. s. (Aquilii Turnebus et Gronouius in Gell. III 3 alii libri, om. Vindeb. alii, sic cum script. comp. ed. pr. Cf. Ritschelius Parerg. I 11 sq.)

Licini Neaera Cf. *Νέαιρα* Timoclis et Philemonis. Parasitus assentator militis sui amatae dicere uidetur. Gellius XIII 23 (22), 16 'praeter Plautum etiam praeterque Gellium Licinius Imbrex uetus comoediarum scriptor, in fabula, quae Neaera' (neara Par. nerea Lugd. Guelf.) 'scripta est, ita scripsit: nolo' e. q. s. 'Ita autem se numerus huiusce uersus habet, ut tertia in eo nomine syllaba contra quam supra dictum est corripienda sit, cuius sonitus quanta apud ueteres indifferentia sit notius est quam ut plura in id uerba sumenda sint.'

Caecilivs Stativs: seruaui ordinem nominum qualem indicat Gellius IV 20, 13, quamquam Statius Caecilius appellatur in Hieronymi chronico (cf. de praenom. c. 4). Aetherio uel Aethrio? Aetherium Iouem intellegit Spengelius p. 6 Amphitruoni non multum dissimilem fabulam fuisse coniciens; et deorum sane partes in ea fuisse uidentur secundum fr. IV, nisi forte metonymice Mercurius dicitur: ipsum adeo Amphitrionis nomen optimi libri Nonii commendant, quod reciperem, nisi Festi et Diomedis obstarent testimonia. Aeschrionem Apollodori Caecilius transtulisse uidetur Meinekio hist. cr. 461. Cogitaui etiam de

10 clamarit *cod. B* clamauit *Osannus Anal. cr.* 185 *an* clamabat?
1 neaerem *Lugd.* neaera *Germ. Petau.* neaere *Par.* set *Lugd.* *De formae* Nerienem *mensura cf. Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 32 2 quandoquidem *Bothius* cum quondam *Lion* quoniam quidem *Fleckeisenus l. l. p.* 36 Mauorti *scripsi* Marti *libri, nisi quod* marci *Lugd.* c̄ *Voss. Germ.* ē *Petau.* conubium *Voss. Germ. Magl. Lugd. Petau. Reg. Par.* (*m. alt.* cōnubium) connubium *uulgo* *Numeros iuuabit qui* es ipsi in coniugium data *scripserit*
1 prouectus *Bamb. Leid. n.* 116 profec *W* profectus *ceteri*

II (2)

Ei périi: quid ita número uenit? fúge domum.

III (Aeschr.)

Orám reperire núllam, quam expediám, queo.

IV (3)

Cúm Mercurio cápit consilium, póstquam sentinát satis.

V

5 . actutum, nóltis, empta est: nóltis, non empta ést . .

Anthesterione. I Nonius 536, 12 'prosumia nauigii genus. Caecilius Meretrice . . . idem Aethrione: de nocte' e. q. s. (Antrione W Amphitrione Bamb. Leid. n. 116, Iunius) II Festus p. 170 M. 'Panurgus Antonius haec ait: numero nimium cito, celeriter nimium — — celeriter. Caecilius in Aethione: ei' e. q. s. (Aethrione Vrsinus) III Festus p. 182 M. 'orae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur, unde et uestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei, cum ait: oram' e. q. s. IV Festus p. 339 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina, quam multae aquae' ('quod multum aquae' O. Muellerus, quo non opus est) 'nauis cum recipit, periclitatur. Caecilius in Aethrione: cum' e. q. s. Paulus p. 338 M. 'sentinare, sat agere, dictum a sentina nauis, quam quis ut aqua liberet euacuare contendit. itaque sentinare est subtiliter periculum uitare. Caecilius: capit' e. q. s. V Diomedes I p. 381 P. 'apud ueteres reperimus id quod nolumus, non uultis * ut est in Aethrione apud Caecilium: actutum uultis' e. q. s. (sic edidit H. Keilius. in etherione apud lucilium Pariss. AB Monac. in etheriore apud lucilium 'ms. cod.' C. Scioppii Susp. lect. IV 22 apud lucilium edd. uett. in Aethrione (uel Aetherione) apud Caecilium Statium I. Beckerus Philol. IV 78, qui narrat uirum doctum Lucilii a Dousa editi exemplo in Ienensi bibl. extanti ascripsisse: 'Caecilii est, uid. Diomed.')

---

2 perii *uulgo* peri *cod.*, *quo seruato esse qui creticum tetrametrum dimetiri uelit miror.* fuge *Augustinus in mg.* fuce *cod.* domum] modo *coni. Kiesslingius* hei perii! ⁅ quid ita? ⁅ numero uenit. ⁅ fuge domum! *Spengelius* 3 quam *cod.*, *quod tuetur Lachmannus in Lucr.* 223 qua me *Carrio Ant. lect. I* 13 qua *malit Spengelius*, *fortasse recte* 4 *trochaeos cum Vsenero nunc dedi pro iambis* cum Mercurio *om. Paulus* *An post* consilium *grauius interpungendum*, *reliqua oratio ut non absoluta sit?* 5 *Supplere possis* áge iam *uel* agite actutum *recenti m. ascriptum in Monac.* acti*um *Paris. A* actiuum *Paris. B Mon.*, *om. edd. uett.* empta Noltis *'ms. cod.' C. Scioppii* non emo *uel* non erit, *ut senarius fiat*, *Buechelerus* *Septenarium uel* eadem erit *uel* est item *concludere potuit*

ANDRIA

Condúcit nauem pútridam . . . .

ANDROGYNOS

I (1)

Sepúlchrum plenum taéniarum, ita út solet.

II (2)

Séd ego stolidus: grátulatum méd oportebát prius.

ASOTVS

I (7)

nam ego

Duábus uigiliís transactis dúco desubitó domum.

II (4)

Ad amícos curret mútuatum. ⟦ mútuet

Mea caúsa.

Andria Caecili num recte feratur dubitat Ritschelius Parerg. I 133, quod cum ex Graecis Menandria sola nota sit, si eandem, quam Caecilius olim dederat, repetere ausus esset Terentius, uix ei in prologo de ea re tacere licuisset. Et in promptu sane est 'Andreae' titulum fortasse ex compendio 'Andr.' ortum mutare in 'Androgynum'. Sed non dissimulandum est necessariam eam mutationem non uideri. Nam ut ex Andria et Perinthia suam fabulam contexuit Terentius, ita Caecilius aliis aliunde partibus adsumptis satis diuersum argumentum proposuisse fingi potest: ne deperditarum fabularum memoriam excitem. Nonius 152, 17 'putidum, putre . . . Caecilius Andrea: c. n. p.'

Androgynos (Menandri?) I Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno: sepulchrum' e. q. s. (lucilium Vaticani RS) II Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus — — Caecilius iu Hypobolimaeo — et in Andronico: sed' e. q. s. (Androgyno Augustinus)

Asotvs. Amicam, ni fallor, noctu clanculum a se in domum paternam ductam esse narrat adulescens asotus fr. I, de eodem fr. II patri sermo est uel cum sene amico uel cum seruo. Obsonantis sumptus tanguntur fr. III. Parasitum loquentem habes fr. V et VI I Nonius 517, 13 'desubito . . . Caecilius Asoto: nam' e. q. s. (Asato Bamb.) II Nonius 474, 1 'mutumet' (mutũet Bamb.) 'mutuum sumat. Caecilius Asoto: ad' e. q. s. (Asato Bamb.) III Nonius 471, 16 'populat est et passiuum populatur . . . Caecilius Asoto:

---

6 putidam *Vrbin.* 307, *edd.* 7 uti *praestat fortasse* ita ut adsolet *fuit qui proponeret, nec male* 8 med oportebat *Bothius* me oporteat *cod.* tibi me oportebat *Umpfenbachius melet. Plaut.* 30 9 me *ante* ego *quidam inseri uoluit* 10 ducor *uir doctus in Stephani exemplari* 11 *sq. septenarium continuare maluit cum Bothio Spengelius*

III (3)

Iam dúdum depopulát macellum . . .

IV (2)

Tun iám callebis, ílle festus désidet?

V (1)

Meretíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

VI (6)

Nihílne, nil tibi ésse quod edim? . . .

VII (5)

Nihíl fore opino intér me atque illum .

CHALCIA

I (inc. 12)

sat híc uicinus ásses

Peperisset nobis.

iam' e. q. s. (Asato Bamb.) IV Nonius 258, 10 'callet etiam dictum a callositate.' V Nonius 139, 19 'meritissimo. Turpilius Paraterusa [II] Caecilius Asoto: meretissimo' e. q. s. ('Turpulius paraterus meretissimo' mediis omissis Bamb.) Cf. Plauti Pers. 143 VI Nonius 507, 4 'edim' (edi libri) 'pro edam. Caecilius Asoto: nihilne' e. q. s. (Asato Bamb.) VII Nonius 475, 4 'opino pro opinor... Caecilius Asoto: nihil' e. q. s. (Asato Bamb.)

CHALCIA Fr. I fortasse ad eundem senem referendum est, de quo in cognomine Menandri fabula *Χαλκεῖα* haec (III) dicuntur: *οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον Οὐδὲν γέροντος πλὴν ἕτερος γέρων ἐρῶν· Ὃς γὰρ ἀπολαύειν βούλεθ' ὧν ἀπολείπεται Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ' ἄθλιος;* I Nonius 464, 22 'parere etiam uiros dici posse Caecilius auctor est Chalciis: sat' e. q. s. 'dictum id prudenter et mutuatum ab Homero: *αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.*' (Chalciis Spengelius Calchis libri dictum id prudenter et mutuatum Grauertus Anal. 111 datum id prudente mutuatum libri datum. Id prudenter mutuatum, ut datum Caecilii esset, Bothius. datum. Dictum id prudenter et natum Spengelius. nobis dictum id

14 tun *scripsi* tunc *Basil.* tum *ceteri libri* tu *uulgo* festum *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 778 fessus *Bothius* 15 meretissimo *Bamb.* meritissimo *ceteri* 16 nihilne hil *Lcid.* nihilne *Bamb.* nihilne nihil *ceteri* edim *edd.* edi *libri* 17 *iambos discripsit Spengelius*, *trochaeos posito* nil *Bothius* opinio *Bamb.* me *Bamb.* mea *ceteri*, *quod uide an* med *fuerit* 18 *sq.* sat hic uicinus se as perisse (asperasse *Bamb.*) et uobis *libri*, *correxi. Luditur senectus uicini, qui si nil aliud, at certe asses parere potuisset doctis dolis inductus.* Calchissat hic uicinus: se ait peperisse nobis *Bothius* 2 at hic uicinus sat peperit et uobis datum *Spengelius*

II

numquid nám fores
Fecere soniti?

CHRYSION

. . quamquam ego mercéde huc conductús tua
Aduénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
Reáre: audibis mále, si male dicís mihi.

DARDANVS

Nihíl ego spei credo, ómnis res spissás facit.

uidetur mutuatum Maehly ann. philoll. 1861 p. 140) II Nonius 491, 25 'soniti et sonu pro sonitus et sono' ('soni et sonus pro sonitus et sona' libri) 'Pacuuius Duloreste: quidnam ... Caecilius Calcis: nam quidnam' e. q. s. (Chalciis Junius)

CHRYSION. 'Chrysion' (immo Crusion) non 'Chrysius' scribendum esse uidit Spengelius p. 6; cf. inc. fab. XXXVI. In Antiphanis Chryside (II) habes: *τέτταρες δ' αὐλητρίδες Ἔχουσι μισθὸν καὶ παγίσιοι δώδεκα καὶ δημιουργοὶ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας.* Gellius VI 17. 13 'quis adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici obnoxium, cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri possit, et qui habeat aliquem noxae,' id est culpae suae conscium? ... qua uero ille grammaticus finitione usus est, ea uidetur in uerbo tam multiplici unam tantum modo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significatu, quo Caecilius usus est in Crysio in his uersibus: quamquam' e. q. s. (Crysio in Reg. Vat. csio in Rott.) Coquus loquitur.

DARDANVS (Menandri?) Nonius 392, 15 'spissum significat tarde.'

scenarium scilicet praedicans. ait hic uicinus eas nobis peperisse se *uel* ait hic u. eas peperisse se Vobis *uel*, *si non ex ingenio* uicinus se autem peperisse uobis *ediderit Aldus*, ait hic uicinus autem eas peperisse se Vobis *Grauertus Anal.* 111 *adnotans uicinum mulieres quasdam, quae eo usque aliorum filiae habitae essent, pro suis agnouisse dici.* sat hic uicinus natas se peperisse ait *Maehly l. l.* ait hic uicinus se has peperisse paruolas *Bucheelerus non dissimulans ultimum uocabulum incertum esse: a litteris traditis* gnobilis *sat prope abest. Mea sententia poteram etiam scenarium explere:* sat hic uicinus asses peperisset bonos 20 numquid nam *Grauertus Anal.* 112 nam quidnam *libri* nam quid *Bothius. fortasse recte nec improbatum Spengelio, qui tamen ipse* nam quid iam *uel* nam quid nunc *proposuit. Conici etiam* nunc quid nam *possit.* fortes *W* 21 facere *W Bamb.* 22 hac ad ductus *Rott.* 23 obnoxium ob eam rem *Rott.* 24 dicis *Vat.* dixis *ed. Gronouiana, fortasse recte* 25 nihil ego spei credo *libri plerique* (ei *ante* ego *fuit cum inseri uellem*) nihil rei ego credo *Basil. Gen.* nil ego spei credo *uulgo* nil re ego spe credo *L. Mueller de re m.* 441, *mihi obscura.* nil ego spei credo. quom *prop. quidam* spissa *Basil.*

DAVOS

Ea túm conpressa párit huic puerum, síbi probrum.

DEMANDATI

Si úmquam quisquam uídit quem catapúlta aut balista ícerit

EPHESIO

Tum equidem ín senecta hoc députo misérrimum,
Sentíre ea aetate eúmpse esse odiosum álteri.

EPICLEROS

I (1)

Itane 'Antipho inuenítur profluiá fide?
Itanést inmemoris, ítanest madida mémoria?

Davos (?) Festus p. 229 M. 'probrum, stuprum, flagitium — — Caecilius in Dauo: ea' e. q. s. Dardano suspicatur Spengelius p. 5, sed cf. Ritschelius Parerg. I 143

Demandati Nonius 124, 6 'icit significat percutit, ab ictu . . .'

Ephesio (Cf. Ἐφέσιος Menandri) Nonius 1, 20 'senium est taedium et odium, dictum a senectute, quod senes omnibus odio sint et taedio. Caecilius in Efesione tum' e. q. s. (Ephesio: nae tum Spengelius. De Ephesio cogitarat etiam Junius: sed quidni Ephesio possit serui nomen fuisse?) Cicero Catonis mai. 8, 25 'melius Caecilius . . . quam illud idem [Ploc. IX] . . . illud uero idem Caecilius uitiosius: tum' e. q. s.

Epicleros (Antiphanis Alexidis Diodori Diphili) I Priscianus VI 9 p. 699 P. 'hic et haec et hoc memor . . . uetustissimi tamen similem genetiuo protulerunt eius nominis nominatiuum.' (cicilius Carolir.) Idem VII 16 p. 772 P. 'apud antiquos hic et haec memoris et hoc memore proferebatur. in quo testis est Caper antiquitatis doctissimus

---

28 equidem *om. Nonius* in senectute hoc *Nonius* hoc in senecta *Rhenaug. Ciceronis* 29 eumpse esse odiosum *Fleckeisenus annall. philoll.* 1865 *p.* 566 [*cf. Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 833] eum se esse odiosum *Ciceronis Leid. m. pr.* eum ipsum esse odiosum *Nonius* esse odiosum se *Rhenaug. Gud.* esse odiosum, *om.* se, *Paris. Salisb. Benedictob.* se esse odiosum *Erf.* odiosum se esse *Treuir.* esse se odiosum *Indersd. cum ceteris libris Ciceronis* ipsum esse odiosum *Bothius* 30 anthipho *Grut.* antibo *Sang.* p. 772 (*scriptumne* Antipo *fuit?*) inuenitur *Spengelius ex duobus codd.* inuentus *ceteri libri utroque loco* est inuentus *Bothius* profluia *Halb.* profluua *Grut.* profluiuia *Sang.* proflu≡u≡a *Reg.* profluida *Vind. b p.* 699 pirfluia (*m.* 2 pirfluia) *Reg. p.* 772 31 itane est *bis libri plerique* itane . . itane est *Grut.* itane est . . . ita^{ne} est *Reg. p.* 699 medida *Reg. Bamb.*

II (2)

An úbi uos sitis, íbi consilium claúdeat?

EPISTATHMOS

Si próperas, escende húc meam nauem: ita céleris est

EPISTVLA

I (1)

Iam me ádeo manta, iam hóc uide: caecú's: animum....
Aduéntus angit.

II (2)

Nam nóbis quidem nouós repertu's Ióuis deus.

inquisitor. ostendit enim Caecilium in Epiclero sic protulisse: itane' e. q. s. II Priscianus X 4 p. 889 P. 'inuenitur tamen etiam claudeo ... Caecilius in Epiclero: an' e. q. s. (Celius Reg. m. pr. Claudius Sang. in Epiclero om. Sang.) Thesaurus nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 107 'dicimus quoque claudeo, es pro claudicare, uerb. neut. unde Caecilius: an' e. q. s. Ibidem p. 142 'claudere, claudicare. Caecilius: uos' e. q. s.

Epistathmos (Epistatomos) De uehiculis et impedimentis etiam in Posidippi fragmento agitur: σκηνὰς ὄχους Ῥίσκους ἀορτὰς λάσανα λαμπήνας ὄνους. Priscianus VII 11 p. 760 P. 'celer uel celeris et hoc celere ... Caecilius in Epistathmo: si' e. q. s. (Cecilius Bong. Halb. Sang. Grut. Carolir. Epistathmo Spengelius episathomo Reg. Halb. Barb. cum Spengelii et Krehlii optimis. episathmo, sup. m. alt., Bong. episathomos Bamb. epirathomo Sang. Grut. Carolir.)

Epistvla (Alexidis?) I Festus p. 133 M. 'mantare saepe manere. Caecilius in Epistola: iam' e. q. s. II Priscianus VI 7 p. 695 P. 'Iouis nominatiuo quoque casu inuenitur. Caecilius in Epistula: nam' e. q. s. (cecilius Amien. Halb. cecellius Sang. cicilius Grut.)

---

p. 699 32 an ubi uos sitis, ibi *Priscianus*, *nisi quod* ibi *Reg. m. alt.* ubi *Reg. m. pr. Bamb. Bern.* an ut sciatis ubi *thes.* 107 uos nescitis ubi *idem* 142, *ut fortasse* an ubi ne sitis (*uel* nec s. *uel* desitis) *uerum sit.* 33 prosperas *Reg.* escende *uel* exscende *Guliel-mius Veris. III* 16, *probatum Spengelio* extende *libri* hc *Sang.* meam *Reg.* in meam *Reg. corr.*, *ceteri*. *Spengelius: fortasse* meam in *scribendum; an* scande huc in meam? nauim *Sang. Grut. Carolir.* nauem meam *unus Monac. Versus tetr. troch. fuisse uidebatur Spengelio* 34 me *Aldus*, *probauit Spengelius.* ne *cod.* (*quod si uerum est*, iamne adeo mantas? *aliquis interrogauisse uidetur*) que *Bothius* caecus *cod.*, *quod nolui in* caecum *mutare. Lacunam indicauit Vrsinus*, *quam non cum Scaligero et Bothio neglegendam esse monuit Spengelius. In manca et obscura sententia frustra ingenium exercens.* 36 nobis quidem nouos *scripsi* nobis quidem *Amien. Sang. Vind. Grut. Carolir.*, *Spengelii omnes* nobiis quidem

EXHAVTVHESTOS

[Est] haéc caterua pláne gladiatória,
Cum suúm sibi alius sócius socium saúciat.

EXVL

I (1)

40 . . . . nam híc in tenebris íntus sese abscóndidit.

II (2)

. . non haec putás? non haec in córde uersantúr tibi?

FALLACIA

I (6)

nam quam dúriter
Vos éducauit átque asperiter, nón negat.

EXHAVTVHESTOS *Ἐξ αὐτοῦ ἑστὼς* qualis sit describit Cicero secundum Platonem Tusc. disp. V 12, 36. Donatus in Ter. adelph. IV 5, 34 'praesens praesenti eripi] adiuuant significationem haec ex abundanti addita . . . sic Caecilius in Exhautuhestoti: haec' e. q. s. (Caelius Dresd. Gand., edd. Vind. Med. Taru. Celius Lugd., ed. Rom. in Exhautuhestoti Spengelius in exatostoti Gand., edd. Rom. Vind. Med. Taru. mexato scoti Dresd. in hesatoshetim Lugd. in Eratosthene uulgo) Glossarium Terentianum in C. Barthii animadv. XXXVIII 14 'Caecilius (corr. Caelius): haec caterua . . . socium socius.'

EXVL Fortasse secundum Philemonis *Ἀπόλιδα*; ad Alexidis *Φυγάδα* refert Spengelius p. 6 I Nonius 75, 25 'absconditit pro abscondit' (ita Rothius. 'abscondit pro abscondidit' libri) 'Caecilius Exule: nam' e. q. s. 'Pomponius Maccis geminis [III]' II Nonius 369, 26 'putare, animo disputare . . .'

FALLACIA *Καταψευδόμενον* scripserunt Alexis Philemo Menander Sosipater I Nonius 512, 8 'duriter pro dure . . .'

Bong. nouus quidem *Reg. Bamb. Halb.* nobis equidem *F. Osannus in diurn. schol.* 1832 *p.* 71 repertu's Iouis deus *scripsi* deus repertus (repertus *Grut.* reppertus *Sang.*) est (*sic Reg.*, est *suprascr. Halb. Bamb. m.* 2, *om. ceteri*) Iouis *libri* nam n. q. deus repertus es Iouis *fuit cum sufficere putarem* 38 est haec *scripsi* haec (hec *Lugd.*), *om.* est, *exemplaria* [haec est *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 827] plane *Lindenbrogius* plena *exemplaria* gladiatorum *gloss.* 39 socius socium sauciat *Bothius* socius socium *Lugd. Gand. edd. Rom. Vind. Med. Taru.* solus socium *Dresd.* sauciat socius socium *edd. recentiores* alium socium socius *gloss.* 40 nam] nunc *senarium efficere monet Buechelerus* his *Spengelius tacite* abscondit *W* 41 tibi *uulgo* ti *libri* 42 *sq.* quin . . . educarit *Bothius* 43 atque asperiter *Bothius*, *in quo recipiendo frustra tergiuersatur Spengelius* atque aspere *libri* aspereque *Spengelius* nam quin dúriter Atque áspere uos educarit,

II (4)

Nam si illi, post quam rém paternam amíserant,
Egéstate aliquantísper iactatí forent

III (1)

Núllus sum, nisi meám rem iam omnem própere in cursim pérdere.

IV (3)

Fácile aerumnam férre possum, si índe abest iniúria:
'Etiam iniuriám, nisi contra cónstat contumélia.

V (7)

Nísi quidem qui sése malit púgnitus pessúm dari

VI (2)

'Ossiculatim Pármenonem dé uia liceát legant.

VII (5)

. . . . . uelim paulísper te opperíri.
⟦ Quantísper? ⟧ non plus tríduum.

GAMOS

Vt hóminem . . tóxico transégerit

II Nonius 511, 26 'aliquantisper . . .' III Nonius 127, 19 'in cursim pro celeriter.' IV Nonius 430, 16 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim leuior res est . . .' V Nonius 514, 8 'pugnitus pro pugnis' VI Nonius 147, 30 'ossiculatim, ut si minutatim.' Idem 332, 9 'legere rursum colligere . . .' VII Nonius 511, 29 'aliquantisper . . . Caecilius Fallacia [II] Caecilius Fallacia: uelim' e. q. s. ut dubitari possit.

GAMOS (Philemonis Diphili Antiphanis) Festus p. 355 M. 'toxicum dicitur cerua[rium uenenum, quo] quidam perungere sagit[tas soliti sunt. sed] Caecilius in Gamo: ut' e. q. s. ('cerua. eo solent quidam perungere sagittas. Caelius' Vaticani RS bamo Vatic. R)

---

non negat *Grauertus Anal.* 115 44 *fortasse* amisĕrunt 47 crumnam *libri* damnum *Bothius* 2 possunt *Leid.* 48 nisi *Palat.* misi *ceteri libri* contra constat *ed. pr.* eam circumstat *Palat.* contra constant *ceteri libri* contumelia *Palat.* contumeliam *ceteri libri* si citra constat contumeliam *C. Fr. Hermannus Philol. III* 106 49 sese *Bothius*, *quo plenus fieret septenarius* se *libri* 50 hossiculatim *libri p.* 332 legam *libri ibidem* 51 operiri *libri Numeros*, *quos non perspexerat Spengelius*, *agnouit Bothius* 2 53 hom . . . . . *cod. teste Vrsino*, *sed* hominem *nulla lacuna indicata Vaticani RS* hominem miserum *Scaliger* hominem amoris *Spengelius*

HARPAZOMENE

I (3)

dí boni,
Quid íllud est pulchritátis!

II (4)

. . hunc collum Lúdo praecidí iube!

III (5)

Vtinám pisciculi té schema, sine crúribus
Videám!

IV (1)

Quid nárras, barbare índomitis cum móribus,
Inlítterate inléx?

V (2)

Quí homo ineptitúdinis cumulátus cultum oblítus es

HARPAZOMENE (HARPASOMENE) Eandem titulorum Harpazomene et Harpazomenos (fr. III) uarietatem notauit Meinekius in cognomine Philemonis fabula. I Nonius 155, 17 'pulchritas pro pulchritudo. Caecilius arpaiomene: di' e. q s. II Nonius 200, 20 'collus masculino . . . Caecilius Sarpazomane: hunc' e. q. s. (Harpazomene Junius Animadu. VI 10) III Charisius I p. 117 P. 'schema quasi monoptoton sit, proinde declinasse Caecilius in Ἁρπαζομένῳ denotatur. Vtinam, inquit, te . . . uideam, pro schemate.' IV Nonius 10, 23 'inlex' (ita Bamb. et m. pr. Leid. ilex ceteri) 'et exlex est, qui sine lege uiuat . . . Caecilius Sarpazomene: quid' e. q. s. 'Sisenna' e. q. s. (Harpazomene Aldina) V Nonius 128, 15 'ineptitudo pro ineptia. Caecilius Arpazone: qui' e. q. s. (Harpazomene ed. 1526)

---

54 *sq. uno uersu* di boni! quid *c. q. s. componere poteram.* 56 *an* huic? Ludo *L. Mueller mus. Rhen. XXIII* 696 ludo *uulgo* gladio *Machly ann. philoll.* 1861 *p.* 140 praecipi *Leid.* 57 pisciculi te schema *dubitanter conieci.* tescioli schematä *cod.* te sine schema *ed. pr.* bestiolae te schema *Machly l. l.* te, sciole istoc (*immo* istac: *cf. Priscianus p.* 679 *P. CFWMueller prosod. Plaut.* 364) schema *olim temptaueram* 59 barbare cum indomitis moribus *libri, correxi* 60 inlitterate inlex hi sunt (hi sunt *in ras.*) *Bamb.* illitterate ilex es *ceteri libri: interpolamenta resecui:* ilex *formam conl. Plauti Persa u.* 408 *defendit Buecheler us decl. lat.* 14. quid narras, Barbare, cum indomitis moribus, illitterate? illex es *Spengelius, quos numeros paulo austeriores quidem, sed ferendos tamen in hoc poeta dicit* 61 quid *Mercerus Trochaicum nunc septenarium discripsi* [*ut Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 825], *cum olim iambos audire mihi uisus et* oblitu's *in exitu et unius morae lacunam ab initio uersus posuissem. Quam rationem etiam nunc sentio et caesura et rhythmo commendari.*

VI (6)

quíd tibi aucupátio est
'Argumentum aut dé meo amore uérbificatio ést patri?

HYMNIS

I (7)

habes
Milétidam: ego illam huic déspondebo, et gnáto saltum obsípiam.

II (1)

Desíne blanditiae, [núgas blateras,] níhil agit
In amóre inermus.

VI Donatus in Ter. eun. IV, 4, 4 'quid uestis mutatio?] sic ueteres... Caecilius ἁρπαζομένῃ: quid' e. q. s. (Caelius ed. Med. Celius Par. Lugd. Dresd., edd. Rom. Vind. Taru. ἁρπαζομένῃ] in ... Par. Lugd. Dresd., item lacuna interposita, sed om. in edd. Rom. Vind. Taru. Med.)

Hymnis uel Hvminis (Menandri?) Meretricem Hymnida suo aere emptam senex pater alii desponsurus est, ut amanti filio spem intercludat, fr. I. Itaque deprecanti adulescenti leno fr. II respondet. De disputatione inter adulescentem et seruum restat fr. III. Philosophantis enim in maximis rerum angustiis serui inscitiam inpatiens ille reprehendit, hic autem inridens quaerit, quid ni ipse, cum ita animatus sit, gladio potius in feruentem illam scutram inruat. Ni mirum uiolentia nihil hic profici. Porro asotum adulescentem audis fr. IV VI VII, patrem autem fr. VIII. I Diomedes p. 378 P. 'quod uulgo obsepio dicimus, ueteres obsipio dixerunt. Caecilius in Hymnide: habes' e. q. s. (cecilius Par. B Monac. im hymnida Par. A et, nisi quod in, Monac. Par. B im hymnita cod. Scioppii, om. edd. uett.) II Nonius 79, 1 'blaterare, confingere per mendacia. Afranius ... blaterare ... idem

62 quid tibi *una cum fabulae nomine lacuna intercidit in ed. Med.* acceptio *Par. Lugd. Dresd.* est *om. edd. Rom. Vind. Taru.* 63 argumenti *Par. Lugd., ed. Taru.* adiumentum *miro commento Maehly l. l.* argumentum *gen. plur. esse non intellegens* aut] ut *ed. Med.* meo *om. Gand., edd. Rom. Vind. Taru.* uerificatio *ed. Med.* uerificato *edd. Rom. Vind. Taru.* 64 habes *Par. A Monac., Par. B m. 2, cod. Scioppii (loquitur cum lenone senex)* abis *Par. B m. pr., om. edd. uett.* 65 Miletidam *libri, seruaui, quia uerum esse potest.* Miletida *Bothius* mulierculam *edd. uett.* dispondebo *Par. B* et nato (gnato *Spengelius*) *uulgo* et ex nato *Parr., cod. Scioppii* et ex tanto *Monac.* ex nato *edd. uett.* saltum *Parr. Monac.* tum *cod. Scioppii* saltem *edd. uett.* 66 blanditiae *libri:* blandiri *obuium, sed parum probabile.* blaterare *edd., sed cf. Ritschelius Prol. in Trin. p. CCXCII sq.* blatrare *syncopam non demonstrauit Geppertus de pronunt. p.* 65 nugas *siue* frustra blateras

III (2)

. . . . . quaé narrare inépti est feruentí scutra.

⁋ Machaéra quin licitári aduersum ahénum coepistí sciens —?

IV

70 Míhi sex menses sátis sunt uitae, séptimum Orco spóndeo.

V (3)

['Em] uide luculéntitatem eíus et magnificéntiam!

Atque út magistratus, públicae [rei] cum aúspicant

XV (10)

Tú nurum non uís odiosam tíbi esse, quam rarénter uideas?

XVI (13)

Ibo ád forum et paupérii tutelám geram.

XVII (19)

Ibó domum: ad plebem pérgitur: publícitus defendúndumst.

XVIII (8)

Opuléntitate nóstra sibi [esse] iniúriam
Factám

abi' e. q. s. (Plocias Basil.) XIII Nonius 484, 33 'sumpti pro sumptus . . .' XIV Nonius 468, 25 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Caecilius Plocio: insanum' e. q. s. 'Naeuius belli Poenici . . . Caecilius Plocio: ut magistratus publice cum auspicant.' XV Nonius 164, 26 'rarenter pro rare.' XVI Nonius 220, 4 'paupertas generis feminini. Neutri Caecilius Plochio: ibo' e. q. s. XVII Nonius 513, 7 'publicitus pro publice . . . Caecilius Plocio: ibo' e. q. s. XVIII Nonius 146, 14 'opulentitas pro opulentia . . . . .

aufer, si *scripsi* aufer *Urbin*, *uulgo* aufert *ceteri libri* auferto *Bothius* hocedie *Bergkius diurn. antiq.* 1855 *l. l. continuato octonario iambico* *an* extollet *siue* extollit? 180 obsonio est *Bothius* 2 obsonio et *libri* 181 hospitium *Leid.* haut *addidi*, *om. libri* istrionum *libri* 182 publicae rei cum *scripsi* publice cum *libri* cum publicitus *Maehly l. l.* publice quando *olim conieci* insanum auspicium! — fallitur, histrionium est Neque ut m., p. quando auspicant *Bothius* i. a.! haud aliter histrionium est, Atque ut m., publice quoque auspicant *Spengelius* 183 nurum tu non uis odiosam tibi Esse *Spengelius* 184 pauperii *scripsi* (*cf. Gellius IX* 14, pauperi *libri* pauperio *Spengelius* pauperie *Bothius* 185 ibi demum *Bothius* domum ibo *Grauertus Anal.* 114 pergitur *Spengelius* *Vide an sic potius* ibo ád forum, ad plebem péragetur *scribendum sit* defendundum est *libri plerique* defendendum est *Bamb.* 186 esse *addidi*, *om. libri* 187 factam *Mercerus* faciam *libri*, *quo seruato olim* ne *post* sibi *inserueram*, si *Buechelerus proponit*

XIX (7)

Líberne es? ⁅ non súm, nerum inibi est . . . . . .

XX (11)

catellae

POLVMENI

190 At pól ego neque florém neque flocces uólo mihi, uinúm uolo.

PORTITOR

. . . . . cur dépopulator? gérrae!

PROGAMOS

I

Ita quód laetitia mé mobilitat, maéror molitúr metu.

Caecilius Potio: opulentitate' e. q. s. (Plocio ed. 1526) XIX Nonius 124, 25 'inibi pro sic et mox . . .' XX Nonius 199, 19 'catellae diminutiuum est catenarum et dicuntur genere feminino. Caecilius Plocio: catellae. Neutrum' e. q. s.

Parum probabili coniectura Lachmannus (ut narrat Th. Mommsenus mus. Rhen. XVI 285) apud Varronem de l. L. VII 16 scribi uoluit 'Titanis Triuia Diana est. . . Titanis dicta quod eam genuit ut in Plocio Lato', ubi plauto Flor., plautus Goth. Haun. Parr. a et b

Polvmeni Menandri? Cf. Ritschelius Parerg. I 160. Ex inc. XXIV fortasse comparari possit cum Menandri I his: *τάλας, ἔστηκας ἔτι πρὸς ταῖς θύραις Τὸ φορτίον θεὶς; σιτόκοπρον, ἄθλιον, Ἄχρηστον εἰς τὴν οἰκίαν εἰλήφαμεν.* Nonius 114, 17 'floces, faex uini. Caecilius: ad pol' e. q. s. Gellius XI 7, 6 'item flocces audierat prisca uoce significare uini faecem e uinaceis expressam, sicuti fraces oleis: idque aput Caecilium in Polumenis legerat.'

Portitor Cf. Ritschelius Parerg. I 158 Nonius 118, 33 'gerrae, nugae, ineptiae . . . Plautus Asinaria: gerrae! . . . idem . . congerro meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore: cur d. g.'

Progamos (*Πρόγαμοι* Menandri?) I Nonius 346, 14 'moliri, retinere, morari ac repigrare. Caecilius Progamo: ita' e. q. s.

---

opulentitate iniuriam factam sibi Nostra *Bothius* 188 *pro senarii frusto Bothius habuit; ipse olim in duos uersus distribui* 190 at *Bothius* ad *libri* *In duos senarios discerpens* neque Lorám *commentus est CFWMueller prosod. Plaut.* 222 flocces *Gellius* floces *Nonius* neque floces neque florem *Urbin.* 307 191 depopulato *Leid.* fur depopulator gerro *Rostius comm. Plaut.* 282, *non male, nec per se minus bene* fur d. ⁅ gerrae! *Kiesslingius* 192 laetitia *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 847 letiale *libri* ita Quód letale *Grauertus Anal.* 114, *mira addita interpretatione 'ad mortem usque'*

II

audibo

PVGIL

Tum intér luctandum hunc tímidum tremulis pálpebris
Percútere nictu: hic gaúdere et mirárier.

SYMBOLVM

I

Destítuit omnes séruos ad mensam ánte se.

II

Audíre ignoti quom ímperant soleó, non auscultáre.

SYNARISTOSAE

Heri uéro prospexísse eum se ex tégulis:
Haec núntiasse et flámmeum expassúm domi

II uide ad Nauel. I

Pvgil Festus p. 177 M. 'nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis — — unde quidam nictationem, quidam nictum, ut Caecilius in pugilem: tum' e. q. s. Paulus p. 176 M. 'dicimus enim nictationem et nictum. Caecilius: hunc tremulis p. p. nictu.'

Symbolvm I Nonius 280, 2 'destitui rursum statui . . . Caecilius in Symbolo: destituit' e. q. s. II Nonius 246, 14 'auscultare est obsequi . . . Caecilius Simbolo: audire' e. q. s. (Symbolo Mercerus sembono Leid. Gen. ex soembolo ortum embono ceteri libri Embolo Scaliger Emporo Turnebus Adu. XXIX 20, Lipsius Epist. quaest. I 18 Hypobolimaeo Junius)

Synaristosae Ex Menandri Synaristosis haec (IV): *Ἕρως δὲ τῶν θεῶν Ἰσχὺν ἔχων πλείστην ἐπὶ τούτου δείκνυται· Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τοὺς ἄλλους θεούς* affinia uideri possunt amoris laudibus quae sunt apud nostrum inc. fab. XV. Gellius XV, 15 'ab eo quod est pando, passum ueteres dixerunt, non pansum, et cum ex praepositione expassum, non expansum. Caecilius in Synaristosis: heri' e. q. s. Nonius 370, 14 'passum dispersum, solutum . . . Caecilius inaristosis: heri' e. q. s. (aristoteris Basil.)

193 luctandum *scripsi* laudandum *cod.* ludendum *uir doctus ap. Stephanum* 194 nictum *Festi cod.* 196 quom *scripsi* quod *libri* quae *Bothius* 197 heri *pyrrichium aequare demonstrauit Ritschelius opusc. II* 255 eum se *Petau. Voss. Germ. Magl. Lugd. Paris. Reg.* eumce *ante M. Hertzium. an* eumpse? *cf. u.* 29 [*item Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 833] se . . . flammeum *om. Nonius* 198 haec *m. pr. sup. Petau.* hec *Voss.* nunciass; *Paris.* nuntiasset *Petau. Voss. Germ. Magl. Lugd. Reg.* et nuntiasse *Bergkius: an* ecnuntiasse et? dñi *Lugd. et corr. in* domi *Paris.*

SYNEPHEBI

I (3)

In amóre suaue est súmmo summaque ínopia
Paréntem habere auárum inlepidum, in líberos
Difficilem, qui te néc amet nec studeát tui.
Aut tu íllum furto fállas aut per lítteras
Auértas aliquod nómen aut per séruolum
Percútias pauidum, póstremo a parcó patre
Quod súmas quanto díssipes libéntius!

* * *

Quem néque quo pacto fállam nec quid inde aúferam,
Nec quém dolum ad eum aut máchinam commóliar
Scio quícquam: ita omnis meós dolos fallácias
Praestrígias praestrínxit commoditás patris.

Synephebi Menandri teste Cicerone de fin. I 2, 4 et de opt. gen. or. 18. 'Synephebum' saturam Varro ut Philemo comoediam inscripsisse uidetur. I Cicero de nat. deor. III 29, 72 'ille uero in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui in amore summo summaque inopia suaue esse dicit parentem . . . tui. Atque huic incredibili sententiae ratiunculas suggerit: aut tu illum . . . libentius. Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat, quem neque quo pacto . . . patris. Quid ergo isti doli? quid machinae? quid fallaciae praestri-

199 in amore summo suaue est summaque inopia *Bothius* in amore summo summa inopia suauius *Spengelius* suaue] si auo *Leid.* 118 (*c*) 201 nec amet (amet *in ras. m. alt.*) *Leid. a* necari et *Leid. c Erl.* necariet *Vind.* sui ‖ tui (*sic*, *in fine et in principio paginae*, *sed hic manu eadem del.*) *Vind.* 202 furto *Buechelerus* fructu *libri* 203 seruolum *Leid. a Vind.* 204 pauidum] timidum *Rehd.* stupidum *aut* bardum (*cf. u.* 250) *malim* 205 dissipes *Leid. c Erl.* dissipis *Leid. a b Palat. Vind. m.* 1 dissipas *Vind. corr.* dissupas *Rehd.* 206 nec quid inde *Schoemannus*, *probauit CFWMüller l. l.* 351 ne quid inde *Leid. b* neque tinde *Vind.* neque ut inde *codd. aliquot Dauisii et Moseri*, *Spengelius* neque unde *Leidd. a c Erl. Palat. cum aliis* neque aliquid *Glog.* neque qui inde *Heindorfius* neque quid *Bothius* 207 neque quem *Erl.* commolior *Pal.* 208 omnis *Leid. a m. pr.*, *Vind.* omnes *uulgo* 209 praestrigias *poetam scripsisse uerissime monuit Buechelerus conl. A. Spengelii ad Plauti Truc. I* 2, 32 *adn.*, *praeterea Frontonis p.* 156 *Nab. et glossis ab Hildebrando ad gloss. Par.*

II (2)

210 Serít arborés, quae alterí saeclo prósint.

III

Pró deum, populárium omnium, ómnium adulescéntium
Clámo postulo óbsecro oro plóro atque inploró fidem!

* * *

. in ciuitáte fiunt fácinora capitália:
[Nám] ab amico amánte argentum accípere meretrix noénu volt.

IV (1)

215 Ad réstim res redit. ‖ ímmo collus, nón res: nam ille argéntum habet.

giaeque?' (sic Vindob. praestigiaeque ceteri libri) 'num sine ratione esse potuerunt?' II Cicero Catonis mai. 7, 24 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse uiuere: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil omnino ad se pertinere. Serit' e. q. s. 'ut ait Statius noster in Synephebis' (actius Erf. sine phebis Paris.) 'nec uero dubitat agricola, quamuis sit senex, quaerenti cui serat respondere: dis inmortalibus . . . et melius Caecilius de sene alteri saeculo prospiciente quam' e. q. s. Idem Tusc. disp. I 14, 31 'serit' e. q. s. 'ut ait ille' ('ille' add. Wolfius, prob. Wesenbergius Emend. Tusc. II 7 'Statius' alii) 'in Synephebis, quid spectans nisi etiam postera saecula ad se pertinere?' (sine phebis Gud. Reg. sinephoebis Brux.) III Cicero de nat. deor. I 6, 13 'conuocandi omnes uidentur, qui quae sit earum' (sententiarum) 'uera iudicent . . . itaque mihi libet exclamare, ut in Synefebis:' (sic Leid. a ut**inefebis Leid. b ut insine febis Leid. c ut terentius in ephebis Erl. ut Statius in S. alii ut Plautus in S. alii ut ille in S. Vrsinus) 'pro deum . . . fidem, non leuissuma de re, ut queritur ille in ciuitate fieri facinora . . . uolt; sed ut adsint cognoscant animaduertant' e. q. s. Deest locus in Vindob. et Palat. 1519 IV Nonius

---

conlectis praestigias *libri: sed u. supra* praestrinxit *Leidd. a b c Erl., item Pal. ut uid. cum aliis plerisque* praestinxit *codd. aliq., Lambinus* 210 serunt *Giss.* (*Cat.*) saeculo *uel* seculo *libri Catonis*, *nisi quod* scto *Rhenaug.* prosunt *Giss.* (*Cat.*) prosient *Par. in mg. m. alt. sed ant.* (*Cat.*) serit 'Arbores quae álteri saéculo prósient *G. Hermannus* 211 omnium, omnium *Manutius* omnium (*semel*) *Leidd. a b c cum libris plerisque* animum *Erl.* 213 *prima syllaba* hac *uel* nunc *fuisse potest* in ciuitate fieri *Cicero* fieri in ciuitate *Orellius* fieri in ciuitate *posito extra uersum* fieri *Schoemannus* *Eisdem numeris adulescentem perrexisse uideri monuit Spengelius*, *itaque in senariis frustra laborauit Beierus diurn. Jenens.* 1822 *p.* 154 214 nam *addidi*, *om. libri:* áb amicod amante *non commendauerim.* noenu uolt *nunc scripsi* [*item Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 825] nunc

SYRACVSII

I (2)

Vide, Démea, hominis quíd fert morum símilitas.

II (1)

. . tantan hínc inuasit ín corollam dúlcitas?

III (3)

híc amet,

Fámiliae famé perbitant, áger autem stet séntibus.

TITTHE

I (6)

Praesértim quae non péperit, lacte nón habet.

II (4)

egon uitám meam

'Asticam conténdam cum istac rústicana [tuá], Syra?

200, 21 'collus masculino . . . Caecilius Harpazomene . . . idem Soenefebis: ad restim' e. q. s. (soeneiiebis Leid. Synephebis ed. 1526) Syracvsii (Συρακόσιος Alexidis?) I Nonius 177, 1 'similitas, similitudo. Caecilius Syracusis: uide' e. q. s. II Nonius 96, 28 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo . . . Caecilius Syracusis: tantan' e. q. s. III Nonius 391, 22 'stare iterum horrere significat . . . Caecilius Syracusi: hic' e. q. s. (Syracusiis Junius)

Titthe Exempli optio data est inter *Τιτθὰς* Eubuli, *Τιτθὴν* siue *Τιτθὰς* Alexidis, *Τιτθὴν* denique Menandri. Nisi forte huic potissimum calculum propterea adicies quod Menandrea (fr. II M.): *οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι Καὶ 'σκέψομαι'' λέγοντες κ. τ. λ.* quodam modo redire uidentur in nostri fr. inc. XXIII. I Nonius 483, 4 'lacte nominatiuo casu ab eo, quod est lac...Caecilius Tite: praesertim' e. q. s. II Nonius 258, 34 'contendere significat comparare . . . . Caecilius

---

neuolt *olim.* ñuult *Leid. c* non uult *ceteri libri* neuolt *FAWolfius* 216 fert *edd.* feret *libri* 217 tantan *Mercerus* tantam *libri* hinc *Mercerus* huic *libri* in corollam dulcitas *nunc scripsi* in corda corolia *Urbin.* 307) indulcitas *libri* in cor Dani dulcitas *Mercerus* in cor damni dulcitas *Bothius* 2 in tuã corda *uel* in cor, Daue, dulcitas *temptaueram* 219 familiae fame pereant *libri* familia ei fame perbitat *Bothius* 2 familiae fame depereant *Beierus ad Cic. Off. T. II p.* 281 familiae pereant, *om.* fame *Spengelius* híc amet, fame alici pereant *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 832 220 disertim *uir doctus apud Stephanum* 222 asticam *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 833 atticam *libri* rusticana (*uel* rustica) tua *Bergkius l. l.* rusticana syra *libri.* rusticana, mea Syra *olim conieci.* rustica dura (*uel* uana). Syra *Spengelius* rustica, Syra *prop. CFWMüller l. l.* 104, *cui octonarius iambicus* egon uitam . . . rustica, Syra *placuit*

III (1)

Pér mysteria híc inhoneste [honéstam] grauidauít probro.

IV (2)

atque hércle

Vtrásque te, cum ad nós uenis, subfárcinatam uídi.

V (3)

ádiacentem cómpitum

VI (5)

. . . . hic dúm abit, huc concéssero.

TRIVMPHVS

I (1)

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

II (2)

Nunc meaé malitiae, Astútia, [te] opus ést subcenturiáre.

Titthae: egon' e. q s. (thieste Urbin. 308) III Nonius 118, 11 'grauidauit, impleuit. Caecilius Titte: per' e. q. s. IV Nonius 183, 25 'utrasque pro utrimque uel utrosque. Hemina Historiarum lib. IV: in Hispania pugnatum bis: utrasque nostri loco moti. Caeleus Tithe: atque' e. q. s. (Lachmannus in Lucr. 104 corrigi iubet: utraque pro utrimque uel utrobique, non recte: utraque iam Aldus. Disseruit de his genetiuis Buechelerus lat. decl. p. 32 et ann. philoll. 1867 p. 68 Caecilius Titthe Mercerus) V Nonius 196, 9 'compita . . . . masculino Varro de scenicis originibus lib. III: ubi compitus erat aliquis. Caecilius Titthe: ubi a. c.' VI Nonius 270, 6 'concedere, recedere uel cedere . . . Caecilius Tithe: hic' e. q. s.

Trivmphvs I Gellius VI (VII) 7, 9 'adprobus tamen, quod significat ualde probus, non infitias eo quin prima syllaba acui debeat. Caecilius in comoedia, quae inscribitur Triumphus, uocabulo isto utitur: Hierocles' e. q. s. II Festus p. 306 M. 'succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere — Caecilius in Triumpho: nunc' e. q. s. Paulus 307 M. 'succenturiare — supplere. Caecilius: nunc' e. q. s.

223 misteria *Bamb.* inhonesto *mauult Bucchelerus* honestam *Bothius*, *om. libri*, *quos qui sequi malet primum pedem excidisse statuet* probo *IV* 225 te *Mercerus* et *libri* sulfarcinatam *Mercerus* subfraginatam *libri* 226 ubi adicientem *libri*, *cf. supra* abi in adiacentem *conicere possis.* ubi adiacentem *uir doctus apud Steph.* abi (*uel* ubi? —) ad adicientem *Bothius* 1 ibi adiacentem *idem* 2 ubi adi ad adiacentem *Spengelius* 228 Hierocles *Vat.* Herocles *Reg.* mi *Bothius* mihi *Reg.* mihi *uulgo* adulescens *Vat. Rott.* adol. *uulgo* 229 *numeros Bergkius ephem. Halens.* 1842 *II p.* 239 *perspexit* militiae *Festi cod.* astutia, *om.* te, *libri* astutiam

EX INCERTIS FABVLIS

I

Núnc enim demum mi ánimus ardet, núnc meum cor
cumulátur ira.

II

O infélix, o sceléste!

* * *

Egóne quid dicam? quíd uelim? quae tu ómnia
Tuis foédis factis fácis ut nequiquám uelim.

* * *

Istam ín uicinitátem te meretríciam
Cur cóntulisti? cúr inlecebris cógnitis

Ex Incertis Fabvlis I Cicero pro Caelio 16, 37 'redeo nunc ad te, Caeli, uicissim, ac mihi auctoritatem patriam seueritatemque suscipio: sed dubito quem patrem potissimum sumam: Caecilianumne' ('celianumne' Brux. Erf.) 'aliquem, uehementem atque durum? Nunc enim' e. q. s. Idem de fin. II 4, 14 'intellegas inter illum qui dicat: tanta laetitia auctus sum ut nil constet, et eum qui: nunc demum mihi animus ardet, quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium . . . qui nec laetetur nec angatur.' Caecilianum patrem Quintilianus XI 1, 39 Terentiano opponit. Ei autem uel in Asoto (II) uel in Fallacia (I) uel in Hymnide (VIII) uel in Pausimacho (IV) fingas partes fuisse II Cicero pro Caelio 16, 37 ubi eis quae ad I descripsimus, statim haec subiunguntur: 'aut illum: o infelix, o sceleste! Ferrei sunt isti patres. [232. 233] Vix ferendi.' (sic Paris. Brux. Erf. 'ferenda' Salisb.) 'diceret talis pater: cur te in istam uicinitatem meretriciam contulisti? cur inlecebris cognitis non refugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? dide ac dis-

---

O. Muellerus astutiae *Kiesslingius* subcenturiare *O. Muellerus* subcenturia *Festi cod.* succenturia *Paulus* subcenturiata *Buechelerus, qui hiatum seruari uult* subcenturiari *Bergkius l. l.* est succenturiata opus *Bothius* 230 *in numeris frustra elaborauit Beierus ad Cic. Off. T. I p.* 178 mihi *libri* 232 quidicam *Paris. m. pr. an* quin dicam? *ut filius inpudens patri dixerit 'quin dicis quid uelis?'* quid uelim *Spengelius* quid uelim ego me *Erf.* (*quod tamen nunc testimonium in Turicensi cd. desidero*) egone (*om.* quid uelim) *Brux.* egone quid uelim *Paris. Salisb. cum ceteris* quae *referendum ad* omnia, *de quibus in superioribus sermo fuerat.* qui *Spengelius* 233 nequiquam *Paris. Brux.* nequidquam *cd. Orelliana, quam formam nunc tuetur Ritschelius nou. excurs. Plaut. I* 57 234 cur te in istam uicinitatem (ciuitatem *Brux.*) meretriciam contulisti? *Cicero* cur in uicinitatem istam meretriciam Te contulisti *Spengelius* 235 inlecebris *Paris.* illecebris *uulgo*

Non . . . refúgisti . . . . .
. . . . cur álienam ullam múlierem
Ností? . . . . . .
. . . . . dide ac díssice,
Per mé licebit . . . . . .
. . si egebis, tíbi dolebit, míhi sat est,
Qui aetátis quod relíquöm est oblectém meae.

III

Vt me hódie ante omnes cómicos stultós senes
Versáris atque elússeris lautíssime.

IV

'St tacete: quíd hoc clamoris? quíbus nec mater néc pater,
Tánta confidéntia? auferte ístam enim supérbiam.

sice, per me licebit: si egebis . . . meae. Huic tristi ac derecto seni responderet Caelius' e. q. s. III Cicero Lael. 26, 99 'quid autem turpius quam inludi? quod ut ne accidat, magis cauendum est.... ut me hodie' e. q. s. (magis libri boni omnes excepto Vindob. D, om. uulgo cauendum est ut me hodie libri omnes c. est ut in Epicureo me hodie edd. Vindelini de Spira cum Victoriana et aliis, unde in Epiclero me hodie recentiores c. est ut in Fodicante coni. Fleckeisenus: ego lacunam post cauendum est notaui). Idem Cat. mai. 12, 36 'nam quos ait Caecilius comicos' (comicus libri) 'stultos senes, hoc significat credulos obliuiosos dissolutos, quae uitia sunt non senectutis, sed inertis ignauae somniculosae senectutis.' IV Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum mutatus, aut aliqua pars uersus, ut Statius Scauro stomachanti (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de ciuitate natam, Crasse, dicant):

236 *sq.* non effugisti? cur alienam mulierem Cognosti . . . . *Spengelius* 239 dide ac dissice *Puteanus* dide (dede *m. alt.*) ac disce *Paris.* dideae ac disce *Brux.* dii deae ac disce *Erf.* dide disiice *Orellius* 240 per] er *in ras. plurium litt. Paris.* licebit] lic *in ras. Paris.* 241 si egebis *om. Spengelius* dolebunt *Brux.* sat est *om. Brux. Erf.* 242 reliquom *Paris.* reliquum *uulgo* *an* quod mi est reliquom? 243 tu me *malit Halmius* coamicos *Gud. Salisb. Bened. Vindd. DV* amicos *August.* 244 uersaris atque *om. August.* elusseris *Halmius* iusseris *Gud.* ut iusseris *Salisb. Bened. Erf. Vind. D, Gulielmii quaest. in Persam c.* 4 *quinque membranae* 'perantiquae' ut iusseris, *suprascr.* l'ut uixeris *Vind. D* ut lusseris *seruari uult Bucchelerus* illuseris *August.* unxeris *Palat. a* emunxeris *Bentleius in Hor. a. p.* 96 245 st] sed *Erl. b, cd. Rom.* pater sit *Erl. b, ed. Rom.* 246 confidentia *Schuetzius*

V

Si cónfidentiam ádhibes, confide ómnia.

VI

. . . innocéntia eloquéntiast.

VII (4)

Tantám rem dibaláre ut pro nilo hábuerit.

VIII (13)

. . . . nímis audacem nímisque bardum bárbarum

IX (15)

Quísquilias uolántis, uenti spólia memorant: í modo!

X

'Omnibus laetítiis laetus íncedo . . . . .

st tacete' e. q. s. (Seius Scauro st. ed. Rom. Statii a Scauro stomachante Bakius) Deest locus in Erl. uet. et Abrinc. V Isidorus Orig. X 40 'confidens, quod sit in cunctis fiducia plenus. unde et Caecilius: si' e. q. s. (cecilius, e corr. m. 2 ex i, Monac. cicilius Wolfenb. Paris.) VI Apuleius apolog. c. 5 (p. 390 Oud. 9 Kr.) 'sane quidem si uerum est quod Statium Caecilium in suis poëmatibus scripsisse dicunt, innocentiam eloquentiam esse' e. q. s. VII Varro de l. L. VII 103 M. 'multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut . . . Caecilii: tantum' e. q. s. (Cilii Flor. Haun.) VIII Pauli Festus p. 34 M. 'bardus stultus, a tarditate ingenii appellatur. Caecilius: nimis' e. q. s. Thes. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 72 'dicitur quoque stultus hic blemnus, ni, et hic bardus, di, unde Caecilius: nimis' e. q. s. IX Festus p. 257 M. 'quisquiliae dici putantur quidquid ex arboribus minutis surculorum foliorumue cadit, uelut quidquidcadiae. Caecilius: quisquilias' e. q. s. Cf. Hymnis VI VII X Cicero de fin. II 4, 13 'nam et ille apud Trabeam uoluptatem animi nimiam laetitiam dicit, eandem quam ille Caecilianus, qui omnibus laetitiis laetum esse se narrat.' Idem ad. fam. II 9 'repente uero incessi omnibus laeti-

---

conf. estis *antea cum libris* auferte nunc istam superbiam *ed. Rom. Lagomarsiniorum apud Ellendtium uarietatem non enotaui* 247 *Sic Otto secundum Gu.* 2 *et Areuali codd. quosdam, item I. Kleinii codd., nisi quod Monac.* habes *m. 2 supra* adhibes *scriptum.* adhibens *Wolfenb.*, habes *Paris. exhibet.* si conf. in aliis adhibes, habes cum fide omnia *Gu.* 1 *et (nisi quod* tunc *pro* cum) *ed. pr. altera* si conf. habes, confide omnia *uulgo* 248 *Quod breuiter tetigit Apuleius dictum aliquo modo in numeros redegi* animi *praemitti iubet Spengelius ind. litt. Gotting.* 1865 *p.* 550 249 tantam *Scaliger. qui* dibalare rem *interpretatur καταφαγεῖν τὴν οὐσίαν: immo uituperatur qui secretum* balando, *i. e. garriendo differre et diuulgare non ueritus sit.* tantum *libri* 250 barbarum *om. thes.* 251 memoranti modo *cod.* memoras, i modo *Scaliger*

XI (18)

. . . . . quántum amantum in 'Attica est

XII (8)

nomen uírginis,

Nisi mírum est, deintegráuit.

XIII (31)

Venério cursu uéni, prolató pede
Vsque ád scaphonem

XIV

. . . . . mane ut éx portu in Piraéum

XV

. . . . . deúm qui non summúm putet,
Aut stúltum aut rerum esse ínperitum exístumem:

tiis laetus' (laetitiis laetus Martyni-Laguna laetitiis, om. laetus Med.[a] laetus, om. laetitiis Med.[b]) Cf. Epist. II Obolost. V XI Charisius I p 98 P. 'amantum Caecilius, ut etiam Plinius notat: quantum' e. q. s. XII Nonius 101, 25 'deintegrare, deminuere . . . Caecilius: nomen' e. q. s. XIII Isidorus Orig. XIX 4, 5 'scaphon funis in prora positus. de quo Caecilius: Venerio' e. q. s. (cicilius Wolfenb. et e m. 2 suprascr. Sangerm. 805 cecilius, m. 2 suprascr. lucilius Monac. licinius, suprascr. eadem m. uel cecilius Tegerns., unde de auctore huius loci dubitari posse monet Spengelius) Extant eadem in gloss. Bernensi XIV Cicero ad Att. VII 3, 10 'uenio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum quod homo Romanus Piraeea scripserim, non Piraeum — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam in quod addiderim .... nostrum quidem si est peccatum, in eo est quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco, secutusque sum, non dico Caecilium: mane' e. q. s. 'malus enim auctor Latinitatis est, sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi: heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeum.' Cf. Aethr. I XV Cicero Tusc. disp. IV 32, 68 'totus uero iste qui uolgo appellatur amor . . . tantae leuitatis est, ut nihil uideam quod putem conferendum. quem Caecilius deum' e. q. s. Versum 259 sq. congruere cum Euripideis in Stobaei florileg. 63, 11

---

253 *praestat fortasse initio septenarii collocare* in Attica *scripsi* in natica *cod.* in riatica *ed. pr.* uiaticum *Bothius* 255 nisi mirum est] *cf. Plauti Pseud.* 1213 *et symbolae meae ad part. Lat. p.* 17 deintegrabit *olim conieci, quod non necessarium.* 256 cursum *Wolfenb.* prolatum *Wolfenb.* pede *sc. ueli*] pede/// (*erasa* s) *Monac.* pedes *Sangerm.* 805 *et scr.* s *in ras. Sangerm.* 806 257 scaphonem *Emeranus* safonem *Monac. Sangermann.* fabonem *Wolfenb.* saphonem *alii* safon *gloss. Bern.* 258 non mane, *del.* non, *Med.* manu *Bootius nescio an librarii culpa* Piraeeum *idem* 259 ego uero Amorem *suppleuit Bentleius* 260 rerum] uenerum *coniecit Meinekius* existumet (*ex Ciceronis*

Cuii ín manu sit, quém esse dementém uelit,
Quem sápere, quem sanári, quem in morbum ínici
. . . . . .
Quem cóntra amari, quem éxpeti, quem arcéssier.

XVI

Homo hómini deus est, sí suum officiúm sciat.

[XVII (27)

265 Fáta sunt quae díui fantur.]

XVIII (2)

Saépe est etiam súb palliolo sórdido sapiéntia.

XIX (10)

Quaeso ígitur, quisquis és, mea mulier . . .

XX (9)

Grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus

(Augae fr. 271 N.) *Ἔρωτα δ' ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, Ἢ σκαιός ἐστιν ἢ καλῶν ἄπειρος ὢν Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις θεόν* monuit Meinekius. XVI Symmachus epist. IX 114 'recte Caecilius comicus homo, inquit, homini' e. q. s. Cf. Epist. II Obolost. V XVII Seruius in Aen. II 777 'sine numine diuum] sine fati necessitate; ut enim Statius dicit: fata' e. q. s. 'uel quae indubitanter eueniunt.' Verendum tamen ne aut Papinius Statius aut Accius fuerit: dubitauit iam Spengelius, de grammatico nescio quo cogitauit Osannus ephem schol. comm. 1832, II 78 XVIII Cicero Tusc. disp. III 23, 56 'hic Socrates commemoratur, hic Diogenes, hic Caecilianum illud: saepe' e. q. s. XIX Nonius 197, 34 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit . . . Caecilius: quaeso' e. q. s. Cf. Harpaz. I XX Nonius 119, 19 'gramiae, pituitae ocu-

---

orc) *Reg. Pith. Gud.* existimat *uulgo* existumo *Bentleius* 261 cuii *scripsi: cf. Pompon.* 146 *et Ritschelius ad Plauti Trin.* 358 *ed.* 2 cui *libri*, *nec offendit Bentleium: Ciceronis*, *non poetae esse arbitratur CFWMüller l. l.* 756 cuius *Ernesti*, *quod olim probaui* demente *Reg. Gud.* 262 sanari *Oxonn. aliq. ut uid.*, *Manutius*, *Bentleius* insanire *ceteri libri* sanire *Usenerus probat* *Versum excidisse uidit Bentleius talem fere fuisse suspicans:* quem odio ésse, quem contemni, quem excludi foras 263 quem expeti, quem arcessier *Bern.*, *Erasmus*, *Bentleius* quem expeti quem arcessiri (accessiri *Pith. teste Treglero* accersiri *idem teste Wesenbergio*) *ceteri libri* quem accersiri, quem expeti *Cratandrina* 265 quae diui fantur *Bothius* quae dii fantur *uulgo* quae indubitanter eueniunt uel fata sunt quae dii fantur *Guelf. a*, *Monac. Spengelii* 266 sepe *Gud.* sup *Gud. et Wesenbergio teste Pith.* sordida *Pith. teste eodem* 268 grammonsis *Leid.* grammosis *ceteri libri* gramiosis

XXI (6)

Aduéhitur cum iligná corona et chlámyde: di uostrám fidem!

XXII (16)

Pro di ínmortales! únde prorepsít truo?

XXIII (26)

si quassánte capite trístes
Incédunt.

XXIV (21)

. séquere me. ⁋ perii hércle. ⁋ tu, quid enim óscitans Hietánsque restas?

XXV

operis remex

lorum.' Cf. Plocium XXI Gellius V 6, 12 'ciuica corona . . . fit e fronde quernea . . . fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii: aduehuntur, inquit, cum' e. q. s. Cf. Triumphus XXII Pauli Festus p. 367 M. 'truo auis onocrotalus. Caecilius irridens magnitudinem nasi: pro' e. q. s. XXIII Seruius in Verg. georg. I 74 'quassante, i. e. quassa, quae sonet cum quassatur.' Cf. Titthe, Plauti Asin. 403 XXIV Diomedes I p. 336 P. 'hiare et hietare ueteres dixerunt . . . Caecilius: sequere' e. q. s. (Caecilius Putschius caelius Par. A Mon. cod. Scioppii celius Par. B) Cf. Polum. XXV Cicero de orat. II 10, 40 'et Crassus, nox te, inquit, nobis, Antoni, expoliuit hominemque reddidit. nam hesterno sermone unius cuiusdam operis, ut ait Caecilius, remigem' (regim̃ Erl. m. pr.) 'aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras, inopem quendam humanitatis atque in-

---

Mercerus graminosis *Spengelius tacite* dentibus *Aldina* gentibus *libri* 269 aduehitur *Bothius* adueuntur *Rott.* aduehū *et* unt *in fine et in principio paginae Vat.* aduehuntur *ceteri* iligna *Hertzius, Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 25 lignea *Reg.* ilignea *ceteri* di uestram fidem *libri plerique* diues trans fidem (*corr. m. pr.* diues tram) *Rott.* nostram fidem, *om.* di, *Guelf.* áduehunt Eúm cum iligneá corona *CFWMüller l. l.* 263 270 unde hic *Aldina, prob. Spengelius, fortasse recte* 271 sic *malo* 273 *praemittendum* age *uel simile quid* perii hercle *nunc scripsi et personas distinxi: idemque gaudeo Bucchelero placere, qui tamen unum octonarium* séquere me *e. q. s. praefert.* peri hercle *Monac., cod. Scioppii* periercle *Par. A* pehercle *Par B* praci hercle *Putschius, merito repudiauit CFWMüller l. l.* 742 quid *scripsi, om. Par. B* qui *ceteri libri* enim *uel* nam *conicio* mihi *libri* mi *Spengelius* 274 restans *Par A*

XXVI

Dum taéniam, qui uólnus uincirét, petit

XXVII (20)

Profértoque nóbis in múndo futúrum
Lectum

XXVIII

. . . namque [míhi] malum in mundóst, ere

XXIX (23)

Si nón sarciri quítur

XXX (25)

Dí boni! quid hoc?

urbanum.' XXVI Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno [I] et alias: dum' e. q. s. O. Muellero hic uersiculus Caecilii non esse uidebatur XXVII sq. Charisius II p. 181 P. 'in mundo pro palam et in expedito, ac cito; Plautus . . . Caecilius quoque, ut Annaeus Cornutus libro tab. castarum patris sui: profecto' e. q. s. 'item idem: namque' e. q. s. (lib̄ tab̄ castar̄ patris sui cod. libro fabularum castarum patris sui Lindemannus. In litteris tab̄ castarum O. Jahnius Proleg. in Pers. p. XXI latere coniecit tabernariarum, in sequentibus autem patris sui titulum fabulae, Caecilianum denique locum excidisse; libro tabernariarum Afranii Prellerus ephem. litt. Hal. 1845 I p. 1139. in libro I epistularum patris sui conicio). XXIX Diomedes I p. 380 P. 'Accius quitus sum . . . queuntur. Caecilius praeterea: si n. s. quitur.' (cecilius Par. B Monac.) XXX Rufinus de metris com. p. 2707 P. (379 G.) 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec iam obliti sunt Phryges? Non nunquam ab his initium fit, ut apud Caecilium: di boni quid hoc? apud Terentium: discrucior animi.' Aut iambicum monometrum esse aut quod ueri similius sit errasse Rufinum dicit Hermannus Elem. d. m. 181. Sed auctor est Varro, non Rufinus. In Epit. autem p. 70 idem sic pronuntiat, Caecilii uersum, si fuerit clausula, aut monometrum esse acatalectum uocabulo 'boni' in unam syll. contracto, aut correptum esse 'hoc' numero cum sequente uersu perpetuato; sed fortasse non magis hanc fuisse clausulam quam fuisse uideatur Terentii Adelph. IV 4, 1. At quartum, ni fallor, datur, ut tripodiam trochaicam catalecticam dí boni quid hoc secuti fuerint

---

275 petit *om. Ursinus* 276 profertoque *scripsi dubitanter* profecto qui *cod.* profécto gnouisti in m. tibi futurum *Kiesslingius* 278 num qui *Lindemannus* nam cui nunc *prop. Buechelerus* mihi addidi, *om. cod.* (*facile* m *ante* m *potuit excidere*) in mundost ere *Buechelerus Coniectanea Latt.* (1868) *p.* 7 in mundo si ire *cod.* in mundo sciret *Lindemannus* nam quia malum in mundo esse sciret *coni. Keilius* 279 sarcire *uett. edd.*

XXXI

. . . . . ó tristes inéptias!

XXXII

. . . . . íncolumi insciéntia

XXXIII (28)

uallata gula

XXXIV (32)

decora domi

XXXV (11)

285 glabrum tapete

XXXVI (17)

Leontium

XXXVII

Horatius a. p. 238 (163 R.) 'ut nihil intersit Dauusne loquatur et audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum, An custos famulusque dei Silenus alumni.' Comm. Cruq. in l. l. 'Pythias persona comica in comoedia

numeri iambici. Certe apud Terentium si discrúcior animi clausulam trochaicus uersus exciperet, numeros ferri posse ipse Hermannus Epit. 70 concedit, clausulas autem aut cohaerere cum aliis uersibus aut non cohaerere docet ibidem. Itaque non uideo cur eundem numerum cum sequentibus habere debeant, quod praecipitur Elem. 181. [Ceterum qui uere secuti fuerint numeri apud Caecilium nec olim tam confidens fui ut adfirmarem neque nunc scio: trochaicos aut creticos secutos fuisse Studemundus de canticis Plaut. p. 11 sibi persuasit.] XXXI Seneca epist. 113, 26 'haec disputamus adtractis superciliis, fronte rugosa. non possum hoc loco dicere illud Caecilianum: o tristes ineptias! ridiculae sunt.' (illud Caecilianum] illud Caeciliani Vat. $\varepsilon\eta$ illud Celanum Vrb. illud Cicilianum Ottob.o illuc Celiani Palat. illud Caeliani Par. 1. 4 illuc celaui Ottob. 5.) XXXII Fronto epist. II 6 p. 31 Nab. (54 Rom. 48 Nieb.) 'igitur paene me opicum animantem ad Graecam scripturam perpulerunt homines, ut Caecilius ait, incolumi inscientia.' XXXIII Macrobius Sat. III 15 (II 11), 9 'sed quis neget indomitam apud illos et, ut ait Caecilius, uallatam gulam fuisse?' (caelius suprascr. ci Angl.) XXXIV Donatus in Ter. eun. IV 7, 45 'domi et foci genetiui sunt. Caecilius: decora domi.' XXXV Nonius 229, 4 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: glabrum tapete.'

XXXVI Charisius I p. 80 P. (58 L.) 'Leontion et Crusion et Panion' (Chrysion Spengelius thyrusion et faunion Neap. thrusion et paunion excerpta Par.) 'ex neutris Graeci feminina nostri' (sic Keilius 'neutra' Neap.) 'fecere * et Plautus quod dixit haec Phronesium, et Caecilius Leontium.' (haec Leontium Fabricius) Chrysion fabula Caeciliana; *Φάνιον* Menandri comoedia, Phanium in Terentii Phormione u. 201. 218 legitur. XXXVII Cf. Acro: 'non dicit de Pythia Terentiana, sed quae apud Lucilium comoediographum inducitur' (sic Par. γ lucillium satyricum inducitur ed. Rom. a. 1474 lucilium inducitur tragoediographum rell.) 'ancilla per astutias accipere argentum a domino. nam fefellit dominum et accepit ab eo argenti

Lucilii, quae inducitur per astutias accipere argentum a Simone domino suo in dotem filiae.'

XXXVIII (22)

gnoscit

XXXIX (19)

facilioreis. sanctioreis.

[XL

quid hominis uxorémne habes?]

XLI

290 fác uelis:

Perfícies.

XLII

Festus p. 229 M. 'profesti dies di[cti, quod sint procul a religione numinis] diuini. Caecilius ..... sti tantundem ..... [Afranius] in Priuigno' e. q. s. (Caecilius ... uel Caecilii ... testatur H. Keilius mus. Rhen. VI 622)

talentum: fuit enim haec eadem meretricula rapax, ut Thais, quae lucrum facit.' Caecilii nomen oblitteratum restituendum esse recte monuit Orellius: nam quae de Nummularia, si dis placet, Lucilii I. Beckerus mus. Rhen. V 36 sqq. cecinit, nostra quidem opinione mera sunt glaucomata. XXXVIII Diomedes I p. 378 P. 'gnoscit ait Caecilius.' (ignoscit Monac.) XXXIX Charisius I p. 104 P. (74 L.) 'facilioreis Caecilius, inquit Plinius, idem et sanctioreis ait.' XL Glossarium Terentianum in advers. C. Barthii 38, 14 'aliquid monstri plus est quam aliquod monstrum — ut Caecilius: quid' e. q. s. Nisi forte per fraudem confictum exemplum est: cf. Donatus ad Ter. hec. IV 4, 22 XLI Iulius Rufinianus 19 p. 43 H. (p. 211 R.) 'ἀποφώνημα, sententia responsiua, ut apud Caecilium: fac u. p.' (Caecilium Ruhnkenius Caelium ed. princ.) Aliena sunt a Caecilio quae exhibet thesaurus in A. Mai auct. class. VIII 372 'nicto, as, cii' (nixi?) 'uel nictui, quod proprie pertinet ad canes quando bestiarum uestigia insequuntur; unde et Caecilius de quodam cane: bene, inquit, nictit oletque.' nam Ennii sunt ex annalibus u. 346 'uoce sua nictit ululatque ibi acute.'

289 ne *addidi* 290 *sq. potest etiam septenarii initium* fác uelis: perficies *fuisse*

IVVENTIVS

ANAGNORIZOMENE

Quód potes, sile céla occulta tége tace mussá mane.

EX INCERTIS FABVLIS

I

gaúdia

Sua sĩ ómnes homines cónferant unum ín locum,
Tamén mea exsuperét laetitia.

II

pállium

Non fácio flocci ut spléndeat.

Iventi Anagnorizomene Festus p. 298 M. ‘[summu]ssi dicebantur [murmuratores] — — nam mussare si[lere dicitur. Iuuentiu]s in Agnorizomene: quod’ e. q. s. (Anagnorizomene Augustinus.) Paulus p. 299 M. ‘summussi . . . Terentius mussare pro tacere posuit, cum ait: sile . . . mussa.’ (Iuuentius Lindemannus Terentius Paulus, quem intellegit Terentium Libonem Fregellanum Scaliger Coni. in Varr. p. 83 Caecilius Vrsinus, de quo dubitat Spengelius. Cf. inc. fab. I. II)

Ex Inc. Fab. I Varro de l. L. VI 50 M. ‘laetari ab eo, quod latius gaudium propter magni boni opinionem diffusum. itaque Iuuentius ait: gaudia’ e. q. s. (Deficit hic Laur. 51, 10. iuuentus Laur. 51, 5 inuentus Haun. Par. a iuñecius Par. b Terentius uulgo) II Gellius XVIII 12, 2 ‘id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius in comoedia: pallium, inquit, non facio f. ut s. Nonne hoc inpendio uenustius gratiusque est quam si diceret: maculetur?’ (Iuuentius Rutgersius

1 pote *conici posse statuit CFWMueller prosod. Plaut.* 212 3 omnes homines] omnia omnes *Spengelius Emend. Varr. p.* 4, *non male.* 4 exuperet letitia *Laur.* 51, 5 *Trochaei tales* gaúdia sua si ómnes . . . . locum Támen mea exsuperét laetitia *praeplacent Muellero l. l.* 317 [*item Bergkio annall. philoll.* 1870 *p.* 833] 5 paulium *Par.* pallium inquit ·S· flocci ut splendeat (splendean *Voss. Petau.*) *Voss. Petau. Germ.* pallium inquit flocci ut splendeat *Magl.* p. inquit flocci ut splende an *Reg. Lugd. et nisi quod* flacci *Par.* p. Flocci non facio ut splendeat *uel* . . . . . pállium flocci non f. ut s. *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 45: *et haec iambici octonarii mensura fortasse praestat*

III

. . . caput ei téstatim diffrégero.

IV

Ita trádidi: quid ní? neque hili [exístumo]
Iudícium Aesopi néc theatri tríttiles
[Vocés.]

V

scrupipeda

LVSCIVS LAVINIVS

PHASMA

Donatus in Ter. eun. prol. 9 'idem Menandri Phasma nunc nuper dedit] bene nunc nuper, ut ex uicinitate facti ostendat nihil esse dicendum quam displicuerit haec comoedia Luscii Lauinii, propterea quod res recens sit et omnes meminerint. Phasma autem nomen est fabulae Menandri.'

Varr. lect. IV 19 iuuentus Petau. Voss. Germ. Lugd. Reg. inuentus Par. terentius Magl.) III Charisius II p. 196 P. 'testatim Iuuentius: caput ei t. d.' Hic locus ima codicis pagina scriptus ac prope euanidus desideratur in ed. pr., additus est a Putschio ex codice Dousae, i. e. ex conlatione nostri codicis facta a Dousa. Verba iuuentius caput minus certa sibi apparuisse testatur H. Keilius. IV Varro de l. L. VII 104 M. 'sues auolauerat ita tradede' e. q. s. Disserui de hoc loco, quem olim inter palliatae inc. fr. (XIX) rettuleram, in corollario (cf. mus. Rhen. XXVII 183, ubi conieci scribendum esse: Iuentius ab ulula: ita tradidi e. q. s.) V Varro de l. L. VII 65 M. 'scrupipedas Aurelius scribit ab scauripeda: Iuuentius comicus dicebat a uermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus; Valerius a pede ac scrupea.'

Phasma '[Vtrum ergo hoc dicat quod totam fabulam transferendo laeserit Luscius Lauinius, an hoc tantum, de quo reprehendat, sed' (fort. 'et') 'his signis uelit ostendere quam dicat uitiose Thesaurum composuisse, ut in Thesauro sit culpa, non in Phasmate?]' Haec a Donato aliena uidentur. deinde enim: 'hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio: Thesaurum uero non totum, sed ex uno loco.' Menandri nomen additum propter *Φάσμα* Philemonis (*Φάσμα ἢ Φιλάργυρος* Theogneti)

7 deffregero *cod.* defregero *Putschius* 8 *sqq. praemisi olim* sus auolauerat *ut comici poetae uerba* tradede q. in re neq. in iudicium esopi *cod., quae corrigere conatus sum: poteram etiam* quid ni? neque flocci existumo *uel* quin uere? neque nauci (*siue* flocci) aestumo, *nec diffiteor omnem huius loci emendationem incertam esse*

THENSAVRVS

Athénienses, béllum cum Rhodiénsibus
Quod fúerit quid ego hic praédicem? . . . .

EX INCERTIS FABVLIS

I

Terentius haut. prol. 30 'ne ille pro se dictum existumet, Qui nuper fecit seruo currenti in uia Decesse' ('Dixisse' Bentl.) 'populum: cur insano seruiat? De illius peccatis plura dicet, cum dabit Alias nouas, nisi finem maledictis facit.'

II

Terentius Phorm. prol. 4 'qui' (scil. poeta uetus) 'ita dictitat, quas antehac fecit fabulas' (sc. Terentius), 'Tenui esse oratione et scriptura leui: Quia nusquam insanum scripsit adulescentulum Seruam uidere fugere et sectari canes Et eam plorare orare, ut subueniat sibi.' ad quae cf. Donati scholia et quae Ladevicus disseruit in commentatione de Volcatio Sedigito p. 16.

THENSAVRVS Terentius eun. prol. 10 'atque in Thensauro scripsit causam dicere Prius, unde petitur, aurum qua re sit suum, Quam ille qui petit, unde is sit thensaurus sibi, Aut unde in patrium monumentum peruenerit.' Donatus in l. l. 'arguit Terentius quod Luscius contra consuetudinem litigantium defensionem ante accusationem induxerit. Huius modi enim est Luscii argumentum: adulescens, qui rem familiarem ad nequitiam' ('nequitia' Bentleius) 'prodegerat, seruum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi uiuus magnis opibus apparauerat, ut id aperiret, inlaturus epulas, quas pater post annum decimum cauerat sibi inferri. sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam auarus ab adulescente emerat. seruus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis thesaurum cum epistola ibidem reperit. senex thesaurum tamquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet et sibi uindicat. adulescens iudicem capit, apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: Athénienses . . . praedicem et cetera. Quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta ('arguit et' Bentleius) 'notat Terentius, quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.' Cf. *Θησαυρός* Anaxandridis Archedici Cratetis Dioxippi Diphili Menandri: nam Philemonis fabulam Plautus uertit in Trinummo. Menandrum Luscii auctorem fuisse probabilis est uirorum doctorum coniectura.

SEXTVS TVRPILIVS

BOETHVNTES

Melésia! intus céssas? credo hercle hélluo
Tubúrcinatur.

II (6)

Eum dérepente dúcere uxorem aúdio.

III (3)

qui uérba uenatúr mea,
Pestís, si abscedat. ⟦ át sermonem hinc súblegam.

IV (5)

. . . quaeso cógita ac delíbera.

V (4)

Mácte uirtute ésto.

TVRPILI BOETHVNTES I Nonius 179, 25 'tuburcinari significat raptim manducare . . . Turpilius Boëthuntibus: Melexia' e. q. s. (Boethontibus W, etiam in Leid. o scr. supra u) II Nonius 518, 3 'derepente. Turpilius Boetuntibus: eum' e. q. s. (Boetundibus Bamb.) III Nonius 332, 28 'legere surripere significat, unde et sacrilegium dicitur, id est de sacro furtum . . . Turpilius in Boëtuntibus: qui uerba' e. q. s. IV Nonius 429, 19 'inter cogitare et deliberare hoc inter est: cogitare est confirmare,' ('dubitare' Ald.) 'deliberare confirmare. Turpilius Boëtuntibus: quaeso' e. q. s. V Nonius 342, 1 'mactare est magis augere . . . Turpilius Boëtontibus: macte u. e.'

---

1 Melexea *Leid.* Melexia *ceteri libri.* Melexias *nomen inauditum: fortasse* Melesia *uel, si cui ut Kiesslingio imperatiuus* exi *in litteris traditis latere uidebitur*, Melanta (*uel* Melete *uel* Meles), exi! [Melesia *Bergkius quoque annall. philoll.* 1870 *p.* 834 *monet restituendum esse.*] cessas *Harleianus* cessat *ceteri libri* 3 ducere uxorem audio *Bothius* uxorem audio ducere *libri* 5 pestis, si abscedat *scripsi* pestis arscedat *libri* pestis? Arcedat *Scaliger Coni. in Varr. p.* 74 postis arcedat *idem p.* 87, *Guielmius Veris. II* 21 postibus abscedat *Bothius* 2 arcedat pestis *Grautoffius. Apertius se loquturum esse profitetur. si importunus nescio quis auditor abierit: at is furtim e latebris captat sermonem. Personae uulgo non distinguuntur* at] et *libri* nec *Bothius* 2: *an* ego *uel* eius? sublegam *libri* sublegat *Scaliger, Lipsius Ant. lect. V* 13, *quos secuti sunt omnes* 6 delibera *cum sequentibus om. Bamb.* 7 *an iambice* macte ésto uirtute?

VI (1)

Nón ago hoc per ságam pretio cónductam, ut nulgó
. solent.

CANEPHORVS

I (3)

Ita ést: uerum haut facilést uenire illi úbi sita est sapiéntia.
Spíssum est iter: apísci haut possem nísi cum magna míseria.

II (1)

. . testamentum érgo celabís? ⟦ logi!

III (4)

Satis frícti reddunt.

IV (2)

. . . nosti quám sit gracili córpore.

VI Nonius 23, 5 'sagae mulieres dicuntur feminae ad lubidinem uirorum indagatrices ... Turpilius Boëthontibus: non' e. q. s.

Canephorvs Menandri. Eius enim ex cognomine fabula fr. II: *ἀλογίστου τρόπου Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ ἀνθαίρετον* apte Ladewicus de Volc. Sedig. 18 composuit cum fr. I, modo ne inter duas personas utrumque distribuisset. Pronuntiantur enim ab uno eodemque, qui inconsiderantiam suam insita naturae indole excusat. I Nonius 392, 26 'spissum significat tarde...Turpilius Caneforo: ita' e. q. s. II Nonius 63, 19 'logi a Graeco sermone, uel dicta ridicula et contemnenda ...Turpilius Caneforo: testamentum' e. q. s. III Nonius 491, 6 'fructi uel fructuis pro fructus. Turpilius Caneforo: satis f. r.' IV Nonius 116, 9 'gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracili et gracilium pro gracilitas.' (pro gracili et gracilium om. Bamb. Scribendum 'gracilitudo pro gracilitas, gracilens et gracilentum et gracilum pro gracili.') 'Accius ... gracilitudo ... Ennius ... filo gracilento. Naeuius' (immo 'Laeuius', ut uidit Osannus) 'Protesilaodamia .. gracilenticolorem . . gracilans' (scr. 'gracilens') 'fit. Turpilius Caneforo: nosti' e. q. s.

9 ita est *libri* itást *Bergkius annall. philoll* 1870 *p.* 834 ita, *om.* est, *olim edidi*, *minime contra consuetudinem* haut *Stephanus* aut *libri* facile est *libri* illo *Lipsius Ep. qu. V* 2 sita *Rothius* si ita *Geneu. Basil.* suta, *suprascr.* spissa, *Harl.* spissa *ceteri libri* 10 apisci *scripsi* adipisci *libri* haut *Lipsius* aut *libri* possem *scripsi* posse *libri* possis *Lipsius* *Vulgo iambos describunt*, *item Bergkius his propositis:* spissúmst iter: adipisci haud potestur 11 caelabis W 13 cracile corpus *Leid.* *Secundum lemma Nonii aut* nósti quam sit grácilens corpus *aut* nosti, Quam

DEMETRIVS

I (3)

Ab initio ut res sít gesta enodá mihi.

II (4)

Tumére occepi et ínterdum oscitárier:
Inéptus quid mihi uéllem ex insoléntia
Nescíbam.

III (9)

Pudét pigetque meí me . . . . .

IV (5)

. . nunc me ex aliórum ingeniis iúdicat,
Intércapedo quórum amicitiás leuat.

V (12)

Antehác si flabat áquilo aut auster, ínopia
Tum erát piscati.

Demetrivs Fr. V Scaliger Coni. in Varr. p. 159 monuit conuenire cum Alexidis ex *Δημητρίῳ ἢ Φιλεταίρῳ* loco I: *πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος Ἐν τῇ θαλάσσῃ λαμπρός, ἰχθὺς οὐκ ἂν ἦν Οὐδενὶ φαγεῖν. νυνὶ δὲ πρὸς τοῖς πνεύμασιν Τούτοις Φάυλλος προσγέγονε χειμὼν τρίτος κ. τ. λ.* Praeterea fr. X similibus praefari uidetur Turpilius, qualia apud Alexidem extant VI: *ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν Τρόπον τίν' ἐστί κ. τ. λ.*, quibus contradicitur fr. inc. XV: *οὐδέν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν κ. τ. λ.* Ceterum de argumento ex Graeco poeta nihil sane, aliquantillum saltem ex nostro disci potest. Certe constat de adulescente inperito et paulo stupidiore (II. IX), qui cum nescio quibus turbis inuitus ab amata abalienatus esset (IV), in gratiam cum ea redit. Nec desunt aut de patre decepto (XVI) aut de meretrice (XIV) testimonia. Ab ea autem diuersa fortasse fingi potest ipsa uirgo amata, ad quam pertinere putauerim XI et XIII. I Nonius 15, 16 'enoda significat explana....' II Nonius 322, 18 'insolens rursum non solens...' III Nonius 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere poenitentiae. ...' IV Nonius 337, 2 'leuare etiam minuere...' V Nonius 488, 18 'piscati pro pisca-

sít gracilenti córpore *expectaueris*, *aut* nosti q. s. gracilo c., *ut coniecit Quicheratius*, *cuius editio nunc*, *dum schedulam corrigo*, *adfertur* 15 tumere *scripsi* timere *libri* occoepi *Lipsius Ep. qu. V* 12 occepi, *suprascr.* t, *Harl.* occepit *ceteri libri* et temere occepit *Grautoffius* 17 nescibam *Lipsius* nesciebam *libri* 21 fluat *Bamb.* 22 erat *Bamb.*, *Aldina* orat *Leid.* eórat *Harl.* coraut *W* orat *ceteri libri* picati *W*

VI (2)

In ácta coperta álga inoras óstreas

VII (14)

Nec récte dici míhi quae iam dudum aúdio.

VIII (7)

Etiám me irrides, péssime ac sacérrime?

IX (1)

'Nam si íceris me pósthac, credas míhi uelim'
Inquít, quid censes? ⁋ túm dolebit scílicet.

X (13)

Homo única est natúra ac singulária.

XI (3)

Vide mírum ingenium ac délenificam múlierem:
Commórat hominem lácrimis.

XII (10)

Sandálio innixa dígitulis primóribus

XIII (11)

Meós parentis cáreo.

Ex Incertis Fabvlis I Hieronymus epist. 42 (I p. 94 a ed. Amst.) 'Turpilius comicus tractans de uicissitudine literarum sola, inquit, res est quae homines absentes praesentes facit. Nec falsam dedit quamquam in re non uera sententiam. Quid enim est, ut ita dicam, tam praesens inter absentes quam per epistolas et alloqui et audire quos diligas?' Cf. Philemonis ex Apolide uersus: *οὐχὶ μόνον οὗτος εὗρε πῶς λαλήσομεν Ἀὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον, Οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἷς πάλιν Ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδέν, ἐμβλέψας δέ που Τὰκ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἴσετ', ἀλλὰ καὶ Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.* Nam de epistula apud utrumque sermo est. II Isidorus Orig. XIX, 4 'propes funis, quo pes ueli alligatur, quasi prope pedes. de quo Turpilius' (torpilius Wolfenb.): 'quasi ...sinistrum.' III Nonius 229, 5 'tapete generis neutri. Turpilius et Caecilius: g. t.' Idem 542, 18 'tapete, tegmen unite pictum de coloribus uariis ... Turpilius: g. t.' Cf. Festus p. 351 M. (Demetr. XVII) IV Servius Danielis in Verg. ecl. VII 45 'somno mollior; turpilius lectus.' (Extant haec in solo cod. Leidensi 80, h. e. Lemouicensi Danielis 'delectabilior lecto' coni. Burmannus.)

Leid. iam conferre *olim scripseram* 213 *uersum ex Hieronymi oratione constituit Grautoffius, cuius talem formam* sóla rest quae homines absentes nobis praesentes facit *Kiesslingius ut magis perspicuam proposuit* 214 cum *Wolfenb. Monac. Par.* 10291 con *German.* 805 *et* 806 uentis *Germ.* 806 uentis *Wolfenb. Monac. Germ.* 805 fert] est *ed. pr. altera* nauim *Par.* (nauem *ceteri*) mari *Monac.* mare *ceteri* 215 secundis *Paris. Gu. a* sedens *Zitt.* propedon *Wolfenb. Monac. German. uterque* suis uelis ministrum *conieci* si ueli ministrum *Zitt.* si ueli (uelis *Germ.* 805. 806) sinistrum (sinistrũ *Monac.*) *Wolfenb. Monac. Germann.* si uelis ministrat *a commentatore additum esse olim suspicabar. Audacius in haec consuluit Grautoffius, qui hos scenarios temptauit:* quasi cúm secundus uentus fert nauim in mare Si quis sinistrum misit ueli propedem. *Ineptit Otto.*

INCERTORVM POETARVM

ADELPH : . .

Festus p. 317 M. '[Sep]lasia aut Se[plasium, ubi unguentum] ueno daba[tur pretiosum] . . . . . in Adelph . . . . . feri Anti . . . . . tum sit q . . . . . unde ung . . . . . est.'

HYDRIA. GEORGOS

Quintilianus XI 3, 91 'cum mihi comoedi quoque pessime facere uideantur, quod etiam si iuuenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effeminata uoce pronuntiant.'

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I

'Tibi ego, 'Antipho, has sero' inquit: seniumst, cum audio.

Inc. Poetae Adelph . . In Festi uerbis ueno dabatur scripsi pro tradito memorabatur. Tum in Adelphis: di te perdant inferi, Antipho, Quod unde hoc unguentum sit quaeris; dic mihi, Lepidum unde unguentum, nisi quod ex Seplasia est? secundum Vrsini supplementa O. Muellerus: nam sic, nisi fallor, senariis concludere uoluit parum sane commodis, nec sententia aut sermo satis facit. Vltima fortasse nisi quidem ex Seplasia est fuerunt. Pomponio uulgo ascribitur hic locus.

Hydria. Georgos. Menandri fabulas in Latinam fortasse scaenam translatas fuisse monuit Gesnerus; quamquam Graecae quoque comoediae Romae agebantur. Ceterum cf. inc. inc. fab. I

Ex Nvro frustum quod olim hic sequebatur nunc Attae tribui. E schola petitum quod Quintilianus IV 2, 95 enarrat argumentum de parasito, qui ter abdicatum a diuite iuuenem et absolutum tamquam suum filium adserat.

Ex Inc. Inc. Fab. I Cicero de orat. II 59, 242 'in re est item ridiculum, quod ex quadam deprauata imitatione sumi solet . . . ex hoc genere est illa Rosciana imitatio senis: tibi . . . audio.' (inquit poetae reddidit Bergkius Ind. lect. Marburg. aest. 1844 p. VII coniun-

---

1 has *om. Erlang. h* seniumst . . audio *fuerunt qui a Ciceronis interlocutore addi statuerent*

II

Athénis Megaram uésperi aduenít Simo;
Vbi aduénit Megaram, insídias fecit uírgini:
Insídias postquam fécit, uim in loco áttulit.

III

In Vénere sapere dídicit ni mirúm Solon,
Qui lége cauit, uítia uti transcénderent
Auctóris poenae: núlla poena acérbior
Excógitari pótuit uxorís malis.

IV

Nam quíd modi factúrust risu dénique?
Nisi píctor fieri uúlt, qui risu mórtuust.

xitque hunc locum cum Caecil. Syneph. II: immo uide supra ex Hydriae prologo adlata.) II Rhet. ad Herenn. I 9, 14 'ne bis aut saepius idem dicamus cauendum est; etiam ne id quod semel diximus deinceps dicamus, hoc modo: Athenis' e. q. s. III Charisius IV p. 246 P. 'aliis ita placuit definire per hyperbolen: in . . . malis. Quod etiam in schemate dianoeas inuenies de hyperbole.' Hunc locum omissum in excerptis Leid. uncis inclusit Keilius. Idem V p. 253 P. 'per hyperbolen, hoc est: in...malis.' Cf. Caecilii Plocium et Philemonis fr. 4 IV Festus p. 209 'pictor Zeuxis risu mortuus, dum ridet effuse pictam a se anum γραῦν. cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu uerborum scribere propositum habuerit, equidem non uideo, cum uersiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius auctoris' ('praetoris' cod., corr. Augustinus) 'praetexto nomine, qui tamen sunt hi: nam' e. q. s. Fortasse de anu in matrimonium ducenda agitur.

2 mecarum *Bamb. m. pr.*, *Frising.*, *libri primae familiae Kayseriani*, *nisi quod* mecenarum *Wuerzeb.* mechatum — mecharum *Emmer. b* megara *Ratisb. Opiz. m. alt.* megaram *Opiz. m. pr.* megarim *Voss. a* si modo *Wuerzeb.* 3 ubi *om. Tross.* aduenit *libri plerique* (megaram aduenit *Turic.*) uenit *Oxon. m. pr.*, *quod olim praeferebam* fecit insidias *Opiz. Bamb.* uirginis *Wuerzeb. Bamb. m. alt.* 4 postquam insidias *Opiz.* intulit *Opiz. Tross. m. alt. Lugdun. c Rhedig. c* 5 Venere *scripsi* uentre *cod. p.* 253 uentrem *cod. p.* 246 didicit sapere *cod. p.* 246 6 cauit ut uitia *cod. p.* 246 cauit *in uersu extremo omissis ceteris cod. p.* 253 7 auctores *cod. p.* 246 a *in uersu extremo nec quidquam praeterea legitur p.* 253 poena nulla *edd.* aceruior *cod. utroque loco* 9 facturus *cod* 10 mortuus est *cod*

V

Quínque Thasii uíni depromam [ámphoras], binás Falerni.

VI

. . qualem démens iste chlámydem disperdít? . .

VII

13/4. . . . . hui uíctrix Venus, uidésne haec?

VIII

15 Spondén tuam gnatam fílio uxorém meo?

IX

Ammianus Marcellinus XXVIII 4 'cumque mutuum illi quid petunt, soccos et Miconas uidebis et Lachetas: cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos et turgidos, ut Heraclidas illos Cresphontem et Temenum putes.

V Plinius nat. hist. XIV 14, 16 'sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt et ad auos usque nostros, quin et Falerno iam reperto, sicut adparet ex illo comico uersu: quinque' e. q. s. (comici Par. E uersu Anaxipolis uetus Dalecampi Lucilium comicum dici potuisse eiusque uel XIV uel XV libro haec inserenda esse operose, ut solet, sed infeliciter demonstratum iuit I. Beckerus Philol. IV 86 sqq., ad Sullana tempora a Plinio referri monuit Lachmannus in Lucr. 327) VI Tertullianus de pallio 4 'prorsus si quis Maeandrico fluxu delicatam uestem humi protrahat, audiat pone se quod et' (ait?) 'comicus: qualem' e. q. s. VII Varro de l. L. V 62 'et horum uinctionis uis Venus; hinc comicus: hui' e. q. s. 'non quod uincere uelit Venus, sed uincire.' (comicus uulgo comicos libri plerique comites Vindob. Basil.) VIII Varro de l. L. VI 70 'spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa . . . nam ut in comoediis uides dici: sponden' e. q. s. Cf. Lachmannus mus. Rhen. VI 119, Spengelius de emend. Varrone p. 31, Thilo ann. philoll. 1855 p. 529. IX Laches num Terentianus ex hecyra sit (cf. u. 247) ualde dubito.

11 Thasii *codd. Gelenii* Thasi *Silligio teste Tolet. Chifflet. Parr. a c d.* Thassi *Vat. D Detlefseni Man. Dalecampii* amphoras *addidi, om. libri* binas Falerni *scripsi* bina Falerni *Hard.* uina Falerni *Vatic. D m.* 2 uini Falerni *idem m. pr. cum reliquis* Falerni bina *ed. Dalecampiana* quin Thásii uini déna promam, bína Falerni dólia *Lachmannus Lucr. p.* 327 *hexametrum* quinque Thasi uini depromam, bina Falerni *repudians.* uin Thasii uini depromam, uin Falerni? . . . *Buechelerus* 13 hui *Lachmannus Lucr. p.* 311, *qui septenarii iambici alterum dimidium agnouit* huic *libri* 15 sponden *uulgo* spondeo *Goth.* sponde *Med. cum ceteris libris* gnatam *Par. b* agnatam *Med. cum ceteris libris*

X

Lachétem audiui pércussisse Démeam.

XI

Si quís per omnis míhi deos iurét patrem Lachétem

XII

Quid aís, Epidice? tíbi facilior érit amor

XIII

Amáre nolo néc dolere, Clínia.

XIV

19[1] Thylacus

XV

20 . . . halofántam mendacém uelit

Miconas Valesius micaunas Vat. X Quintilianus VII 9, 10 'accusatiui geminatione facta amphibolia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem' e. q. s. 'fiat: a Lachete percussum Demeam.' Ibidem VIII 2, 16 'uitanda in primis ambiguitas, non haec solum, de cuius genere supra dictum est, quae incertum intellectum facit, ut Chremetem audiui' e. q. s. Fortasse fictum exemplum est. XI Marius Victorinus p. 2574 P. 'comicus apposito sesquipede in ultima sede uersus adaeque trimetri reddetur tetrametrus, ut: si quis' e. q. s. Fortasse et hic et sequens uersiculus conficti sunt. XII Marius Victorinus p. 2524 P. 'huius' (trimetri) 'mensura...incipit a duodecim syllabis et crescit ad septemdecim ... item septemdecim syllabarum: quid ais' e. q. s. XIII Marius Victorinus p. 2504 P. 'acatalectum autem, cui, ut supra diximus, neque deest ad integram coniugationem neque abundat quicquam, ut est hoc trimetrum: amare' e. q. s. Atilius Fortunatianus p. 2693 P. 'trimetrum acatalectum: amare' e. q. s. XIV Donatus in Ter. Andr. I 3, 21 'semper...nomina comicorum seruorum aut a nationibus sunt indita ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus ut Lesbia, uelut ebriosa a Lesbo insula, quae est ferax suauissimi candidissimique uini, aut a moribus et uernilitate ut Pseudulus, aut ex negotio ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis ut Thylacus, aut ex specie formae ut Pinacium.'

Subiungo statim reliquos comici coloris uersiculos, de quibus tamen singulis decernere non ausim, cui potissimum fabularum generi sint ascribendi. XV Nonius p. 120, 12 'halofantam... Plautus: halofantam aut sycophantam magis esse dicam. et alius nobilitatis obscurae: halofantam m u.' Indicauit comoediae frustum post Basile-

16 Lachetem *loco priore* Chremetem (cremetem *Ambr. m.* 1 chermetem *Bamb.* crementum *Argent.*) *altero Quintilianus* Demean *libri plerique loco utroque* dameam *Argentor. utroque loco* 17 omnis *Palat.* omnes *Par., ed pr.* 18 Epidice *Gaisfordius* epidia *libri Fortasse hinc persona mutanda* 19 dolore *Par. Victorini* 19[1] thylacus *Gaud. Leid. Dresd.* thilacus *Par.* 7921 chilacus *Par.* 7920

XVI

Parúnculis ad lítus ludit céleribus.

XVII

Conténdit oculos: dérepente abiít celox.

XVIII

Vínnulum sensílocum . . . . . .

XIX

26 Ea est séditiosa, ea cúm uiro bellúm gerit.

enses et M. Hertzium annall. philoll. 1862 p. 725 L. Muellerus ibidem 1867 p. 491 XVI Isidorus origg. XIX 1, 20 'paro nauigium piratarum usui aptum...Cicero: tunc se fluctigyro tradit mandatque paroni. et alibi: parunculis' e. q. s. In Ciceronis hexametro, quem e Mario poemate sumptum statuunt, fluctigyro habent German. 805 et 806 fluctigero Wolfenb. Monac. cum ceteris libris. Alterum uersiculum comoediae tribuit L. Mueller annall. philoll. 1866 p. 399. De frusto, quod apud Festum p. 313 M. s. u. 'struere' legitur, inserto a me olim inter palliatae reliquias (inc. inc. fab. XVI), dixi in corollario ad tragicos p. LXIII. XVII Nonius 518, 8 'derepente Turpilius . . . Ennius . . . Afranius Incendio [VI] idem in Omine [III] Contendit' e. q. s. 'Accius . . . Nouius . . . Terentius . . . Pomponius . . . Ennius . . . Varro . . .' (Idem: contendit Lipsius Epist. quaest. V 25; post exilit ultimum praecedentis exempli uerbum excidere item potuit; an Titinius? 'poetam ueterem' dicit Bentleius ad Hor. epist. I 1, 28) De loco Varroniano de l. L. VII 104 M., unde frusta duo olim hic (XVIII sq.) intuli, disputaui in mus. Rhen. XXVII p. 181 sqq.: uide nunc Iuuentii fr. inc. fab. IV XVIII Nonius p. 186, 10 'uinnulum sensi locum, id est inlecebrum Plautus Asinaria . . . oratione uinnula uenustula' (sensilocum Iunius, Nonio tribuit Quicheratius inlecebrosum recte idem, ut ipse conieci. inlecebram L. Mueller) Comoediae frustum postquam agnouerunt Basileenses editores, denuo indicauit L. Mueller annall. philoll. 1868 p. 429 XIX Cicero ad Atticum II 1, 5 'ego illam' (Clodiam) 'odi male consularem: ea est enim seditiosa, ea cum uiro bellum gerit, neque solum cum Metello, sed etiam cum Fabio' (ea utrumque seclusit Baiterus. est enim s. et Schuetzius, bene, si Ciceronis sermo esset.) Comicum uersum primus enotauit Orellius, eumque secutus est Buechelerus, qui Coni. Lat. 19 'uel Caecilium uel Afranium in imperiosae descriptione coniugis hoc usum esse' senario coniecit. Conferri idem iubet Axionici fr. 6, 9 *οἷον φίλερίς τίς ἐστι καὶ μάχεταί τί μοι* ex Chalcidico et Menandri fr. 296, 6 (*ἐκ τῶν Κυβερ-*

21 parunculis (is *corr. ex* iis *aut* us) *Monac.* parungulis (c *supra* g *scr. in Germ.* 806) *German. uterque* paruncolis *Wolfenb.* litos (u *supra* o *scr. in Germ.* 806) *German. uterque* 22 ábiit *scripsi* habit *Leid.* abit *ceteri libri* celox *Lipsius* colo *libri* colos *Rothius* loco *Maehly* 23 sensilocum *Par. O continuat* sensi locum *ceteri*, *quem senarii uel septenarii exitum fuisse statuit L. Muellerus* 26 *paulo leniores numeros* ea seditiosast, cum *uel* est s. et cum *Ciceronis uerba praecludi uidentur*

XX

. . . . ómnimode ames quá ioco qua sério.

XXI

. . Fortunae sínt committenda ómnia.
Sine spé conamur úlla.

XXII

Artém ne pudeat próloqui quam fáctites.

XXIII

Ain tándem, leno? . . . . . .

XXIV

Séd sibi cum tetulít coronam ob cólligandas núptias,
Tíbi ferebat; cúm simulabat sé sibi alacritér dare,

τητῶν). XX Fronto epist. ad M. Caesarem I 8 p. 24 Nab. (56 Nieb. 37 ed. Rom.) 'uale et me, obsecro, omnimode ames qua ioco qua serio.' Quem locum laudauit Lachmannus in Lucr. II 488, sed ut de uersu nihil suspicaretur: nec diffiteor ambiguum esse iudicium. XXI Cicero ad Att. X 2, 2 'λαλαγεῦσα iam adest, et animus ardet,' (cf. Caecil. 230) 'neque est quicquam, quo et qua . . . res sunt inexplicabiles. Fortunae' e. q. s. 'Melius si quid acciderit, mirabimur.' Poetae uerba non agnouerunt XXII Cicero orat. 43, 147 'me autem siue peruolgatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui q. f., dissimulare non sinit quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit' e. q. s. (peruolgatissimus scripsi, ut extat in Abrincensi codice. peruagatissimus cum ceteris uulgo.) Quem olim dubitanter inter tragoediae reliquias (inc. inc. fab. XIX) recepissem nunc comoediae adsignare malui uersiculum: fortasse mimicus est. XXIII Quintilianus IX 3, 16 (de figuris in particularum, uelut 'sed enim', 'nam quis', 'tam magis . . . quam magis' usu disserens) 'pleni talibus antiqui sunt. initio Eunuchi Terentius: quid igitur faciam? inquit. alius: ain tandem leno? Catullus in Epithalamio: dum innupta manet' e. q. s. (alius: ain Halmius. alius in Ambr. Bamb. allusit Monac. Argent., edd. alius fit olim conieceram. In alius litteris Atilius uel Caecilius, immo Statius, latere suspicatur Woelfflinus) XXIV Cicero de orat. III 58, 219 'aliud uoluptas: effusum et tenerum, hilaratum ac remissum:

27 *senarium explere* med *addendo nolui* 30 *uersum e Ciceronis uerbis conformaui* 32 sibi *Abrinc. Erl. a b* mihi *ceteri* colligandas *Erl. a b* colicandas *Abrinc.* collocandas *uulgo* coiugandas *L. Muellerus de re m.* 361 33 se sibi alacriter dare *interim scripsi*, *dum quod probabilius esset inueniretur.* se sibi aiaci dare *Abrinc. Erl. a b* sese aiaci dare *Lag. plerique*, *ed. Rom.* sese aiacidan (*uel* uati) dare *alii Lag.* sese alacri dare *Lag.* 81, *Vict. et om.* dare *Gud. a b* sese alteri dare *uulgo* sese altaribus dare *commendauit Bergkius de Helena ex tragoedia uerba esse suspicans.* se sibi amiculum (*uel* fallaci) dare *coni. Kiesslingius. Temptaui uaria*, *olim* se sibi

Tum ád te ludibúnda docte et délicate détulit.

XXV

'Exiliuit quási petulcus quídam, pedibus cómnibrauit.

XXVI

Agite íte: quid dubitátis hilareis dáre choros?

XXVII (Trabeae inc. 2)

Tánta laetitia aúctus sum, ut nil cónstet . . . . .

XXVIII

difficile ést loqui.

sed sibi' e. q. s. Num ex Naeuii Tarentilla? XXV Festus p. 206 M. 'petulantes et petulci — — Afranius in Ida — interdum pro ueloce usi uidentur antiqui, ut hoc uersu intellegi potest: exiliuit' e. q. s. XXVI Pseudoacro in Horatii epod. 1, 1 'comicus' (trimeter) 'erit, qui frequentes tribrachos habet, ut: agite' e. q. s. 'Satyricus medius ut: Musae Iouem laudate et hilares date choros.' Eadem fere commentator Cruquii: exemplum omittere nolui, quamquam facile potest in scholae usum confictum uideri. XXVII Cicero de fin. II 4, 14 'modo intellegas inter illum qui dicat tanta' e. q. s. 'et eum qui: nunc demum mihi animus ardet' (Caecil. 230), 'quorum alter laetitia gestiat, alter dolore crucietur, esse illum medium...qui nec laetetur uec angatur.' Eadem tangi in Tusc. disp. IV 15, 35 'quae si quando adepta erit id quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate ut nihil ei constet quod agat' coniecit Bentleius. XXVIII—XXX Cicero epist. ad fam. II 9 'cum gratulor, tum uero quibus uerbis tibi gratias agam non reperio, quod ita factus sis, ut dederis nobis, quem admodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus.' (cf. VIII 3, 1. 9, 1 II 10, 1) 'Itaque cum primum audiui, ego ille ipse factus sum — scis quem dicam — egique omnis illos adulescentis, quos ille actitat' (sic Lambinus iactitat Med., item infra). 'Difficile est loqui. Te autem contemplans absentem et quasi tecum coram loquerer: non edepol... feceris. Quod quia praeter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud: incredibile' e. q. s. — — 'quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille.' Difficile est loqui ipsa quoque adulescentis

---

iam facis dare, *postea* se sibi uittas indere *uel* sibi se amaraci dare *uel* se sibi amaranthi dare 34 tum *scripsi* cum *libri* a te (*i. e.* at te) *Abrinc. Erl. ab*, *Lag. aliquot* ad te *ceteri Lag.*, *Vict. Gud. tres*, *ed. Rom.* 35 exiliuit *Aldina* exiluit *cod.* 36 ite *addidi*, *om. exemplaria* 37 ut| et *Pal. B Bodl.* nihil *libri fere omnes* mihi non *Dauisius dicit esse in Par. a et b*, *Ball.* (*Oxx. negant*) constet *tuentur Bentleius et Maduicus* constet² (eum qui) *Pal. B* constetur *Bodl.* constem *eidem Dauisii codd.* Tanta auctus sum laetitia, ut non constem mihi *Bothius* tanta laetitia auctus sum ut nihil constet, quod agam mihi *Bergkius*, *quibus statim adiungendum conicit Trabeae fr. I. Nostra commendauit Maduicus. Integrum senarium elicies transponendo:* tantá sum laetitia aúctus, ut constét nihil.

XXIX

Non édepol quantam rem égeris neque quántum facinus féceris

XXX

'Incredibile hoc fáctum obicitur . . . . . .

XXXI

nec múlieri

Nec grémio credi opórtet.

XXXII

Módo pueros, modo ádulescentes ín cursu a tergo ínsequens

Néc opinantis ádsecuta est.

XXXIII

Sentín senem esse táctum trigintá minis?

XXXIV

Nónne tu scis? sí quas aedes ígnis cepit ácriter,
Haúd facilest defénsu qui ne cómburantur próxumae.

cuiusdam exultantis uerba esse conieci XXXI Festus p. 165 M. 'nec mulieri nec gremio credi oportere prouerbium est, quod et illa incerti et leuis animi est et plerumque in gremio posita, cum in oblitionem uenerunt exsurgentium, procidunt.' Comoedia respici aisa est M. Hertzio Philol. I 612 XXXII Cicero Tusc. disp. I 39, 94 'quae uero aetas longa est, aut quid omnino homini longum? Nonne modo ...adsecuta est senectus?' XXXIII Cicero de orat. II 64, 257 'saepe etiam uersus facete interponitur uel ut est uel paululum immutatus, aut aliqua pars uersus, ut...[Caecil. inc. fab. IV] Nam in Caelio sane etiam ad causam utile fuit tuum illud, Antoni, cum ille a se pecuniam profectam diceret testis et haberet filium delicatiorem, abeunte iam illo: sentin' e. q. s. XXXIV Charisius p. 176 P. 'acriter

39 rem egeris *Med. altero exemplo, Martyni-Laguna* egeris rem *cod. hic* 40 incredibilem *cod. infra* factum *ed. antiq. signata A apud Orellium, Martyni-Laguna* factu *cod. hic*, facto *altero exemplo* 41 *sq. Cum omnino incertum sit, num in comoedia haec locum habuerint, tum de numeris certi nihil adfirmari licet: possis e. c. uno uersu continuare* nec múlieri nec grémio oportet crédier 43 *sq. uersus agnouit Bentleius De synecphonesi in* pueros *Lachmannus in Lucr.* 129 *dixit, et eadem usus est Liuius Andronicus trag.* 26: *transponendum* púeros modo *censuit Fleckeisenus* 45 sentin *nolui mutare, quamquam* hem scin *non longe abest.* satin *Buecheleus* 46 *sq. septenarios indicauit C. Langius* nonne *Keilius. qua particula Terentium certe usum esse constat, de Plauto dubitatur.* non *cod.* 47 facile est *Keilius* facile sunt *cod.* faciles sunt

XXXV

Felícitas est quám uocant sapiéntiam.

XXXVI

Med ésse acerbum síbi, uti sim dulcís mihi.

XXXVII

aégre faciam fíliis

XXXVIII

Si núnc redire pósset ad superós pater,
Qui té tutamen fóre sperarat fámiliae
Domuíque columen, nónne [tibi] sic díceret?

Crispus III ** non tu scis' e. q. s. Excidisse Sallustii uerba et nomen poetae uidit Carolus Langius adnot. in Cic. Lael. 51 p. 442 (post A. Schotti obs. hum. Hanouiae 1615) Comico poetae tribuit uersus Keilius idemque constituit. XXXV Quintilianus VI 3, 97 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi, seu toti, ut sunt...seu uerbis ex parte mutatis; ut in eum, qui, cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur: hereditas est quam uocant sapientiam, pro illo: felicitas est.' (cuius hereditas Argent. et corr. Turic. falicitas, corr. felicitas Ambros. facillitas Monac. facilitas ceteri libri, quod etiam Halmius probauit) Contulit Hauptius Herm. IV 35 ex Menandri Hypobolimaeo fr. 471 *παύσασθε νοῦν ἔχοντες· οὐδὲ γὰρ πλέον Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστὶν ἄλλο τῆς τύχης*, ut fortasse Caecilii sit uersiculus. XXXVI Cicero epist. ad fam. III 8, 8 'cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior et temporibus, quibus alii mouentur, isdem ego mouear, me esse' e. q. s. XXXVII Charisius p. 176 P. '* aegre f. f. idem in eadem * subaudiri debet uerbum, ut sit aegre. aliter Plautus in Bacchidibus' e. q. s. Lacunas, quibus et nomen et uersus poetae, cuius uerba priore loco relicta sunt, exciderunt Keilius indicauit. XXXVIII Charisius V p. 252 P. 'per prosopopoeiam, cum loquentes finguntur qui nulli sunt, tamquam: si nunc' e. q. s.

G. Wagnerus ephem. gymnas. 1855 *p.* 192 qui ne *cod.* quin et *ed. pr.* haud faciles defensu sunt quin *coniecerat L. Mueller de re m.* 430, *qui in mus. Rhen. XXIV* 242 *Keilio adsensus est* 48 felicitas *scripsi, cui substitui totidem syllabis* hereditas *posset: [item Hauptius l. l.] u. supra.* est *Ambros.* esset *Monac. Argent.* 49 med *Martyni-Laguna* me *cod.* uti *scripsi* ut *cod.* pulcis *Med., olim correctum* 52 fore sperarat *Lindemannus* fore sperare *cod.* fore parare *ed. pr.* fore putarat *Fabricius* 53 incolumen *ed. pr.* nonne tibi *scripsi* n *cod. litteris tribus uel quattuor in lineae fine deletis, quamquam etiam plus intercidisse possit.* nonne potes *ed. pr., in quibus tamen* potes *errore confictum uidetur H. Keilio: nam in cod. cum uerbo* redire *terminetur linea, ei additum sed signo* ⌊ *disiunctum legi* p..., *quod cum ad superiorem lineam referri debuerit, falso postea pro inferioris exitu habitum esse.* nonne putas *Fabricius* nonne haec *in cod. esse adnotauit Lindemannus, unde* nonne haec tibi *Keilius*

'Cur tē dedecoras, fámam cur maculás tuam?
Cur rém dilapidas, quám miser extruxít labor?'

XXXIX—XLI

Tutáre amici caúsam, potis es, súscipe.
Obícitur crimen cápitis, purga fórtiter.
In amíci causa es, ímmo certe pótior es.

XLII

Prórsus aequum est. pátere, Daue: mé poenae oppone . . .

XLIII

. . . ? egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —?
Relínqui num potuít? non perpetiár, non etiam pérferam.

XXXIX—XLI Charisius V p. 253 P. 'per apologismon, siue ultro dando, cum aliquid aduersario nostro ultro damus, quo uti eum scimus non posse, tamquam: tutare' e. q. s. Olim disiunctos tres uersiculos edideram, qui Keilio quoque cohaerere uidentur. XLII Charisius V p. 253 P. 'per commutationem: prorsus' e. q. s. 'hic non ut coepit sententiam finit: nam aiebat Daue, deinde subiecit me, cum ipse sit Dauus.' XLIII Charisius p. 254 P. 'per apoclisin: egone... perferam. consulto uerbum uel uerba praetermittit et quiddam suspicionis silentio colligit.' Ut duo frusta disiuncta tragicis ascripseram: coniunxit et ad comoediam rettulit H. Keilius; personas ego distinxi.

---

54 dedecoras *Fabricius* dedecores *cod.* famam *Fabricius* familiam *cod.* maculas *ed. pr.* macules *cod.* 55 dilapidas *Fabricius* dilapides *cod.* quam *ed. pr.* q . . . . *cod.* miser] meus *coni. Kiesslingius et Buechelerus, quod si uerum est, ut uidetur sane, ex antiqua forma* mis (*de qua uide Ritschelii de declin. quadam lat. reconditiore quaest. p.* 22 *sq.*) *apparet* miser *ortum esse* 56 potis es *Keilius* patris *cod.* patris rem *olim coniecceram ductus Lindemanni testimonio* suscipere (*pro eo quod cod. habet* suscipe) *in ed. pr. legi: sed tacet Keilius.* partis *Buechelerus* 57 purga *ed. pr.* p . . . . . *cod.* 58 es, immo certe potior es *nunc scripsi.* potior ē immo certe potior est *cod.* potior immo certior *Fabricius* nimio certe potior es *coni. Kieslingius. an* potis certe: immo potior es *scribendum?* in amico causa certior, immo potior est *Keilius* 59 aequum *cod.* aequina *ed. pr.* equino *Fabricius* patere *scripsi* (petere *olim*). *Imperatiuum intellego, non infinitiuum, quem quis Naeuii com.* 67 *firmare animum inducat.* pectore *cod.* peccasti *Lindemannus* oppono *Bucchelerus* 61 relinqui *cod.* num potuit *scripsi* n̄ (*i. e.* non) potuit *cod.* non potest *Keilius* etiam *ed. pr.* e (*in fine uersus*) *cod.* *Senarium olim his* non perpetiar loqui

XLIV

Tertullianus de anima 20 'comici Phrygas timidos inludunt.'

XLV

Viden út cinaedus órbem digito témperat?

XLVI

. . . . quás ego pugnas, quántas strages édidi!

XLVII (Enn. Add. 4)

. persuasit ánimo uinum, déus qui multo est máximus.

XLVIII

65 Líberi bellária

XLIX

66 7 Cítellae boni súnt impositae: pláne! non est nóstrum onus.

XLIV Cf. Apollodori Citharoedus: *οὐ παντα̣χοῦ Φρύξ εἰμι· τοῦ ζῆν ἣν ὁρῶ Κρεῖττον τὸ μὴ ζῆν, χρήσομαι τῷ κρείττονι.* XLV Suetonius Oct. 68 'sed et populus quondam uniuersus ludorum die et accepit in contumeliam eius et assensu maximo comprobauit uersum in scaena pronuntiatum de gallo matris deum tympanizante: uiden' e. q. s. Ioannes Saresberiensis Policrat. I 7 Ad togatam (cf. Attae Megalensia) aut ad mimum (cf. Galli Laberii) pertinere uidentur. XLVI Cicero epist. ad Att. I 16, 1 'di inmortales! quas ego pugnas et quantas strages edidi! quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus leuitatem senum, libidinem iuuentutis.' Seruum uel parasitum in comoedia gloriantem et tragicum colorem adfectantem illa praedicare potuisse suspicatus sum. XLVII Festus p. 153 M. 'metonymia est tropos, cum ab eo quod continet significatur id quod continetur, aut superior inferiore, aut' ('et' cod.) 'inferior superiore. Quae continet quod continetur, ut Ennius — ab eo quod continetur id quod continet, ut cum dicitur: epota amphora uini. a superiore inferior, ut Ennius — ab inferiore superior, ut: persuasit' e. q. s. Poetae anonymi Graeci (CCCXLII Mein.) *οἶνός μ' ἔπεισε δαιμόνων ὑπέρτατος* comici an tragici uersus sit incertum dicit Meinekius. XLVIII Gellius XIII 11, 7 'uina quoque dulciora est inuenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea Liberi bellaria.' XLIX Cicero epist. ad Att. V 15 'est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae

clauseram. Ceterum fortasse num perpetiare? *scribendum, sequentia autem* non eam perferam *priori personae tribuenda* reíci non pótuit? non perpétiar, non eam pérferam *Buechelerus* 62 *Cf. Lobeckius Aglaoph.* 1016 63 *ad supplendum uersum ex Ciceronе* di inmortales *adsumi posse monuit Buechelerus* 64 *initio* ita *suppleas* animo *om. Spengelius diurn. antiq.* 1834 *p.* 710 *senarium dimetiens* 66 *sq. septenarium constituit Buechelerus Coni. Lat.* 17

L

Quási si messor pér messim unum quémque spicum cóllegit

LI

Tám perit quam extréma faba . . . . . .

LII

. . prior ire lúci claro nón queo.

LIII

Clámor lapides fústes gladii: et haéc improuisa ómnia.

LIV

Quíd clamorem exórsa uerbis páruam rem magnám facis?

praeclara opera cessat.... clitellae' e. q. s. 'sed feremus.' Ammianus Marcellinus XVI 5 'cum exercere proludia disciplinae castrensis philosophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis, uetus illud prouerbium: clitellae boui impositae sunt, plane! non est nostrum onus Platonem crebro nominans exclamabat.' Quintilianus V 11, 21 'παροιμίας genus illud, quod est uelut fabella breuior et per allegoriam accipitur: non nostrum, inquit, onus, bos clitellas.' Pertinet ad prouerbiorum genus, cuius exempla Graeca potissimum collegit Hauptius ind. scholl. Berol. 1868/9. Caecilio ascribit Spengelius p. 9 ariolando.

L Festus p. 333 M. 'spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem. uersus est antiquus: quasi' e. q. s.

LI Festus p. 363 M. 'tam perit quam extrema faba in prouerbio est, quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.' Comoedia respici uisa est M. Hertzio Philol. I 612 LII Nonius p. 210, 15 'lux...masculino Plautus..luci' ('luce' Leid.) 'claro.. Varro ..luci claro...idem...luci claro . . . M. Tullius de officiis lib. III: et cum [primo luci Pomponi domum uenisse dicitur...] prior ire luce claro non queo.' Vncis inclusa Ciceronis uerba (31, 112: 24, 93 Quicheratius putat) una cum poetae nomine excidisse uidit Mercerus. Buechelerum mus. Rhen. XV 441 de hoc loco disserentem fugit iam receptum a me in syllogen frustum fuisse. LIII Cicero ad Att. IV 3, 3 'cum sacra uia descenderem, insecutus est me cum suis' (Clodius). 'Clamor' e. q. s. 'discessimus in uestibulum Tettii Damionis.' Numeros quos indicaueram ne nunc quidem agnouerunt editores. LIV Cicero pro Caelio 15, 36 'eum' (minimum fratrem) — 'putato tecum loqui: quid

ciltelliae *Med.* boui sunt *m.* 2 *in mg.*, bouis ut *m.* 1 *Med.* plane *Ammianus*, *quod* 'plana et aequabili uia, plano gressu' *interpretor*: *insolito onere pressi boues non se nisi lente et moderate incedere posse clamant.* illane *Med. corr.*, *Cratandrinae mg.*, *Turn. teste Bosio* illa *Med. m. pr.* ille *ed. Romana Cic.* cillane *ex Decurtato Bosius* 68 si *addidi*, *om. cod.* collegit *cod.*, *i. e.* colligit 70 et cum *praemisit Buechelerus*, *item Quicheratius*: *u. supra.* luci *Fleckeisenus conl. exerc. Plaut. p.* 12 *quem genetiuum* lucis *esse uult Bergkius symb. I* 148 *sq.* luce *libri* 71 et *Iensoniana*, *om. cod.* 72 clamorem *scripsi* clamore *libri* parum *Paris.*

LV

Obstrúdant, obsatúllent

LVI

aúdio, haut auscúlto.

LVII

74[1] 'Vsque donicum éffligatur

LVIII

Vílla est patrui. hic áger est ubi stas. póne uersum illác mare est.

LIX

'Insanum aliter suá sententia átque aliarum múlierum

LX

iniurius

LXI

. . . . Scytálosagittipélliger

tumultuaris, soror? quid insanis? quid clamorem' e. q. s. Versum esse uidit Beierus in Cic. Off. T. I p. 178 LV Festus p. 193 M. 'obstrudant, obsatullent, ab auide trudendo in gulam, non sumendo cibum.' LVI Varro de l. L. VI 83 M. 'ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent, a quo dictum poetae: audio, haut ausculto.' Cf. Caecil. u. 196.

Olim hic (fr. LVII—LIX) glossas hosticapa (cf. praef. com. ed. pr. p. XII), hamotrahones (Pauli Festus p. 102), locutulei, blaterones, linguaces (Gell. I 15, 20) inserui, quae tamen non meliore iure quam multae aliae certo testimonio destitutae comoediae ascribuntur. LVII Charisius p. 178 P. 'efflictim Naeuius in Corollaria [I], ubi Probus: usque d. e.' Sed haec non grammatici, sed poetae uerba esse monuit Ritschelius opusc. II 241. LVIII Charisius p. 191 P. 'pone uersus M. Cato ... item idem ... hostium * uilla est' e. q. s. Comoediae adsignauit septenarium L. Mueller de re m. 430. LIX Charisius p. 175 P. 'aliter pro alias Sallustius historia I: sanctus alias... item in eadem: insanum' e. q. s. Turbato titulorum ordine, de quo monuit Keilius, factum est ut et Sallustii exemplum perperam huc intruderetur, cum olim infra (in titulo 'alias pro aliter') locum habuisset, et cum nominibus uerba quoque eiusdem poetae comici eiusdemque fabulae exciderent, cuius nostra sunt. Quod perspexit L. Mueller mus. Rhen. XXIV 242.

LX Seruius in Aen. IX 107 'hinc est apud comicos iniurius, qui audet aliquid contra ordinem iuris.' LXI Tertullianus de pallio 4 'tametsi adoratur a uobis, qui erubescendus est, Scytalosagittipelliger ille, qui totam epitheti sui sortem cum muliebri cultu compen-

---

73 *potest etiam septenarii iambici exitus fuisse* obsatullent *O. Muellerus* obsatulent *cod.* 74 haud *Turnebus* aũt *Flor. teste H. K.* aut *Goth. Haun. Par. b, om. cum Par. a Spengelius* 74[5] *fortasse melius* Scýtaloságittipélliger *efferri monuit Buechelerus*

LXII

75 Sui quíque mores fíngunt fortunam hóminibus.

LXIII

Onus ést honos qui sústinet rem públicam.

LXIV

Non ést beatus, ésse se qui nón putat.

sauit.' LXII Cornelius Nepos uita Attici 11, 6 'itaque hic fecit, ut uere dictum uideatur: sui' e. q. s. Cicero Parad. 5, 35 'cui etiam quae uim habere maximam dicitur Fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit: suis ea cuique fingitur moribus.' Nonius 526, 24 'quia si prima sententia philosophica accipit intellectum, quae ait: sui ... fingunt, omnipotens fortuna esse desiuit.' Tota Nonii disputatio inde a p. 526, 16 usque ad 527, 10 ex commentario aliquo Vergiliano ad Aen. IV 696 sumpta est: cf. Seruius et Gellius XIII 1. Versus noster inter Publilii Syri sententias referebatur (sent. fals. 141 p. 124 W.): et 'mimicum uersum' dicit Lachmannus quoque in Lucr. 94, sed mimum dubito num Cicero 'sapientis poetae' nomine ornauerit. LXIII Varro de l. L. V 73 'honos ab honere siue onere, itaque honestum dicitur quod oneratum, et dictum: onus' e. q. s. Fortasse uersus popularis fuit ut ille, quem olim hic posui ex Varrone de re rust. III 2, 1 et Gellio IV 5, 5 'malúm consilium cónsultori péssimumst.' LXIV Seneca epist. 9, 21 'apud poetam comicum inuenies: non est beatus' e. q. s. cf. Publilii Syri sent. fals. 239 p. 128 W. Retinui hoc loco olim adiunctas sententias quas Seneca laudauit, quamquam quaedam carum etiam in sylloge quae Publilii Syri nomine fertur extant nec minus probabiliter aliae quoque ad mimum referuntur.

75 sui quique *scribendum esse post Fleckeisenum Philol. IV* 340 *demonstrauit Lachmannus in Lucr.* 94 sui quoique *Haenel.* sui cuique *ceteri libri Nepotis, Nonius, quod a Klotzio recte defensum uidetur Nipperdeio in Corn. Nep. spicil. crit.* 78 suis ea cuique *Cicero, sed* suis // ea cuique *Leid. a* suis ea quisque *Pith.* suis quisque *Gud.* 2 *Bern.* 702 suis quisque forte *Erl.* mores fingunt *Nepos et Nonius, nisi quod* funguntur *Monac. Haen. Nepotis* fingitur moribus *Cicero, sed* fungitur *Vindob. Oehl. Erl. Duisb. Gud. b Pith.* fugitur *Bern.* fungi se *Gud.* 150 fortunam hominibus *om. Nonius, adduntur a Cornelio Nepote, ubi tamen* fortuna *Mon. Haen.* hominibus *om. cod. collegii Rom., Leid. Voss. ab* omnibus *suprascr. in Gifan. Wolf. Sang. Vrbin. Ottob. Alex. Patau. Haen.* suis fingitur fortuna cuique moribus *apud Ciceronem scribit Lachmannus, nec reprehensurum se dicit uersum huius modi:* fortunam hominibus mores cuique dant sui. 77 non est b. qui se beatum esse non putat *Rehd. Vatic.* $\alpha\beta\gamma$ *Palat.* λ non est beatum esse commune i. e. non est beatus qui non putat *Palat. r Ottob.*

LXV

Is mínimo eget mortális, qui minimúm cupit.

LXVI

Quod uúlt habet, qui uélle quod satis ést potest.

LXVII

In núllum auarus bónus est, in se péssimus.

LXVIII

Auárus animus núllo satiatúr lucro.

LXIX

Ab álio expectes álteri quod féceris.

LXX

Benefícia in uolgus cúm largiri instítueris,
Perdénda sunt multa, út semel ponás bene.

LXV sq. Seneca epist. 108, 11 'de contemptu pecuniae multa dicuntur . . . magis tamen feriuntur animi, cum carmina eius modi dicta sunt : is minimo' e. q. s. 'quod uult' e. q. s. 'cum haec atque huius modi audimus, ad confessionem ueritatis adducimur.' Publ. Syr. sent. 242. 443 R^1 (286, fals. 322 W.) LXVII Seneca epist. 108, 9 'non uides quem admodum theatra consonent, quotiens aliqua dicta sunt quae publice adgnoscimus et consensu uera esse testamur? [Publ. Syr. sent. 121 R^1 = 236 W.] in nullum' e. q. s. 'ad hos uersus ille sordidissimus plaudit et uitiis suis fieri conuicium gaudet.' Publ. Syr. sent. 224 R^1 = 234 W. LXVIII Seneca epist. 94, 43 'quis autem negauerit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis: nihil nimis' (Terent. Andr. 61) 'auarus' e. q. s. 'ab alio' e. q. s. 'haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut interrogare: quare?' Lactantius diu. instit. I 16, 10 'non illepide Seneca in libris moralis philosophiae: quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi uenit in mentem [LXIX] et timet ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?' Ael. Lampridius de Alexandro Seuero 51 'clamabatque saepius quod a quibusdam siue Iudaeis siue Christianis audierat et tenebat, idque per praeconem, cum aliquem emendaret, dici iubebat: quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Quam sententiam usque adeo dilexit, ut et in Palatio et in publicis operibus praescribi iuberet.' Publ. Syr. sent. 37 R^1 = fals. 36 W., 1 R^1 = 2 W. LXX Seneca de benef. I 2 'beneficia' e. q. s. 'in priore uersu utrumque reprehendas: nam nec in uolgus effundenda sunt et nullius rei, minime beneficiorum honesta largitio est . . . sequens sensus mirificus est, qui uno bene posito beneficio multorum amissorum damna solatur.' Cf.

83 statueris *Henk.* 84 ut unum semel *Vratisl.* uero semel bene ponas *Mediol. E*

LXXI

85 quid? tu non intéllegis
|Benefíciis| tantum grátiae te démere,
86 Quantúm morae adicis?

LXXII

Póstea nolí rogare, quom ínpetrare nólueris.

LXXIII

Iniúriarum rémedium est oblíuio.

LXXIV

Sat céleriter fit quídquid fiet sátis bene.

LXXV

90/1 'Vbi non sis qui fúeris, non est cúr uelis [ibi] uíuere.

Publilii Syri sent. fals. 287 p. 130 W. LXXI Seneca de benef. II 5, 2 'quare uerissimum existima, quod ille comicus dixit: quid?' e. q. s. ('quare uerum est tantum te gratiae demere' om. reliquis Mediol. CDE Henk., add. cetera in mg. Guelf. IV) LXXII Seneca epist. 95, 1 'scio te in bonam partem accepturum, si negauero. eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: postea' e. q. s. 'interdum enim enixe petimus id, quod recusaremus, si quis obferret.' Cf. Pseudoseneca de mor. 33 LXXIII Seneca epist. 94, 28 'numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus? Iniuriarum' e. q. s. (Publ. Syr. sent. 222 R^1 = 250 W.) LXXIV Suetonius Octau. 25 'crebro itaque illa iactabat: *σπεῦδε βραδέως* et *ἀσφαλὴς γὰρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης* et: sat celeriter fieri q. fiat s. b.' Fortasse haec quoque mimo reddenda sunt. LXXV Cicero ep. ad fam. VII 3, 4 'mortem mihi cur consciscerem causa non uisa est, cur optarem multae causae; uetus est enim, ubi non sis qui fueris, non esse cur uelis uiuere.' Scaenici poetae uersiculum esse intellexit Schneidewinus Philol. III 132, qui de tragico cogitauerat, inter comoediae reliquias ipse recepi. Sed de genere fabulae incerta ariolatio.

85[1] beneficiis *inserui*, *om. libri* gratiae, *om.* te, *Tross.* te gratiae *ceteri libri* 86 quantumque morae *Guelf. G* 87 quom *scripsi* quod *libri* imperare *Vatic. α Palat. II Alexandr.* nolueris *libri*, *quod si uerum est*, *consonantis uice* u *fungitur ut in Luciliano illo* 'quem uisere nolue|ris, cum debueris.' non uelis *fuit cum conicerem.* 89 *uerba in numeros redegi* 90 *sq. septenarium trochaicum integrum constituit Buecheler us mus. Rhen. XI* 511; *duorum frusta* (*cum* uiuere *in alterius uersus initio ponerem*) *ipse discripseram: abhorrent ab arte quae Schneidewinus proposuit.* ibi *inseruit Fleckeisenus annall. philoll.* 1861 *p.* 141, 1866 *p.* 628 *sq.* iam *Buecheler us*

LXXVI

Saépe qui miseréri potuit, rógitat misericórdiam.

LXXVII

. . . homò locum órnat, non hominém locus.

LXXVIII

Odí puerulos praécoqui sapiéntia.

LXXIX

Quid trístiorem uídeo te esse quam ántidhac,
Lampádio? numquid fámiliaris fílius

LXXVI Seneca controu. IX 27 p. 274 B. Versum esse intellexit Andreas Schottus LXXVII Charisius V p. 254 P. 'per antimetabolen: homo' e. q. s. Inter tragoediae reliquias (inc. inc. fab. XX) olim rettuli cuius simillimam, sed colore diuersam sententiam protulerit Accius u. 272. Nostra ad quod scaenicae poesis genus pertineat ambiguum est, sed cf. Philemonis fr. 189 *οὐχ ἡ πόλις σου τὸ γένος εὐγενὲς ποιεῖ, Σὺ δ' εὐγενίζεις τὴν πόλιν πράσσων καλῶς.* LXXVIII Apuleius apol. c. 85 p. 571 Oud. 95 K. 'est ille poetae uersus non ignotus: odi' e. q. s. 'sed enim malitia praecoqui puerum quis non auersetur atque oderit?' Cf. Publilii Syri sent. fals. 265 p. 129 W. LXXIX Nonius 187, 10 'uirgindemiam, ut uindemiam, hoc est uirgarum adparatum uel demptionem uel decerptionem ob uerbera. Varro Agathone: quid' e. q. s. Sed potest uel Varro de comoedia locum saturae inmiscuisse uel eius exemplum una cum comici poetae nomine in Nonii libris excidisse. Adsensum tuli Vahleni Coni. p. 13, Buecheleri mus. Rhen. XIV 424, Roeperi Philol. XVII 89, Riesii Varronis rell. p. 97, quorum illis, Vahlenum et Buechelerum dico, prior, altera coniectura praeplacuit Roepero et Riesio. Et in nouissima Menippearum Varronianarum recognitione ipse Buechelerus Riesii exemplum secutus ut 'spurium', h. e. a Varrone alienum notauit hoc fragmentum. Lampadionem comoediam Naeuius scripsit.

Stilo comico ad prologi similitudinem compositi, non recitati in scaena uersus Varroniani quos olim in praef. com. ed. pr. p. XII recensui:

> Vosque ín theatro quí uoluptatem aúribus
> Huc aúcupatum cóncucurristís domo,
> Adéste et animo quaé feram cognóscite,
> Domum út feratis éc theatro lítteras.

Extant apud Nonium p. 325 16 'ignoscite rursum noscite uel discite. Varro in Gloria (Inglorio Vahlenus) *περὶ φθόνου*: uosque' e. q. s. Graecanica arte hos trimetros compositos esse monuit Buechelerus mus. Rhen. XIV 446. Varia scriptura haec est: 1 uosqui Leid. m. pr. teatro Leid. W uoluptatem Iunius uoluntatem libri 2 concucurristis Scaliger. concurristis libri, nisi quod conconcurristis Harl. m. pr. domo Harl. W domu Leid. 3 adest Leid. m. pr. et animo scripsi; si per artem metricam poetae liceret, com-

92 rogitat misericordiam *poetam scripsisse suspicor* misericordiam rogat *Seneca* 93 locum ornat *scripsi* ornat locum *cod.* 96 antidhac *Rolandius* angit hac *libri* 97 numquid *Mercerus* nemquid *libri*, *h. e.* nimquid, *de qua forma dixi in corollario ad tragicos p. LXXVI* familiaris *ed.* 1526 familiares *libri*

Amát nec spes est aúxili argentária,
Ideóque scapulae métuunt uirgindémiam?

LXXX

Quód dedi datúm non uellem: quód relicuomst nón dabo.

LXXXI

Né dares, ne pólliceres. quód datum est . . . .

LXXXII

Símilem habent lactúcam labia cómedentʼe asino cárduos.

mendarem aequo animo et; an aequo animo adeste audendum. cf. Ter. prol. Andr. 24 haut. 35 Phorm. 30 (hec. II 20 adelph. 24 eun. 43) est a me (amer Leid. m. sec. Harl.) libri et a me Iunius cognoscite Iunius, commendauit Buechelerus ignosciui Leid. ignoscite ceteri libri mi gnoscite Oehlerus animo gnoscite Riesius 4 domui feratis Leid. ec scripsi et libri e edd. litteris W m. pr. LXXX Plautus Cistell. II 1, 29 ‘intér nouam rem uerbum usurpabo uetus: Quód dedi’ e. q. s. Ambiguam huius dicti originem esse sensi olim in quaest. scen. p. 353. Nunc intellego responsum quod ad amussim quadret exhiberi dicto quod hic statim adiunxi. LXXXI Nonius p. 471, 11 ‘pollicere pro polliceris. Varro ἄνθρωποπόλι περὶ γενεθλιακῆς: nam in omnibus legi ὑπέρβατον’ (καθ’ ὑπέρβατον Mercerus): ‘ne dares’ e. q. s. De librorum scriptura cf. Riesii adnot. p. 104 Ex comoedia sumptum a Varrone figurae exemplum esse statuit Buechelerus mus. Rhen. XX 405; ‘in omnibus’ autem intellego ‘in omnibus eius comoediae libris.’ LXXXII Hieronymus ad Chromatium I 7 ‘secundum illud, de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucilius: similem’ e. q. s. Cf. Dousa Lucilii fr. inc. 166, Gerlachius p. 106. Septenarium restituit L. Mueller mus. Rhen. XXIV 249, auditum a Crasso in comoedia fuisse coniciens. Sententiam non explicauit, quae aut fallor aut talis fuit: labra hominis uoracis nescio cuius lactucam simili modo tenent et tractant ut asinus carduos comedens.

Vt fr. LXXIX et LXXXI Varro, item Lucilius uide an praeter uersiculum modo prolatum scaenae debeat etiam hos duos:

Caede óstium, Gnatho, úrge. perstant? périimus.

et

Gnathó, quid actum est? ‖ dépilati omnés sumus.

Laudat priorem Nonius p. 272, 15 ‘caedere, frangere...Lucilius lib. XXVIIII: caede’ e. q. s. et 417, 31 ‘urgere, insistere. Lucilius lib. XXVIII: caede’ e. q. s. alterum idem p. 36, 25 ‘depilati dicitur rarefacti. Lucilius lib. XXIX: nato’ e. q. s. Varia librorum scriptura haec:

1 hostium libri p. 272 grato libri p. 272 perstant scripsi: cf. Cic. ad Att. XIII 23, 3 ubi persta legendum. reistam libri

98 nec *Gifanius* haec *libri* argentarii *fuit qui coniceret* 99 uirgindemiam *edd.* uirgarumdemiam *libri* 101 quod *Iunius* quid *libri* *post* polliceres *grauiter interpunxi*, *secutam enim fuisse hanc sententiam suspicor*: quod datumst, non redditur. 102 labia *L. Mueller* labra *Hieronymus* asino carduos comedente *Hieronymus*,

LXXXIII

Quae pótero tangam: tú mihi legés tene.

LXXXIV

uae mihi, matér mea!

LXXXV

105 [Sátis] est: reuoca frátrem [eodem stírpe gnatum:] plaúdite!

p. 272 restant p. 417 periimus ms. Iunii, Mercerus perimus libri ceteri Fortasse perstant et periimus inter duas personas distribuenda. Parum probabilia coniecit CMFrancken Coni. crit. ad Lucilium II p. 8 2 Gnatho Mercerus nato libri narro quod Palmerius Distinxi personas

LXXXIII Excerpta Bernensia in Hageni anal. Helu. p. CCXXXI, 14 et Iulianus Toletanus p. 9 exemplum exhibent s litterae non liquescentis. LXXXIV Excerpta Bern. in Hageni anal. Helu. p. CCXXVIII et Iulianus Toletanus p. 103 'ue est coniunctio . . . quando fuerit praepositiuum et cum commotione animi dictum, ut puta, uae mihi m. m., erit interiectio dolentis.' Etiam ex tragoedia sumpta esse possunt.

Ex Pompeianis uersiculis unum exemplum hic excerpere satis habui, n. 1896 Z.:

ubi pérna cocta est, sí conuiuae appónitur,
non gústat pernam, língit ollam aut cáccabum.

Quae in hospitem aliquem nimis officiosum et modestum uidentur dicta esse, qui conuiuae epulas integras concedat, ipse sibi nihil fere sumat. Ex fabulae alicuius memoria in murum transcripta esse Buechelerus quoque mus. Rhen. XII 257 et anthol. Lat. spec. I p. 7 statuit. Inter reliqua forsitan possint comici poetae esse n. 1883 Z.

némo est bellus nísi qui amauit múlierem adules[céntulus.

et 2069 (Buecheleri anthol. Lat. spec. I n. XIV)

morám si quaeres, spárge milium et cóllige.

LXXXV Festus p. 313 M. 'stir[pem in masculino gene]re antiqui [usurparunt pro eo quod est fe]mina, met[aphorico uocabuli usu,] quae nunc in [femineo profertur gene]re. Liuius — — [Ennius] — a stirpe supremo . . . . . [satis] est, reuoca fratre[m eodem stirpe gnatum] plaudite.' Alia quaedam, de quibus in corollario dicendum erit, sciens praetereo.

---

quae transposuit L. Mueller *an* comedenti? *nisi forte ablatiuum cum* similem *adiectiuo coniunctum fuisse statuas.* 103 tumia *Iulianus* *Conici possit* tú mihi leges béne tene 104 ue *Bern.* 105 satis *Vrsinus, non apparet in cod.* fratrem eodem stirpe *Vrsinus* fratre . . . . . *cod.* gnatum *O. Muellerus, non apparet in cod.* prognatum *Vrsinus*

FABVLA TOGATA

TITINIVS

BARBATVS

I (5)

. . inauratae átque inlautae múlieris

II (8)

. prius quam auró priuatae púrpuramque aptaé simus

III (4)

. ego ab laná soloci ad púrpuram data . . .

TITINI BARBATVS Ita inscribi iussit Mercerus in Non. p. 3. Cf. Varro de l. L. V 119 'nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine, Graeca figura barbatus.' Festus p. 177 M. 'nanum Graeci uas aquarium dicunt humile et concauum, quod uulgo uocant situlum barbatum pumilionemue, nam ita nani dicuntur.' Ad quae Scaliger e glossario Philoxeni attulit: 'bardatus *νάννος*, *τὸ σκεῦος*.' Sed fortasse aliud nescio quid in uestigiis barato barrato barnato baratto uarrato uarcato uarro latet: quod in Charisii ed. pr. ubique legitur baratro uel barathro Graecum uocabulum propter togatae fabulae indolem nolim sane recipere, nec de barrato homine, qui barro instructus sit uel uehatur, facile licebit cogitare. Longius abest baburro, obscurum uaricato: minus per se displiceat bacchato. I Charisius II p. 181 P. 'inauratae pro non auratae.' (inaurate et aurate Neap. corr. et excerpta Bern.) 'Titinius in barrato: inauratae' e. q. s. II Charisius II p. 212 P. 'a pro ad, Titinius in barato: prius quam' e. q. s. 'nam et apes quasi aptae sunt, quod inuicem colligantur.' (titinnius Par. barnato Par. barathro ed. pr.) III Festus p. 301 M. 'solox, lana crassa, et pecus, quod passim pascitur non tectum. Titinius in barrato: ego' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'solox lana crassa uel

---

demnatus est *libri* 155 *an* ludor? priuignae *edd.* priuigne *libri*, *nisi quod* prouigne *Bamb.* 156 subimus *cod.*, *quod olim* subamus *interpretabar.* sabinus *Vat. R* sapimus *Bothius* cupimus *O. Muellerus* audimus *Lipsius epist. qu. III* 20 abimus *Bergkius symb. I* 118. *num* cluimus? *an tota sententia sic reformanda:* bene cum sapimus, tam male salimus *e. q. s., ut doctiores mulieres culinariae scil. artis minus peritae salis cibis adhibendi usum male callere dicantur.* quidem *Lipsius*, *fortasse recte* 157 ecastor *Augustinus in mg.* escastor *cod.* ecastor simul Vobis *uulgo Exitum uersus* simúl consului uóbis *praefero Vel anapaestos* tam éccastor simul uóbis ego consului *uel trochaicum septenarium* tam ecastor uóbis consului simul *Bergkius l. l. haberi iubet* 158 *sq.* id quod *scripsi* quod *corr. in* quid *Vind.* quid, *sup. m. alt.* ł quod, *Sang.* quid *Grut.* me *om. libri*, *addidi: nisi forte* rogabas *praestat* neminem *corr. m. alt. ex* nominem *Bong.* dicet *Reg.* docet *Vat.* bonam (am *m. alt. in ras.*) *Bong.* bonū, ū *corr. in* ā, *Vind.* bonum *Grut. Barb. Carolir. Versum conclusit fortasse uel* rogare *uel* negare *Numeros olim feceram creticos cum iambis*

IV (19)

. . uelim ego osse aráre campum céreum

V (17)

mírior,
Inquám, tibi uideor?

VI (1)

. . . . . lenti cálido, eluella et rápulo,
Rúmice

VII (7)

Obstrúdulenti [da] áliquid, quod pectám sedens:
Haut lúculentust, éra, formaster frígidus.

VIII (4)

quín togis cum cándidis,
Túnicis sordidís, synthesinis . . . . . .

minem peperisse hic.' IV Charisius I p. 40 P. 'ab hoc osse, huius ossis. Sic enim debet declinari, non ab hoc osso, sicut Varro dixit: osse scribebant; et Ennius: uelim' e. q. s. Idem I p. 112 P. 'os monosyllaba extra analogiam esse Plinius eodem libro sexto scribit, et addit eo magis consuetudinem in eo esse retinendam. Titinius: uelim' e. q. s. Cf. Attae Satura V Pauli Festus p. 123 M. 'mirior dicebant comparatiuum a miro. Titinnius: mirior' e. q. s. VI Nonius 210, 4 'lentem consuetudo feminino genere dici uult . . . masculino Titinius: 'lenti' e. q. s. VII Festus p. 193 M. 'obstrudant obsatullent, ab auide truendo in gulam, non sumendo cibum. Vnde et obstrudulentum . . . . . dixit Titinius: obstrudulenti' e. q. s. VIII Nonius 536, 23 'tunica est uestimentum sine manicis . . . Titinius: quin' e. q. s. (Titinius Quinto: togis Neukirchius, admodum proba-

compositos: trochacos quód rogas Néminem d. h. *statuerunt Neukirchius et Bothius* 160 *sic fere cucurrisse uidetur:* uelim égo istoc (*uel* nunc) osse *e. q. s.* 163 eluella et rapulo *scripsi* eluella et rapula *libri plerique* eluelletrapula *W* eluella trapula *Leid* uella trapula *Harl.* eluella rapula *Scaliger Castig. ad Fest.* 118 eluta alica *Bothius* 164 rumice *Turnebus* romice *Leid.* romicae *ceteri libri* rumici *Iunius* rumices *Scaliger* 165 da *Hermannus l. l.* 276, *om. libri* quod *formam ablatiui seruandam esse probaui Ritschelio mus. Rhen. XXIV* 185 quo *Hermannus: sed omnino* pectam *quid sit non intellego, pro quo siue* pascam *uel* pascar *siue* uescar *scribitur,* quod *accusatiuus esse potest: nisi forte* plectar *uerum est, ut qui poenae causa in pistrinum mittitur seruolus facetus uentri consulat.* 166 haut luculentust, era *Hermannus* aut luculentaster aut *cod.* formaster *uerum esse glossis Isidori* 'formastrum, *opus pistrinum*' *et Placidi p.* 462, 'formastro, *opere pistrino*' *et uocum* formus forcipes formucapes *exemplis probaui olim in praef. p. XII sq.* fornaster *Hermannus* 168 synthesinis *scripsi: cf.*

IX (16)

169 70 Sí erit tibi cantándum, facito usque éxuibrisses . . .

X (12)

Féminina fábulare súccrotilla uócula.

XI (2)

caue!

172[1] Expórge frontem, lábea semper fácito rictu rídeat.

XII (15)

tentipéllium

Indúcitur, rugae óre extenduntúr . .

XIII (9)

175 . . . . hominem ímprobum! nunc rúri pergraecátur.

biliter: cf. ad Setinae fr. III adn.) IX Pauli Festus p. 370 M. 'uibrissare est uocem in cantando crispare. Titinnius: si erit' é. q. s. X Festus p. 301 M. '[succrotilla] tenuis diceba[tur et alta uox.] Titinnius in . . . . . [feminina] fabulare succro[tilla uocula. Afra]nius' e. q. s. Paulus p. 300 M. 'succrotilla uox, tenuis et alta. Titinnius: feminina s. u.' XI Nonius 221, 15 'rictus generis est masculini. Titinius: caue . . . rictus. ricta neutri' e. q. s. Idem 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere: caue' e. q. s. (Titinius Caeco: exporge coni. Neukirchius. Multo probabilius de Cane titulo fabulae cogites.) XII Festus p. 364 M 'tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum, quo pelles extenduntur — — Titinium ait' (sic Ursinus. 'autem' Vaticani RS, Pius) 'Verrius existimare id medicamentum esse, quo rugae extendantur, quom dicat: tentipellium' e. q. s. 'quom ille τροπικῶς dixerit.' τετάνωθρον esse monuit Scaliger Coni. in Varr. p. 138 XIII Pauli Festus p. 215 M. 'pergraecari est epulis et potationibus inseruire. Titinnius: hominem'

Sueton. Ner. 51 sint et dicis *libri plerique* sin et dicis *Bamb.* sin dices *Leid.* 116 syntheticis *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 779

169 *sq. septenarium trochaicum discripsi: senarios* si erit tibi Cantándum *Hermannus l. l.* 276 172 caue *libri*, *uix recte. Conicci* age *uel* callide: *sed uide supra.* calue *Quicheratius* 172[1] excorde *libri p.* 456 labea *scripsi* labeat *libri p.* 456 habeat *libri p.* 221 ne habeat *Hermannus l. l.* lateat *Neukirchius* facito *Iunius* facto *libri*, *nisi quod* facto *Ursin.* 308 factos *Par. Q p.* 221 rictu rideat *Urbin.* rictus rideat *Par. Q p.* 221 rictus *ceteri libri*, *quod olim in extremo octonarii pede seruauerat*, *cuius ab initio tres syllabae deessent.* 174 inducitur *cod.* inducis *Pius* rugae in ore extenduntur *cod.*, *pro glossemate habet Forcellinius*

XIV (8)

176/7 Rus détrudetur pédicosus squálidus.

XV (11)

Quid habés nisi unam arcám sine clauí? eo cóndis [tuas]
sucérdas.

XVI (21)

Lúcius
180 Domum sé capessit.

XVII (18)

Haec quídem quasi Osculána pugna est, haú secus,
Quia quí fugere pólsi hinc spolia cólligunt.

XVIII[a]

Taréntinorum hortórum odores quí geris

e. q. s. XIV Festus p. 210 M. 'pedibus obsitum, id est pediculis, Titinius pedicosum appellat hoc modo: rus detrudetur pedicosus squalidus — — et Lucilius: ubi me uidit, caput scabit, pedes legit.' Paulus p. 211 M. 'pedes .... ab his pedicosi appellantur, ut est illud: pedicosus squalidus ubi me uidit' e. q. s. XV Festus p. 302 M. '[sucerd]ae stercus su[illum dicitur] ..... us: simus [sucerdae. Titinius: q]uid habes, nisi [unam arcam sine cla]ueo condis [sucerdas].' Paulus p. 303 M. 'sucerda stercus suillum. Titinnius: quid' e. q. s. XVI Seruius in Aen. IV 346 'quidam capessere pro ire accipiunt, ut Titinius: Lucius' e. q. s. XVII Festus p. 197 M. 'Osculana pugna in prouerbio, quo significabatur uictos uincere, quia in eadem et Valerius Laeuinus imperator Ro. a Pyrrho erat uictus, et breui eundem regem deuicerat Sulpicius ..... item imperator noster. eius rei meminit Titinius hoc modo: haec quidem' e. q. s. Cf. Velit. XI

XVIII[a] Porphyrio ad Hor. carm. II 6, 9 'de fertilitate autem et amoenitate Tarentini agri et Vergilius ... et Titinnius: Tarentinorum' e. q. s. (Titinnius Bern., ut coniecerat Suringarus hist. scholl. Latin. III 147. Titlnnius Monac. titurius ed. Romana) Comm. Cruq. l. l.

---

176 *sq.* pedicosus *ditrochaeum aequare uersumque senarium esse docuit Fleckeisenus annall. philoll.* 1861 *p.* 576 paedidosus *Scaliger in Varr. de re rust. p.* 208 pedĭculosus *Neukirchius*
178 clauí eo *Paulus* ... ueo *Festi cod. teste H. K.* tuas *addidi, om. Paulus: probabilius etiam* suis *foret, nisi hoc ipsum in* sucerdas *nomine inesset* 179 *sq.* ócius domum sé c. *coni. Kiesslingius*
181 Asculana *Turnebus Aduers. III* 11: *disseruerunt de prouerbio et de pugna ipsa M. Hertzius Philol. I* 613, *annall. philoll.* 1855 *p.* 334 *sqq., et Mercklinus* (*de Osculana pugna, ind. scholl. Dorpat.* 1854)
hau] *trium litterarum spatium in cod.* non *Scaliger* 182 qui *Bothius* in *cod.* in fuga repulsi *Lindemannus* polsi] pol isti *fuit qui proponeret, parum probabiliter* colligunt *Scaliger* colligant *cod.* 183 qui geris odores *comm. Cruq.*

XVIII[b]

camensis cursor

XIX

moraciae nuces

XX

aptra

XXI

Pseudoacron ad Hor. epist. I 13, 14 'apud Titinnium in quadam fabula inducitur ancilla, quae lanae glomus furatur et deprehenditur aspere.'

XXII

Serenus Sammonicus de re med. 1044 'praeterea si forte premit strix atra puellos, Virosa immulgens exertis ubera labris, Alia praecepit Titini sententia necti, Qui ueteri claras expressit more togatas.'

'Titurius: Tarentinorum' e. q. s. XVIII[b] Pauli Festus p. 58 M. 'cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naeuius [inc. fab. XIV]. Camensem cursorem Titinnius pro pistore dixit.' Seruum pistorem, qui camo indutus molam currendo uelut Cannensis cursor circumagat intellego: uide prooemium ind. scholl. Kiliens. 1863/4 p. VII sqq. Incertum est qua fide nitatur et quo pertineat Placidi glossa in A. Mai class. auct. VI 556: 'carensis pistoribus, a caria quem Oscorum lingua panem esse dicunt', quam et in Mommseni et in Huschkii glossariis Oscis frustra quaero. Canensem a cane, uinculi genere, Meursius; commensem a mensa, quod in libro ms. inuenerit comensem, Barthius Adu. XLI 8; Cannensem Scaliger, canentem Neukirchius. De mutandis pro pistore uerbis in praepostere uel praepetiorem uel properiorem uel pro praestante temere cogitarunt.

XIX Pauli Festus p. 139 M. 'moracias nuces Titinnius duras esse ait, unde fit diminutiuum moracillum' (moraculas Bothius) Cf. Placidi gl. 'moragis, nucibus longis.' XX Philoxeni gloss. apud Labbaeum: 'aptra, *ἀμπελόφυλλα*, *ὡς τιτίννιος*.' gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VI 502 'abtra, folia uitis.' apiastra *τὰ μελισσόφυλλα* Salmasius exerc. Plin. p. 101 apia, *ἀμπέλου φύλλα* Osannus gloss. Lat. spec. p. 8 amptra O. Muellerus in Festo p 383. Nihil mutandum censet Iosephus Klein mus. Rhen. XXIV 295. Addideram olim in praf. p. XIII. XXI Horatius epist. I 13, 14 'sic positum seruabis onus, ne forte sub ala Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum, Vt uinosa glomus furtiuae Pyrria lanae.' (pyrria uel pirria libri purri Porphyrionis MR. Cf. Lachmannus ad Lucr. p. 408, mea ad Hor. epist. p. 146 et in hoc libro ad Procilium adnotata. Versui tam Proclia quam Prilia conuenit.) Comm. Cruq. 'Pyrria] nomen est ancillae in quadam fabula Titinii, quae furata lanae glomus ita gestauit, ut deprehensa sit.' Titinius fortasse fuit quem Pauli Festus p. 11 M. affatim testatur dixisse 'pro eo quod est ad lassitudinem', ubi Terentius codd. Cf. supra p. 4 ad Liui Andr. inc. nom. I.

T. QVINCTIVS ATTA

AEDILICIA

I (2)

Datúrin estis aúrum? exultat plánipes.

II (1)

Sed sí pepugero, métuet . . . . .

AQVAE CALDAE

I

Cum nóstro ornatu pér uias meretrície lupántur.

II

4,5 'Aquae ita muginántur hodie. ' átqui ego fontem occlúsero.

Attae Aedilicia I Diomedes III p. 487 P. (453 G.) 'cuius planipedis Atta togatarum scriptor ita in Aedilicia fabula meminit: daturin' e. q. s. (atta Par. A acta Par. B ac Monac. actius ed. uett., unde Vectius coniecerat Nicol. Loensis epiphyll. IX 18. Attae nomen e cod. Puteaneo restituit L. Carrio emend. I 14. edilitia Parr. AB edicitia Monac.) II Gellius VI (VII) 9, 10 'pepugero aeque Atta in Aedilicia dicit: sed si p. m.'

Aqvae Caldae I Nonius 133, 12 'lupari, ut scortari uel prostitui. Atta Atquis calis: cum' e. q. s. (turpilius acta Leid. Cf. ann. phil. LXIX 37 acta Bamb. Aquis caldis Mercerus) II Nonius 139, 5 'muginari, murmurare . . . Atta quis caldis: atque' e. q s.

---

1 datur inest scaurum *Paris. B* dat᷑ in ē isair᷑ *Monac.* daturi si estis aurum *Hermannus l. l.* 255 aurem *coni. Keilius* 2 sed] sus *Rott., in quo* acu *uel* crus *uel* corpus *latere potest* 3 cum meretrice e (metrice *Bamb.* nostro (nño *Urbin.* 307) ornatu per uias lupantur *libri* cúm meretricie lupantur nostro o. per uias *uel potius* cúm lupantur nostro o. per u. meretricie *Buechelerus* cum meretrices nostro o. per u. lupantur *manco prima syllaba septenario iambico Hermannus l. l.* 276 *duce Mercero* 4 *sq.* aquae ita *Quicheratius et Buechelerus* atque eia (eta *W*) *libri* atque ea *ed.* 1526 atque ita *Iunius in mg.* atque etiam *Bothius et Hermannus l. l.* 277 *Personas cum Buechelero distinxi hiatus causa* atqui *scripsi* atque *libri* fontem occlusero *Bothius et Hermannus* oculsero fontem (fonte me *Leid.*) *libri* occlusero fontem *edd. ante Mercerum* *Conieceram praeterea* atque étiam muginantur hocedie (*uel* hodied), at ego f. o. *uel* átque etiam si múginantur hódie, tam ego occlúsero Fóntem (*aquis scil. uel aestuantibus animis*)

CONCILIATRIX

. . . ursum sé memordisse aútumat.

GRATVLATIO

Nihílne te populí ueretur, quí uociferere ín uia?

LVCVBRATIO

Cum prímo lucid hódie ut exornáta sit,
Atque aúspicetis: crás est communís dies.

MATERTERAE

Comm. Cruq. ad Horatii epist. II 1, 80: recte necne crocum floresque perambulet Attae Fabula] 'quae inscribitur Matertera recte necne perambulet crocum floresque, id est in scenam recepta sit, quae floribus et croco spargitur.'

MEGALENSIA

Nempe ádstat sinus ápud mensam, ubi sermó solet
Suboríri seditiósus.

CONCILIATRIX I Gellius VI (VII) 9, 8 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Atta in Conciliatrice: ursum' e. q. s. (acta Vat. Reg. ceiali tice atce Rott.) Nonius 140, 22 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt. Accius in homiliatrice: ursum' e. q. s. (Atta in Conciliatrice Lud. Carrio emend. I 14)

GRATVLATIO Nonius 496. 32 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet . . . . Acta Gratulatione: nihilne' e. q. s.

LVCVBRATIO Nonius 468, 23 'auspicaui pro auspicatus sum . . . Acta Lucubratione: cum primo' e. q. s. Dies communis qualis sit Macrobius docet Sat. I 16, 3

Vtrum MATERTERAE an MATERTERA nomen fuerit incertum. Futtilia protulerunt Porphyrio 'Atta togatarum scriptor, qui in fabula quae inscribitur Materterae ita florum genera enumerat, ut sine dubio reprehendendus sit ob nimiam loquacitatem' et Acro 'uel quia est Attae fabula, quae Matertera inscribitur, in qua flores enumerat.'

MEGALENSIA Schol. Veron. in Verg. ecl 7, 32 'sinum ergo nas

6 mordisse aptumat *Rott. Gellii* 7 *Fortasse* nilne *legendum* 8 lucid *scripsi* luci *libri* hocedie *Bergkius diurn. antiq. XIII* 292. *sed idem in symb. I p.* 147 *nihil mutandum censet. quamquam* lucis *genetiuum poni facile dicit annall. philoll.* 1870 *p.* 829. illa hodie *olim conieceram.* 9 atque ut auspicetis *libri, quibus seruatis mutili septenarii fiunt quales olim praeter senarios proposui.* luci ut exornata hodie siet Atque auspicetis *Bothius* 2 cõmunis *Bamb.* communis *ceteri libri* 10 nempe . . . sinus apud mensam *schol. Veron.: suppleui.* nempe ad mensam *Seruius* sermo de sinu solet *Seruius* 11 seditiosus *om. Seruius* nempe ad men-

NVRVS

11[1] . . inter se dégularunt ómnia.

SATVRA

uertamus nómerem,
In céra mucrone aéque aremus ósseo.

SOCRVS

Ad hánc fortunam accéssit fortuna eí paris.

patulum, *quod et masculine* sinus uocitatum, hic autem sinum lactis uas quodcumque lacte onustum. Varro .... Atta [in Megarensibus nempe — sinus apud mensam] ubi' e. q. s. Vncis inclusa nec Keilius nec Herrmannus legere potuit. Seruius in l. l. 'sinus genus est uasis, quod cum significamus, si producitur: cum uero gremium significamus, si corripimus. Varro ... Atta in Megalensibus: nempe' e. q. s.

NVRVS Charisius I p. 80 P. 'gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae Graecis uocabulis necessaria est et saepe in u transit, ut in sue mure. Atta in nuro: inter s. d. o.' (sic scripsi. in suemur ait cod. in sue mure * ait M. Hertzius mus. Rhen. VII 480, postquam in sue mure. Att. Lipsius coniecit. Suecius Putschius, Titinius Ritschelius Parerg. I 27, Iuuentius ipse poetae nomen esse olim conieci. Atreo Lipsius Mido Putschius Varo Ritschelius Anagnorizomene ego olim. Inserueram autem inter inc. poet. pall. frusta p. 97) De nominis nurus usu et notionibus disseruit Hauptius ind. scholl. Berol. 1868/9 p. 8 sq.

SATVRA Isidorus Orig. VI 9 'ceram ferro ne caedito. Postea institutum ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satyra dicens: uertamus' e. q. s. (satura Wolfenb. Mon.) Excerpta ex gloss. uet. in A. Mai auct. class. VI p. 578 'postea institutum ut in cera ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satura dicens: uertamus' e. q. s.

SOCRVS Priscianus VII 12 p. 764 P. 'paris pro par. Atta in Socru: ad' e. q. s. (Ata, t sup. m. alt., Halb. Reg. ≡ta, eras. i, ut uid., Bong. Ata Bamb. ita Barb. Erl. a idem (om. in) Grut. Sang. Carolir. socrum Reg.)

sam, ubi sérmo de sinú solet Suboríri *Hermannus l. l.* 277 12 quasi *praemittendum esse suspicor* uomere *Isidori Wolfenb.* in uomerem *Gu. b* uomeres *gloss.* 13 cera *Wolfenb. Par.* 7582 cera *Mon.* ceram *Ottonis codd. et gloss.* mucrone aeque *nunc scripsi* mucroneque *Isidorus* (*nisi quod* que *in ras. Mon. habet*), *quod ut nimis horridum ne nunc quidem probare audeo, postquam ablatiui uocalem* e *longam antiquitus fuisse demonstratum est.* uero neque *glossarium* mucronique *magno cum strepitu truculentus prooemii Berolinensis* 1866/7 *auctor p.* 4. *Dubitare uidetur CFWMueller prosod. Plaut.* 16 mucrone exaremus *prop. Buechelerus Quaeri per risum* uertamus u. In céram an (*siue* aut) mucrone umquam a. o.? *olim conieceram* 14 furtunam *Grut. Sang. Carolir.* accesit *Grut.* fortuna ei *Bothius* ei fortuna (furtuna *Grut. Carolir.*) *libri*

SVPPLICATIO

Nucémque Thasiam adde ét fauum quantúm libet.

TIRO PROFICISCENS

Pater uílicatur túus an mater uílica est?

EX INCERTIS FABVLIS

I (1)

Annúm nouum uoluérunt esse prímum mensem Mártium.

II (2)

maiores Mártium
Prímum habuerunt.

III

. pro populo flúctus caecos fáciunt per discórdiam.

Svpplicatio Macrobius Sat. III 18, 8 (II 14) 'nux Graeca haec est quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux uocatur. testis est Cloatius . . . cum sic ait: nux Graeca amygdale. Atta uero in Supplicatione: nucem Graecam, inquit, fauumque' e. q. s. (Acta Salisb.)

Tiro Proficiscens Priscianus VIII 14 p. 828 P. 'a uilico etiam uilico uel uilicor dicebant antiqui . . . Atta in Tirone proficiscente: pater' e. q. s. (tirone Reg.)

Ex Inc. Fab. I II Seruius in georg. I 43 'et sciendum decem tantum menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt . . . Atta [I] et alibi [II]' III Suetonius apud Isidorum de naturis rerum 44 p. 74 ed. G. Becker (in Suetonio Reifferscheidiano p. 244) 'caecus fluctus tumens' (ita H. Langensiepen mus. Rhen. V 247 'tamen' cod.) 'necdum tamen canus, de quo Atta in togata sic ait: populo' e. q. s. (Atta Gronouius atita Bamb. A, Bern. M aota Bodl. cato Basill. CD) Quod olim hic sequebatur frustum in Nouii Dotatam (fr. II) transtuli

---

15 *sq. baccheos cum lacuna post* Graecam *Hermannum l. l.* 277 *secutus olim dederam, nunc senarium agnoscere mihi uisus sum.* nucem Graecam fauumque adde quantum libet *exemplaria. Puto ipsum Macrobium uerborum ordinem immutasse:* Thasiam *autem* nucem *aliquo modo inferendam esse pro certo habeo.* fabum *Par. Bamb.*
17 *senarium esse posse monuit Muellerus prosod. Plaut.* 130 pater Villicatur *Hermannus l. l. cum ceteris* uilicator *Reg. Bong.* uilificatur *Carolir.* an *scripsi* iam *libri* uilicata (ta *del. m. alt.*) *Bong.* uilicat *si legatur, haud displiceat.* 21 *primam syllabam* i *uel* hi *uel* qui *uel* si *explere potuit* pro populo (polo *Basil. D*) *libri: an* porro populo *corrigendum?* illi in populo *Langensiepen* fluctos *Bodl. Bern. M*[1] cecus *Basill. CD* discordia *Bamb. A Bern. M*

IV

23 tum germanás meas

Vespéra oriente clánculum ferri ád specum: inde leno —

V (3)

Festus p. 238 M. 'pueri im|puberes . . . . . utitur Atta . . . . . .] uersibus docet . . . . . .' Cf. Varro apud Censorinum de die nat. 14.

L. AFRANIVS

ABDVCTA

I (1)

Quam sénticosa uérba pertorquét . .

II (3)

Dispártiantur [út] patris paritér bona.

IV Nonius 231, 21 'uespera feminino. Opta tum germanus' e. q. s. (Atta Mercerus Oppius Iunius Turpilius Dotata Scaliger Coni. in Varr. 128)

Dubium iudicium est de loco Nonii p. 202. 28 'crines genere masculino Virgilius . . . feminino Plautus Mustellaria [226]: gerundum morem censeo et capiundas crines tibi. Atta in epigrammatibus: praeterea tu sis desoluta crine capillus.' crines. Tibullus (s. Cinna) coni. Mercerus crines. Atta . . . Cinna Quicheratius Atta: crines tibi . . . Caluus (s. alius poeta) Buechelerus Versiculum duce Mercero Hauptius Herm. III 341 correxit: 'praeterea fusis resoluta crine capillis', de epigrammatibus Attae non dubitans, ut uidetur.

Afrani Abdvcta I Festus p. 339 M. 'sentes cum constet esse spinas, et Afranius in Abducta dixerit: quam senticosa' e. q. s. 'pro spinosis accipi debet.' Paulus p. 338 M. 'sentes spinae. Afranius: quam' e. q. s. 'hoc est spinosa.' II Nonius 375, 1 'pariter, ex aequo . . .

23 germanas *Iunius* germanus *libri* manus *Scaliger* 24 ad specum: inde leno *scripsi imperfecta sententia* ad speciem delino *libri* ad specum destino *Iunius in mg.* ad speciem declino *Scaliger*

1 senticose *Hermannus l. l.* 278 pertorquet turba *Festi cod. et Paulus* p. lupa *Augustinus* p. truo *Gulielmius Verisim. I* 9 (*cf. Caecil.* 270) p. tuba *Bothius* p. tua *Hermannus. Sed uidetur* turba *antecedentis* uerba *dittographia esse. Concludat senarium* sua *uel* puer *uel* pertorques tua 2 ut patris pariter *cum Bothio* 2 *et Buechelero nunc scripsi* (*nisi quod ille post* dispartiantur *inseri uoluit* tum, *hic* his, *et conici alia possunt, e. c.* ni *uel* ne *uel* si *uel* sibi *uel* iube *uel* uolo) patris *libri* pariliter patris *Bothius* 1 pariter inter

III (2)

Néscis, Numeri, me ómnem melius rém callere quám uolo.

AEQVALES

I

Íste, ut tu rem nárras, [mea] bona híc comest cotídie.

II

4[1] spattaro

AVCTIO

I (1)

5 Simul límen intrabo,ílli extrabunt ílico.

II (3)

. adeste, si híc absente nóbis uenierít puer.

III (2)

Haut fácul, ut ait Pacúuius, femina [úna] inuenietúr bona.

Afranius Abducta: dispartiantur p. b. pariter, conuenienter.' III Nonius 257, 31 'callet significat scit, hoc est calliditate, quae est urbana scientia . . . Afranius Abducta: nescis' e. q. s.

AEQVALES I Nonius 81, 16 'comest pro comedit . . . . . Afranius Aequalibus: iste' e. q. s. II Charisius II p. 214 P. 'spattaro; Afranius in Aequalibus, quam uocem frequenter apud eum positam ait Paulus ἐξονθενισμοῦ nim sensumque sufferre.' De Paulo, quem esse Iulium Paulum a Gellio laudatum non inepte coniciunt, disseruit M. Hertzius in Bergkii diurn. 1845 p. 396. Cf. Cyrilli gloss. spatarro ἐπὶ ἐξονθενισμοῦ.

AVCTIO I Nonius 104, 20 'extrabunt pro exibunt. Afranius Auctione: simul' e. q. s. (actione W) II Nonius 76, 20 'absente nobis et praesente nobis pro praesentibus et absentibus nobis . . . Afranius Auctione: adeste' e. q. s. III Nonius 111, 21 'facul pro faciliter . . . . Afranius Auctione: aut' e. q. s. (Actione W) Vide Pacuuii u. 426.

---

se *Machly l. l.* 142 *Conieceram olim* patria iam *uel* sic pariter (*cf. u.* 50) 3 mei omnem melius calli rem *libri*, *correxi* rem mei omnem melius callent *Bothius* et rem meam omnes m. c. *idem* 2 mei omnes melius callent hanc rem *Hermannus l. l.* 277 4 narres *W* mea *om. libri*, *addidi* tua *olim* bona *Mercerus* dona *libri* comes hic *libri*, *transposui* comest hic *edd.* iste ut tú rem u. bóna comest quotídie hic *Hermannus l. l.* 278, *probat Bucchelerus*, *nisi quod* hic *omitti iubet* 6 uos *praemittas* adeste *IVFranckius* adest *libri* ades *Iunius* hic *Mercerus* hac *libri* inuenierit *W* uenierit *ceteri* puerit *Leid.* 7 haud *ed.* 1526 aut *libri* una *Lachmannus in Lucr. III* 400, *om. libri* femina Inuenitur *Hermannus l. l.* 278

AVGVR

I

Modo póstquam adripuit rábies hunc nostrum aúgurem,
Mare caélum terram rúere ac tremere díceres.

II (3)

Quamquám non istis éxercetur ín locis
Hic nóster, delabórat cum puerá statim.

III (4)

Hac haéret, at haud clamór oritur, sed spíritum firmiter
ínflat.

IV (2)

. . quid est istuc? té blaterare atque óbloqui?

V (1)

Vóltus est falláci aspectu páries pictus pútidus

AVGVR I Probus in Verg. ecl. VI 31 p. 29 K. 'plane trinam esse mundi originem et Lucretius confitetur dicens . . . Afranius etiam in Augure: modo' e. q. s. II Nonius 393, 14 'statim producta prima syllaba a standō, perseueranter et aequaliter significat . . . . Afranius Augure: quamquam' e. q. s. Duas apud Nonium antiquiorum magistrorum obseruationes conglutinatas esse Ritschelius de fictilibus litt. p. 13 existimat, alteram de diuersa uocabuli prosodia, de notionibus uariis alteram. III Nonius 512, 22 'firmiter pro firme ... Afranius Augure: hoc heret' e. q. s. IV Nonius 78, 32 'blaterare, confingere per mendacia.' V Nonius 152, 28 'putidum, putre . . . . Afranius Augurius: et' e. q. s. (putridum Guyetus Auguribus ed. 1526)

---

8 adrepuit *Paris.* *Cf. Schneidewinus mus. Rhen. IV* 146 11 puera *Ritschelius de fictil.* 14 puer *libri* puero *Quicheratius* 12 *anapaestos agnouit Neukirchius*, *probauit Hermannus l. l.* 278 hac *scripsi* hoc *libri* hic *Neukirchius* heret *libri* at haud *scripsi* ut haud *Bamb.* ut aut *ceteri libri* utut *Neukirchius* spiritum *libri* spiritu' *Neukirchius* inflat *scripsi* instat *libri* 13 istuce *senario Geppertus de pron.* 65 *Integer senarius fortasse hic fuit*: quid istuc est? sic té b. a. o. 14 *Latere in* augurius *litteris* (*u. supra*) *praeter* augure *titulum uersus initium persuasit Buechelerus*: uoltus *exempli causa posui*, *sententia etiam* corpus *fert*, *placeret prae ceteris* facies, *si minus procul a tradita scriptura abesset*: *inter ea*, *quae Buechelerus proposuit*, risus *longe praestare uidetur* est *scripsi* et *libri* partes *Leid.* *utrum* putidus *an* putridus *in suis libris legerit non testatur Quicheratius*

BRVNDISINAE

I (1)

Quis tám sagaci córde atque ingenio único —?

II (3)

'Equidem nunc resipíui, postquam péctus est laetítia onustum.

III (2)

'Immo iam dudum ócculuisse, dégulasse opórtuit.

IV (4)

. . in parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

BVCCO ADOPTATVS?

Iéientare núlla inuitat

Brvndisinae Donatus de comoed. 'omnium autem comoediarum scripta ex quattuor rebus omnino sumuntur, nomine loco facto euentu: nomine, ut Phormio Hecyra Curculio Epidicus, loco, ut Andria Leucadia Brundusina' e. q. s. Vnde proficiscendum in constituenda inscriptione ratus Neukirchius ceteros auctores nihili habuit I Festus p. 321 M. 'sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina: quis' e. q. s. II Priscianus X 2 p. 879 P. 'sapio tam sapui uel sapii quam sapiui protulisse auctores inueniuntur . . . . Caper utrumque iu usu esse ostendit.' ('contendit' Bamb. Bong. Halb. Carolir. Reg. m. 2) 'Afranius in Brundisinis: equidem' e. q. s. (Brundisinis Grut. Halb. Barb., om. Sang. brundẽsinis corr. m. alt. Bong. brudiñisis Reg. brundissimis Carolir. brundi*inis Bamb.)

III Nonius 97, 29 'degulasse est gulae dedisse. Afranius Brundisini: immo' e. q. s. (Brundisinis ed. 1526) IV Nonius 123, 14 'inplicare positum pro ornare. Afranius Brumdisio: in parte' e. q. s.

Bvcco Adoptatvs? Nonius 126, 10 'ieientare.' (ita Bamb. Leid. Turic. ientare uulgo) 'Afranius Buccone adoptato' ('adoptatio' Bamb.): 'i. n. i. Plautus Curculione: quid antepones Veneri ieientaculi?' (ita Bamb. 'ientaculi' uulgo) 'Afranius Crimine [III]. Varro Marcipore: ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent.' ('ieientent' Vahlenus in Varr. sat. coni. p. 220) Pomponio nostra reddenda censet Neukirchius p. 168: adsentitur Ritschelius Parerg. I 134, nec aduersor ipse.

---

16 resipiui *Grut.* resip=ui (*eras.* i) *Reg.* resipui *Bamb. Bong. Halb. Sang. Carolir.* leticia *Bong.* laetitiae *Reg. Genetiuo usus est Plautus Aulul.* 603. 609 (*sed ablatiuum libri u.* 802 *et in Pseuduli u.* 218 *tradunt*) honustum *Reg.* honustum *Bamb. Bong.* 17 occuluisse *conicci* hoccubuisse *libri* occubuisse *edd.* obbibisse *coni. Mercerus Proponi etiam* accubuisse *uel* obduxisse *potest* 18 in *om. Neukirchius* 19 ieientare *Bamb. Leid. Turic.* ientare *uulgo*

CINERARIVS

I (2)

Sexte ó frater mi, sálue: quom saluís uenis
Meliúsque est . . grátulor dis . . .

II (1)

. . . . id mé celabat. ⁋ cúccuru.

III

alius ést Amor,
Aliús Cupido.

COMPITALIA

I (2)

. . . fateor, súmpsi non ab illó modo,

Cinerarivs I Priscianus VIII 8 p. 804 P. 'gratulor, gaudeo pariter cum alio et gratias ago. Afranius in Cinerario: Sexte' e. q. s. affranius Reg. Carolir. Nonius 116, 33 'gratulari, gratias agere . . . . Afranius Cinerario: quod saluus' e. q. s. II Charisius II p. 214 P. 'cuccuru' (cucuru cod.) 'Afranius in Cinerario: id me c. c. An nomen est, ut ueru genu?' Galli cantilenam esse docet carmen de philomela (anthol. Lat. II n. 762 R.) u. 25 'cucurrire solet gallus.' cf. Suetonii fragm. 161 de naturis animantium p. 251 R. et Petronii c 59 'cocococo' III Seruius in Aen. IV 194 'cupidinem ueteres inmoderatum amorem dicebant. Afranius Neraria: alius' e. q. s. '[Omen I]' (Extat locus in solo Bernensi 172 nec quidquam quod huc spectet enotatum est discrepantiae. Cinerario Vossius, probauit Hermannus l. l. 278. Sed Ritschelio opusc. II 328 totus locus sic corrigendus uidetur: 'cupidinem ueteres immoderatum amorem dicebant. nam alius est amor, alius cupido. Afranius enim contraria' (ñ ctraria) 'posuit: amant sapientes, cupiunt ceteri.' (cf. u. 221) 'et Plautus', nisi forte ex margine interpolamenta irrepserint).

Compitalia Prologo desumpta I II III, ut iam Neukirchius monuit I Macrobius Sat. VI 1, 4 'Afranius enim togatarum scriptor in ea togata, quae Compitalia inscribitur, non inuerecunde respondens arguen-

---

20 Sexte o frater mi *IVFranckius [probat Bergkius annall. philoll. 1870 p. 829]* Sexte frater mi *libri* frater mi Sexte *Bothius* cum *Priscianus* quod *Nonius* 21 meliusque est *libri Prisc., nisi quod* quae *Bong., et* est *eras. in Halb.* melius est *Nonius* meliusque tibi est *Putschius* *Excidisse e. c.* tibi nunc *uel* quam olim *potest* dis *Regius Prisc.* * dis *Halb.* diis *ceteri libri* *Versum absoluat* maxume 22 cucuru *cod.* 25 ingenue *praemitti posse monet kiesslingius* illo modo *Angl. Salisb. Med. a b c* illo solũ modo *Paris., nec displicebat Hermanno l. l.* 279, *qui* solo *legebat* ab illo non sumpsi modo *proposuit Ianus frustra laborans in uersu*

Sed út quisque habuit, cónueniret quód mihi,
Quod mé non posse mélius facere crédidi,
Etiam á Latino.

II (5)

Terénti numne símilem dicent quémpiam?

III (1)

. . . . ut quícquid loquitur, sál merum est!

IV (3)

[Ego] sí non uerear, némo uereatúr tui.

V (4)

Praetérea nunc corpús meum piláre primum coépit.

tibus, quod plura sumpsisset a Menandro, fateor, inquit, sumpsi' e. q. s. Cassiodorus de amicitia prol. 'iterum in libro Saturn. Affranius togator scriptor in ea togata quae Compitalia inscribitur, suis respondens detractoribus dicentibus eum de libro Menandri non solum sententias, sed uerba integra transsumpsisse, transsumpsi, inquit, sed ea quae melius me posse inuenire non credidi.' Indicauit hunc locum Usenerus. II Suetonius vitae Terenti c. 5 p. 33 R. 'hunc Afranius quidem omnibus comicis praefert scribens in Compitalibus: Terenti' e. q. s. III Priscianus V 8 p. 659 P. 'hic et hoc sal . . . Afranius in Compitalibus: ut' e. q. s. (affranius Sang. Grut. competalibus Sang. Grut. Barb.) Anonymus Bern. in Hageni anal. Helu. p. 112, 4 'Afranius: quicquid' e. q. s. Alcuinus gramm. p. 2091 P. 'hic et hoc sal. Cato . . . Africanus: quod loquitur sal merum est.' IV Nonius 496, 25 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus: si' e. q. s. V Nonius 39, 25 'pilare dictum est, ut plumare, pilis uestiri. Afranius Compitalibus: praeterea' e. q. s.

---

26 quisquis *Par.* conueniret quod *Bothius* quod conueniret *libri* quod conueniebat *Hermannus* 27 quod me *Bothius* quodque me *libri* 28 ab *Hermannus* 29 Terenti *Ritschelius* (*cf. commentarius eius in Suetonio Reifferscheidiano p. 522 sqq.*) terentii *Paris. A* terentio *ceteri libri* numne similem *Ritschelius in commentario, repudiato* non consimilem *quod in textu posuerat.* non similem *libri plerique* similem non *Neap.* "similem" non *Regin.* dicent (*aduersarii scil.*) *Ritschelio persuasi, qui in textu* dicas *posuerat.* dicens *libri* dices *Aldina* similem non (*nolebat* num) dicetis *suascrat Buecheterus* non similem esse dico *Bergkius Philol. XVI* 633 q *Dresd.* *Miro iudicio Nipperdeius mus. Rhen. XVIII* 319 *totum uersiculum repudiauit* 30 ut quid *Grut.* Et quod (*corr. m. alt.*) *Barb.* quod *Alcuinus* 31 ego *om. libri* uereare *Mercerus* 32 corpus meum nunc *Urbin.* 307: *fortasse* corpus nunc meum *uerum est*

CONSOBRINI

I (4)

Em istó parentum est uíta uilis líberis,
Vbi málunt metui quám uereri se áb suis.

II (2)

Pol mágis istius témulentae fúttilis

III (5)

Scis hábitum ita ut nunc óbtinet. ⟦ praefíscine!

IV

cúm mitris calaúticis

V (1)

Nón sum apud me. ⟦ em léntus lente quaé rogabo . . .

VI

. . . . . uaha, retinét nunc linguam mórdicus.

Consobrini Nonius 557, 15 'consobrini ex duabus editi sororibus. De quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus et maxime in Afranio et iuris uetustissimis scriptoribus.' I Gellius XV 13, 3 'utor et uereor et hortor et consolor communia uerba sunt, ac dici utroqueuersus possunt: uereor te et uereor abs te . . . Afranius in Consobrinis: hem' e. q. s. 'hic uereri ex ea parte dictum est, qua est non usitatior.' (scr. 'non usitatum' consolobrinis Voss. Magl. Reg.) II Festus p. 364 M. 'temetum uinum — temeti — — temulentum — temulentas — Afranius in Consobrinis: pol' e. q. s. III Charisius II p. 189 P. 'praefiscine Afranius in Consobrinis: scis' e. q. s. 'per e, non per i.' (afrā in consubrinis cod.) IV Schol. Bobiens. in Cic. p. 336 Or. 'calautica] ornamenti genus, quo feminae capita uelabant, hoc nomine ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: cum mitris calauticis. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur.' cf. Philoxeni gloss. 'cacautica, *εἶδος ζώνης*' (calautica Vulcanius) V Charisius II p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis: non' e. q. s. (Consubrinis cod.) VI Charisius II p. 184 P. 'mordicus Afranius in Consobrinis: uaha' e. q. s. (Consubrinis cod.)

---

33 hem isto *libri*, *nisi quod* hemusto *Paris.* uita uilis *Lipsius Var. lect. II* 28 uitabilis *Petau. Lugd. Germ. Magl. Voss. Paris. Reg.* 34 malunt me cuiq *Lugd.* uereri se] uerisse *Voss.* ab] a *Germ. Lugd.* 35 futilis *cod.* 37 calauticis] *diphthongum in huius uocabuli scriptura recte tuetur Hildebrandus gloss. Paris. p.* 241 *conlatis nouiciis formis* calota *et* calotte 38 *Responsi signum* ℟ *extat in cod.* em *cod.: an* hem *uel* enim? lenteque *cod.* lenteque te *ed. pr.* lente te *Bothius et Hermannus l. l.* 279 *Additum fortasse fuit* dic mihi 39 nunc *cod.* homo *ed. pr.*

CRIMEN

I (2)

. . . . . órbitatem tuaé senectutí malam
Metuí, quod in solúm non uenit caéco ac dementí tibi.

II (1)

Quós inpune dépopulatur déspoliatur dédecus

III

Haéc ieiuna iéientauit.

DEDITIO

. . . . . quía quadrati súnt sagi.

DEPOSITVM

. . . . . dí sint iratí tibi,
Qui cónciere cógites tantúm mali.

Crimen De comoedia p. LVIII W. 'omnium autem comoediarum inscripta ex quatuor rebus omnino sumuntur: nomine loco facto euentu. . . . euentu ut Commorientes, Crimen, Heautontimorumenos.' (cf. Schoppenus mus. Rhen. 1827 p. 152 Duebnerus Iahnii annall. 1834 p. 273)
I Nonius 124, 17 'insolum, insolitum.' Ineptit: cf. u. 343 Varro sat. fr. 90 B. (p. 117 R.) Cicero de nat. deorum I 23, 65 ad fam. IX 26, 2 II Nonius 480, 12 'spolor pro spolior. Afranius Crimine: quos' e. q. s. 'Quadrigarius annali: ita per sexennium . . . agrum Campanum . . . expolabatur.' ('spolabatur' Bamb. 'expoliabantur' uel 'spoliabantur' Peter) Fefellerunt Nonium uel auctorem eius textus corrupti.
III Nonius 126, 13 'ieientare. Afranius Buccone adoptato . . . Afranius Crimine: haec i. i.'

Deditio Charisius I p. 81 P. 'sagum neutro genere dicitur. sed Afranius in Deditione masculine dixit: quia q. s. s.' Gramm. anon. de gen. nom. p. 100 H. (in Keilii gramm. Latt. uol. V p. 591) 'sagus, gen. masc., ut Afranius: quia q. s. s.'

depositvm Cf. *Παρακαταθήκη* Menandri et aliorum. Nonius 90, 10 'conciere, cum perturbatione conmouere . . . Afranius Deposito: di' e. q. s.

Coniuncto utroque tale efficitur frustum . . . . . uaha retinet hómo nunc l. m. 40 tuae senectuti *Bothius* senectuti tuae *libri* *An* malum? 41 in solum *Mercerus* insolum *antea* dementi tibi *Bothius* demetibi *libri* 42 despoliatur *Bothius* et dispolatur *libri* et dispoliatur *edd.* 43 haec] *an* nec? ieientauit *Turic. Leid.* ieientaũ *Bamb.* ientauit *uulgo* 44 quia *gramm. anon., non prorsus certum in Charisii cod.* quod *ed. pr.* quadratis sagi *gramm. anon. Monac.* 45 sint *scripsi* sunt *libri* 46 cogitas *Urbin.* 307

DIVORTIVM

I (1)

qui conére noctu clánculum
Rus íre, dotem né repromittás, uafer,
Honéste ut latites ét nos ludas diútius.

II (11)

Cum téstamento pátria partissét bona

III (12)

Quod uúlt diserte páctum, haut dictum . . .

IV (10)

O dígnum facinus! ádulescentis óptumas
Bene cónuenientes, [béne] concordes cúm uiris
Repénte uiduas fáctas spurcitiá patris!

Divortivm Argumentum quale sit apparet maxime ex fr. I et IV. Praeterea meretriculae mores agnoscas fr. VIII: de exponendo partu dicitur fr. IX. Quae cum sane ex ipso reliquiarum nexu quodam satis superque eluceant, semel monenda duxi propter Neukirchium, qui in narrandis fabulis nimium quantum allucinari solet. Velut si Menandri *Μισογύνης* homo inducebatur, 'quem uxore in matrimonium ducta mox adeo facti poenituit, ut quicquid ea ageret, uehementissime eius animum irritaret, — tantoque in eam odio exardesceret, ut ne grauissimis quidem amicorum admonitionibus ad saniorem rationem reuocari posset,' (Meinekii uerba sunt p. 112) quid, quaeso, ei cum Afranii Diuortio, quale fr. IV circumscribitur, conuenire serio contendi potest? I Nonius 20, 1 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum . . . Afranius Diuortio: qui' e. q. s. II Nonius 475, 20 'partire' (partiret ed. princ.) 'pro partiretur.' III Nonius 509, 22 'diserte et consuetudine dicitur et Afranio auctore in Diuortio: quod' e. q. s. IV Nonius 394, 1 'spurcum, saeuum uel sanguinarium . . . . Afranius

48 rus ire *Gulielmius Veris. I* 2 brusire *W Leid.* bursire *Urbin.* 307 repromittas *Gulielmius* repromittat *libri* 49 ludas *Gulielmius* laudas *libri* 50 partis et *Bamb. Leid. alter* partiret *L. Mueller mus. Rhen. XXV* 632, *fort. recte* 51 haut *scripsi* aut *libri* ac *ed.* 1480 *Supplendum esse e. c.* temeriter *conicio* 52 o indignum *Delrio ad Sen. Hippol.* 620, *probat CFWMueller prosod. Plaut.* 722. o dirum *uel* stygium *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 492, *de quibus commentis recte iudicat Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 836 *et probans* indignum *nec* dignum *inprobans.* 53 bene concordes *scripsi* concordes, *om.* bene, *libri* concordesque *Iunius* et concordes *Bothius* concordantes *L. Mueller* uiris *Muretus Var. lect. XVIII* 10 uires *libri*, *ut fortasse* uireis *scriptum extiterit* 54 factas *Gerlachius* facias *libri* faciat *Muretus*

V (3)

55 . . . . . plebeiúm genus,
Cognátiones mórborum cognómines

VI (9)

Muliér, nouercae nómen huc adde ímpium,
Spurcá gingiuast, gánnit hau dicí potest —

VII (13)

Quam pérspicace, quám benigne, quám cito,
60 Quam blánde, quam matérno uisast péctore —!

VIII (2)

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

IX (7)

Ecpónitor, uorrúncent cum syrmá simul.

Fratriis . . . idem Diuortio: o dignum' e. q. s. V Nonius 87, 21 'cognomen est eiusdem nominis.' VI Nonius 393, 25 'spurcum, saeuum uel sanguinarium.' VII Nonius 515, 30 'perspicace.' Idem 513, 19 'perspicace pro perspicaciter. Afranius Diuortio [59].' VIII Nonius 21, 34 'uirosae mulieres dicuntur uirorum appetentes uel luxuriosae. Lucilius satyrarum lib. VII: dixi. ad principium uenio. uetulam atque uirosam Uxorem caedam potius quam castrem egomet me. Afranius Diuortio: uigilans' e. q. s. IX Nonius 185, 28 'uerruncent, id est uertant . . . Afranius Diuortio: et ponito' e. q. s. Lu-

55 plebeium *conieci* laetium *Bamb.* letium *ceteri libri* leti omne *Lipsius Ant. lect. V* 14 letum, *i. e.* letorum *Hermannus l. l.* 279 letum enim *Bothius* leti *olim probabam* 56 *emendaui:* cognominationis morborum cognominis *libri* cognominationi morborum cognomine est *Lipsius* cognationis morborum est cognomine *Hermannus* genus morborum litium cognomine est *Bothius* 2 létum genus cognátionis morborum cognóminis *Buechelerus sententia difficili* 58 *recte olim a me emendatum esse etiam nunc puto. Non plane absoluta sententia facile tamen suppletur, e. c.* quam odiose spurca gingiuestigia aut dici *libri* spurca, igneae uestigio: haud dici *Hermannus l. l.* 279 spurca ingeni uestigia haud dici *Bothius* spurcá magis gigni béstia (*uel* bestia aút gigni) aut dici haú potest *Muellerus prosod. Plaut.* 722 spurca, genuina bestia, haut d. p. *coni. Buechelerus* 59 perspice *W m. pr. p.* 513 perspicate *edd. Venetae, Neukirchius* 60 uiast *Bamb.* uias *ceteri libri* (*an* uisa's?) uinis *Iunius* 62 uinosa *Iuntina* et si sim *Stephanus, fort. recte* 64 ecponitor, uorruncent *scripsi* et ponito uorrumcent *libri*

X (4)

Dispérii, perturbáta sum, iam fláccet fortitúdo.

XI (6)

'O diem scelerósum, indignum!

XII (8)

Immo ólli mitem fáxo faciant fústibus.

XIII (5)

[Clam] nóbis dictes, quaéso, ne ille indaúdiat.

EMANCIPATVS

I (7)

nudiustértius

Tute áduenisti? ⁋ . . quam dilúculo

II (4)

. . . . quod héri ualetudo óbstetit.

ditur in uerbo 'uorruncent', quasi dictum sit de uerrendo X Nonius 110, 13 'flaccet, languet, deficit . . . Afranius Diuortio: disperii' e. q. s. XI Nonius 174, 29 'scelerosi pro scelerati . . . Afranius Diuortio: o diem s. i.' XII Nonius 343, 22 'mitis est tranquillus et lenis . . . mitis est maturus . . . Afranius Diuortio: immo' e. q. s. XIII Nonius 126, 25 'inaudire, audire . . . . Afranius Diuortio: nouis' e. q. s.

EMANCIPATVS Huc pertinere Quintiliani uerba XI 1, 66 'inter patres etiam filiosque, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio' coniecit Gesnerus. I Charisius II p. 185 P. 'nudiustertius . . . Afranius in Emancipato: n. t. t. a. Significat autem: nunc est dies tertius.' Idem II p. 192 P. 'quam diluculo.' II Charisius II 180 P. 'heri . . . quidam here putant dici debere. here quamdiu, heri quando. Afranius tamen in Emancipato: quod heri ualetudo, inquit, obstitit.'

---

65 sunt *Leid.* 66 o di me *Maehly l. l.* 67 immo illi mitem faxo *edd.* immo li mitem faxo *libri plerique*, *quod uidetur defensum ire L. Mueller de re m.* 304 inolitem puxo *Bas.* 68 clam *inlustrandae sententiae causa addidi* nobis *Lipsius Ant. lect. V* 14 nouis *libri* bonis *olim conieceram* dictes *Lipsius* dictis *libri*, *om. Leid.* dicatis *Neukirchius* noui. ne dictes *Bothius* 2 ne bis dicatis *Buechelerus* indaudiat *scripsi* inaudiat id *uoce* id *compuncta Leid.* inaudiat *ceteri libri* 70 quam diluculo *om. Charisius p.* 185 quom (*i. e.* cum) diluculo *contra Charisii quidem testimonium L. Mueller mus. Rhen. XXV* 632, *cui in eo adsentior quod in exitu illa uersus post unius trochaei lacunam poni uoluit*, *quae expleri potest sic e. c.*: et isti *uel* et ibis *uel a respondentis parte* mane *siue* sane. núdius tertiús tute aduenisti quam dilúculo *continuata proposuit Roeperus Philol. XVIII* 236 71 obstetit *cod.*

III (22)

post narráuero,
Nunc ést distentus ánimus ut negótiis,
Porro aútem propero.

IV (9)

pauló prius
Hinc ábiit.

V (19)

[Síc] sollicito córde corpus nón potitur núnc quie.

VI (6)

Cur nímium adpetimus? ⟦ némini nimiúm bene est.

VII (12)

. . ne tu summátim rationém putes.

VIII (8)

Maló pudenter métientem

IX (14)

Idcírco haec agere técum secreto ínstiti.

X (10)

Vt sínt repentino ápparandae núptiae.

III Charisius II p. 190 P. 'porro pro in futurum . . . Afranius in Emancipato: post' e. q. s. IV Charisius II p. 191 P. 'paulo prius Afranius in Emancipato: paulo' e. q s. 'nos paulo ante dicimus.' V Priscianus VI 11 p. 703 P. 'quies quietis. Vetustissimi tamen hoc quoque secundum supra dictam proferebant declinationem. Afranius in Emancipato: sollicito' e. q. s. (affranius Carolir. in .I. mancipato Sang. Grut. in / emancipato Carolir.) Anon. Bern. in Hageni anal. Helu. 132, 33 'uetustissimi quies quiei secundum quintam declinationem proferebant, unde Afranius dixit: sollicito . . . quie.' VI Charisius II p. 185 P. 'nimium.' VII Charisius II p. 194 P. 'summatim.' VIII Charisius II p. 190 P. 'pudenter ... Afranius Emancipato: malo p. m.' IX Charisius II p. 196 P. 'secreto.' (afrā cod.) X Charisius II p. 193 P. 'repentino, pro repente...Afranius in Eman-

---

73 ut *cod.*, *ed. pr.* meus *Hermannus l. l.* 280. *Conici* his *uel* tot *possit* ui negotii *Vulcanius apud Bondamum uar. lect. p.* 236 77 *trochaeos nunc discripsi* sic *exempli causa praemisso* potitur (tur *in ras.*) *Halb.* nunc *del. Bothius, ut senarius fieret* 78 adpetimus. R *cod.* 79 ratio putes *cod.* rationem putas *Fabricius*, *Fleckeisenus Philol. II* 65 *de particula* ne *disputans* 80 mentientem *Fabricius, fortasse recte.* 81 h (*i. e.* haec) *cod.*

XI (2)

Deós ego omnis út fortunassínt precor.

XII (13)

Princípium hoc oro in ánimo ut sic statuás tuo,
[Me] offíciis cogi ut ábs te seorsus séntiam
De uxória re.

XIII (5)

Quam lénte tractat me átque inludit! . . .

XIV (11)

Idem és qui semper, ídque ut rite intéllegas
Te fácere

XV (3)

. . . . te fácere conpecto ómnia

XVI (1)

Viden út facunde cóntra causarís patrem?

XVII

Sic ést orator, sí qui oritur . . . .

cipato: ut' e. q. s. XI Nonius 109, 17 'fortunare est prosperare et omnibus bonis augere...Afranius Emancipato: deos' e. q. s. XII Charisius II p. 195 P. 'seorsus.' XIII Charisius II p. 183 P. 'lente Afranius in Consobrinis [V] idem in Emancipato: quam' e. q. s. XIV Charisius II p. 193 P. 'rite.' XV Charisius I p. 177 P. 'conpecto.' (conpacto excerpta Bern.) Fortasse fr. XIV et XV cohaerebant. XVI Nonius 89, 9 'causari, causam dicere uel defendere... Afranius Emancipato: uidet' e. q. s. XVII Festus p. 182 M. 'oratores — — — alias pro deprecatoribus, ut Terentius: orator uenio, facite exorator siem. Item et Afranius in Emancipato: sic est ora-

83 fortuna sint *W* 84 h. (*i. e.* hoc) *cod.*: *cf. Keilii obs. crit. p.* 96 ut sic statuas tuo *Bothius* ut sistuo sta . . . s *cod.* ut sic tuo statuas *ed. pr.* 85 me *addidit Machly l. l.*, *om. cod.*

90 conpecto *cod.* compacto *uulgo* 91 uiden (*an* uideo?) ut *scripsi* uidet *libri* uide ut *Bentinus* index *coni. Buechelerus* (*nec* uindex *longius aberat*) lepide et *coni. Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 835 *nec displicet per se alterum aduerbium, modo indagari possit quod ad litteras propius accedat quam uel istud uel* uafre *aut* scite: *an* ualide? *si septenarius primo pede truncatus fuerit*, callide *prae ceteris sit probabile.* causeris *Iunius* 92 sic] hic *fuerunt qui proponerent, fort. recte* si *in cod. etiam* fa *legi potest*, *quod* fac *interpretatur Kiesslingius* quis horitur *Bergkius Philol. XXIX* 329 ut oretur *coni. Kiesslingius* si qui hortatur optuma *probarem*

XVIII (23)

Vetuít me sine mercéde prosum Paúsias
Remeáre in ludum.

XIX (18)

Hém quid ais? † mane, Sérui, quaeso, nísi molestum est, paúca sunt
Técum quae uolo.

XX (17)

au, quíd me censes, óbsecro?
Nón audisti?

XXI (21)

Optándum uxorem, quaé non uereatúr uiri.

XXII (20)

O quám beatae scénicae uidéntur mulierés mihi,
Quae iúrgio terrént uiros desúbito et beniuoléntia

tor, si qui oritur.... alias' e. q. s. XVIII Festus p. 277 M. 'remeare redire: ut commeare, ultro citro ire, unde commeatus dari dicitur, id est tempus, quo ire redire quis possit. Afranius ut in ea mancipato: uetuit' e. q. s. XIX Charisius II p. 214 P. 'hem.' XX Charisius II p. 214 P. 'au; Afranius in Emancipato [XXIV] idem in eadem: au quid' e. q. s. XXI Nonius 496, 28 'cum sit: ueretur illam rem ... ueteribus genetiuos pro accusatiuo poni placet. Afranius Compitalibus [IV] idem Simulante [II] et in Emancipato: optandum' e. q. s. (eamancipato W, Leid. m. pr.) XXII Nonius 517, 17

93 prosum uetuit *coniunge* Pausias *scripsi*, *nam Graecis nominibus usus est Afranius u.* 136. 189, Thaide *in cognomine fabula.* paucias *cod.* Paccius *Scaliger*, *probauit Bergkius in Ephem. suis* 1851 *p.* 21 paucula *uel* paruola *uel* pauciens *non quadrant* 95 serua *ed. pr.* 97 *sq. personas perperam ita distinxit Hermannus l. l.* 281, *ut* obsecro, n. a.? *alteri personae adscriberet.* 99 que *Bamb.* 100 o *addidi*, *om. libri* beatae scentae *Leid.* beata escente *Bamb.* uidentur mihi mulieres *libri*, *transposui* uidéntur Mihi múlieres *Hermannus l. l.* 280 101 terrent uiros desubito et beniuolentia *L. Mueller mus. Rhen. XXIII* 697 et beniuolentia terrent (fient *Palat.*) desubito uiros *libri* et beneuolentia aeque Detérrent desubito uiros *Hermannus* et desubito beniuolentia terrent uiros *olim dederam caesurae legitimae defectum polysyllabo excusans* *Non absoluta sententia flagitabat*, *ni fallor*, mulcent *uel simile quid in sequenti uersiculo* *Non placent senarii* quám beatae s. Vidéntur mihi mulieres quaequae (*s.* quando) iúrgio Et béniuolentia úrgent desubitó uiros, *quales commendat Buecheleru*s

XXIII (15)

'O! ⟦ quid clamas?

XXIV (16)

Au, mí homo! immo edepol nós supremum meúm concelebretís diem.

EPISTVLA

I (7)

quís tu es uentoso ín loco
Soleátus, intempésta noctu súb Ioue
Apérto capite, sílices cum findát gelus?

II (12)

. . comissátum protenis récta digredimúr domum.

III (5)

Huc uénit fugiens ténebrionem Tírrium.

Asina I Nonius 246, 16 'auscultare, audire. . . Pomponius Asina: atque' e. q. s. (asta atque Lipsius epist. quaest. I 18 Asinaria Passeratius) II Nonius 514, 3 'festinatim pro festinanter. Pomponius Asinaria: exilui' e. q. s. De titulo dubitat Ritschelius Parerg. I 142

201, 6 *nec non Lachmannus in Lucr.* 33 alea *Guietus, Bothius* non *Bothius, om. libri* ne *Bothius, om. libri* olant *edd.* oleant *libri* 7 ad *libri p.* 166 nam *addidi (ut olim Guietus), om. libri* 8 tibi *ut insererem persuasit Buechelerus, om. libri* inuidiae siet *scripsi* inuidia desit *libri* inuidiae id sit tibi *Mercerus* inuidia inde sit *Bothius* inuidia desit tibi *Iunius* 9 a *deleri uoluit Passeratius* repperibitur *libri plerique* repperitur *Bamb.* 10 furiter *Bamb. Colb. Par. P* 11 ut rem *scripsi* uti *libri* ut te *Bothius* tractis *W* Búcco, puritér fac tractes *continuat Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 832 laui iam dudum *libri plerique* lauuan dunum *Bamb.* 13 exilui *Bamb.* exsilui *ceteri* ad noctem *Palat.* fullonis *Laurembergius* fullone *libri*

AVCTORATVS

I (3)

néque enim ego
Sum Ménmni neque Cassí neque Munati Ebriae.

II (2)

. póstquam conueni ómnis conuiuás meas

III (4)

Métuo illum: iocári nescit, lúdit nimium insániter.

IV (1)

Occídit taurum tóruiter, me amóre sauciáuit.

Avctoratvs I Charisius I p. 37 P. 'communia ex' (scr. 'et' ut apud Donatianum) 'masculino et feminino, ut adsecula conuiua. Pompeius in Auctorato (II). ebria masculino in eodem Pompeius: neque' e. q. s. Donatiani fragm. editum primum a Gaisfordio in scriptorr. Latt. rei metricae praef. p. VIII, nunc in Keilii gramm. Latt. VI p. 276: 'communia et masculino et feminino, ut adsecla conuiua ebria. [conuiua] feminino Pomponius in Auctorato [II]. ebria masculino in eodem Pomponius [I].' (aucturato Vat. 3402) II Charisius I p. 37 P. Donatianus l. l. ad fr. I Priscianus V 2 p. 642 P. 'hic et haec agricola . . . conuiua. Pomponius in Auctorato: conueni' e. q. s. III Nonius 509, 30 'insaniter Pomponio auctore: metuo' e. q. s. (auctoro Par. P) Priscianus XV 3 p. 1010 P. 'Pomponius in Auctorato: ludit n. i. pro insane.' (aucturato Grut. auct'ato Sang.) IV Nonius 516, 13 'torbiter. Pomponius Auctorato: occidit' e. q. s. Ariadnam loqui ac fortasse apud Nonium ex Auctorato uerba cum titulo Ariadnae excidisse suspicatur Vahlenus mus. Rhen. XVI 473, quasi uenationem in amphitheatro institutam intellegi uetitum sit. Enii Medeae adeo tribui uult Quicheratius.

14 neque enim ego *cod. Charisii* neque ego *ed. pr.*, *Donatiani Ambros.* neque ergo *eiusdem Vatic.* 3402 neque *ed. pr.* 15 sum Memni *Lindemannus* sum menni *Charisii cod.* sum Memnius *ed. pr.* sum meni *Donatiani ed. pr.* sumēni *Vat.* sume (*corr. al. m.* sumē) ni *Ambros.* Cassius *ed. pr. Charisii* Cassia *Donatiani Ambros. Vatic.* castia *ed. pr.* Munatius *Donatiani Ambr. Vat.* Mimatius *ed. pr. Char.* Mimacius *Donatiani ed. pr.* Ebriae *Lindemannus* ebrẹa *cod. Charisii* ebria *ed. pr., Donatianus* *Integrum septenarium metitur Keilius, elegantiorem hunc* néque enim sum Memni neque Cassi néque ego Munati Ebriae *L. Mueller de re m.* 421 *reddidit. Anapaestos tales* neque enim égo sum Memmi *e. q. s. ultimo spondeo deficiente disponi posse monuit Buecheleru*s 16 conuenio *Charisii cod., quod si in* conueni ego *mutari licet, integer expletur senarius* omnis *Donatianus* omnes *Charisii cod.* meos *Sang. Grut. Prisciani* postquam conuiuas omnes conueni meas *Bothius* 17 locari *Bamb. Montisp.* 18 toruiter *edd.* torbiter *libri* me

ARMORVM IVDICIVM

18[1] Tum praé se portant áscendibilem sémitam,
Quam scálam uocitant.

BVCCO AVCTORATVS

si praégnans
20 Non és, paribis númquam.

AVGVR

immó mane!
Non ésuribis diútius. ⁋ qua ré? ⁋ rogas?

BVCCO ADOPTATVS

I (2)

Clándestino tácitus taxim pérspectaui pér cauum.

ARMORVM IVDICIVM Lactantius in Statii Theb. X 841 'g·mina latus arbore clusus Aërium sibi portat iter] admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: tum ... uocant.' Abhorrere spondeos a primi p. Chr. saeculi arte iam A. Langius quaest. metr. p. 30 monuerat nec ipse tacueram: Pacuuio reddendos esse suasit Bernh. Schmidt mus. Rhen. XVI 589 sqq.

BVCCO AVCTORATVS Nonius 508, 1 'paribit pro pariet. Pomponius Buccone auctorato: si' e. q. s.

AVGVR Nonius 479, 5 'esuribo pro esuriam. Pomponius Augure: immo' e. q. s.

BVCCO ADOPTATVS Nonius 178, 20 'taxim, sensim uel occulte. Pomponius Buccone adoptatu: clandestino' e. q. s.

---

amore sauciauit *Lipsius* me amores amauit *libri plerique* mea memores amauit *Bamb.*, *in quibus latere* sauiauit *recte monet Buechelerus*, *uerum tamen esse uix credo* 18[2] uocitant *B. Schmidt* uocant *schol.*, *quod si quis seruare uelit*, *trochaico numero priorem uersiculum dimetiendum esse monet Schmidtius*, *ante quem grammatico*, *non poetae haec explicatio tribuebatur*. *De* scala *numero singulari cf. Quintilianus I* 5, 16 19 *sq.* est *Par. P* *An:* [at enim] si praegnans [núnc] nón es, [posthác] paribis númquam? *Trochaeos* si praegnans non és, paribis númquam *notat Buechelerus* 22 esuriuis *Bamb.* diuitius *Par. P* *Integrum septenarium metitur L. Mueller de re m.* 421. *Recte personas distribuit Muellerus prosod. Plaut.* 37 (*cf.* 269) rogas? *idem Müllerus* roga *libri* eroga *Bothius* 23 per cauum *Mercerus* per cautum *libri* periculum *ms. Iunii* pergulam *Gulielmius Veris. I* 11 *an* tum *praeiuit? u. supra*

II (3)

saepe ádnuit,

Inuenibit saépe.

III (1)

Pergís properatim

CAMPANI

Dantór publicitus Dóssenno et fullónibus Cibária.

CAPELLA

Clípeum in medio fíxum est.

II Nonius 479, 27 'inuenibo pro inueniam. Pomponius Buccone adoptato: saepe' e. q. s. III Nonius 155, 1 'properatim et properiter, celeriter, properanter . . . Pomponius Buccone adoptato: p. p.' Cf. praeterea cognominis fabulae frustum Afranio adscriptum.

CAMPANI Nonius 513, 9 'publicitus pro publice Lucilius . . publicitus . . idem . . publicitus . . Plautus . . publicitus . . Caecilius . . publicitus . . Pomponius Campanis: dator' e. q. s. Excidisse publiciter in lemmate olim statueram, sed publicitus hac notione, qua quid publica auctoritate fieri dicitur, sollemnis forma est.

CAPELLA Charisius I p. 59 P. 'clipeus masculino genere in significatione scuti ponitur, ut Labienus ait: neutro autem genere imaginem significat. sed . . Liuius in significatione scuti neutraliter saepius, et Pomponius in Capella cum ait: clipeum' e. q. s. Grammaticus inc. de gen. nom. p. 30 ed. Otto (apud Keilium uol. V p. 574) 'clipeus generis masculini . . . et Pomponius generis neutri: clipeum' e. q. s. 'sed non recipitur.'

---

24 *praemittendum fortasse aut post* saepe *inserendum* qui *hac sententia:* alteri qui saepe adnuit roganti, rogans ipse saepe inpetrabit uel quaerens inueniet. *An* qui saepe aduenit *scribendum?* sepe *Bamb.* sae *W* annuit *W* ambit *Bothius* anquirit *Quicheratius* *Vno uersu*, *fortasse* saépe adibit, ínuenibit s. *scribendum censet Buechelerus* 25 inuenibit *edd.* inuenit *libri* sepę *Bamb.* 26 perges *Bothius* 27 *sq.* dator dosenno (dasenno *Par. P*) et fullonibus publiciter cibaria *libri* dato publicitus Dorsenno et f. cibaria *Bothius*, *praeiuerat* dato Dossenno *Mercerus.* dat scorto obscaeno et fullonibus publicitus cibaria *uersu quidem nullo Duentzerus mus. Rhen. VI* 287 dato Dórsenno et fullonibus Públicitus c. *Munkius.* dat ordo (*sc. senatus municipalis*) Dóssenno et f. Públiciter c. *coni. Buechelerus. Retinui quales olim dederam iambos*, *minus enim trochaei placent ab Vsenero commendati:* dantor Dóssenno et fullónibus Públiciter cibária. *Probarem haec ultima in exitu uersus*, *si c. c. praecederet* pro méritis summis: *cf. Plauti Amph.* 1027 29 clypeum *anonymi Monac.* medio *anonymus* medium *Charisii cod.*

CITHARISTA

30 nóli, quaeso, iráscere:
Móre fit, moríri suam [uir] quísque ut uxorém uelit.

COLLEGIVM

Sí quid expalpáre possim ab íllo . . . . .

CONCHA

Vós istic manéte: eliminábo extra aedis cóniugem.

CONDICIONES

Víx nunc quod edim inuénio: quid nam fíet, si quam dúxero?

CRETVLA uel PETITOR

I (2)

35 bene éuenat!
⁋ Ita fíat: et tibi béne sit, qui recte óminas.

CITHARISTA (Cf *Κιθαριστής* Antiphanis et Menandri) Nonius 127, 7 'irascere pro irasci. Pomponius Etarista: noli' e. q. s. (Citharista Mercerus Hetaerisca Salmasius Hetaerista Quicheratius)

COLLEGIVM Nonius 104, 12 'expalpare, elicere . . . Pomponius Collegio: si' e. q. s.

CONCHA Nonius 39, 1 'eliminare extra limen eicere' (immo 'excire') '. . . Pomponius Conca: uos' e. q. s. Idem 292, 26 'eliminare' ('se' add. Quich.) 'est exire. Ennius Medea exule [II] Accius Foenissis [VII] idem Meleagro [VIII] Varro Serrano *περὶ ἀρχαιρεσιῶν* . . . ex oraclo elimino me. eliminare rursum excludere. Pacuuius Duloreste [XIV] Pomponius Concha: uos' e. q. s. (Concha Bern. Concla ceteri libri Coena Iunius Bernensis b lectio a Gerlachio allata: Pomponius eliminabo huc pertinere uidetur, ut fabulae nomen et uersus principium in hoc cod. omissa sint)

CONDICIONES Nonius 507, 8 'edim pro edam . . . Pomponius Conditionibus: uix' e. q. s.

CRETVLA uel PETITOR Cf. Munkius 34 I Nonius 474, 9 'ominas. Pomponius Cretula uel Petiture: bene' e. q. s. (Petitore Bentinus)

---

30 neli *Leid.* 31 moro *post* fit *inseri uult Buechelerus postea librorum textu seruato* quisque *om. Leid.* moriri suam uir quisque ut uxorem uelit *scripsi* moriri suam quisque uxorem ut uelit *libri* suam moriri quisque ut uxorem uelit *post Guietum Bothius* 32 possem *Urbin.* 307 33 uus *Leid. p.* 39 manet *libri p.* 292, *W Par. P p.* 39 liminabo *Leid. m. alt. p.* 39 34 qd̃nã *Bamb.* quodnam *Colb.* 35 euenat *scripsi idemque senarios distinxi* eueniat *libri* 36 fiat *scripsi* sit *libri* ita sit: et item (*uel* etiam) tibi *olim coniciebam* hominas *W* 'Eueniat bene. ⁋ ita sit et tibi *e. q. s. Munkius*

II (1)

bálnea

Forús macellus fána portus pórticus

DECVMA

. . non multi, séd temeti plúrimi

DECVMA FVLLONIS

40 Et ubi insilui in cóleatum ecúleum, ibi tolútim tortor.

DIVES

Quóm palumbem ex óre tollit únum . . . . .

DOTALIS

41[1] Vínum panemque, ómnem ceterum áliam praeberém penum.

Candidati esse monet Gulielmius Veris. I 11 II Nonius 206, 18 'forum generis neutri. masculini . . . Pomponius Petitore: balnea' e. q. s. Fortasse promittit haec candidatus se aedificaturum esse, si aedilis creatus fuerit.

DECVMA Ad fullonis Decumam coniectura refertur. Festus p. 364 M. 'temetum uinum — Pomponius in Decima: non' e. q. s. (deuncia Politiani exc.)

DECVMA FVLLONIS Nonius 4, 17 'tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter . . . . Pomponius Decuma fullonis: et' e. q. s. Idem 105, 15 'eculeos, deminutiuum ab equis M. Tullius in Hortensio dici uoluit. . . Pomponius Decuma fullonis: ubi' e. q. s. Idem 182, 14 'tortor pro torqueor. Pomponius Fullonis ducum: et' e. q. s.

DIVES Nonius 219, 8 'palumbi . . . masculino . . . Pomponius Deuitae: quo' e. q. s. (Debita Iunius de uite Aldina Diuite Bothius)

DOTALIS, seruus scilicet. Nonius p. 219, 30 'penus . . . masculini Pomponius Dogali (elogali Urbin. 308) unum penum quae o. c.

37 balneae *Mercerus:* balneas *si scribes, habebis septenarium* 38 foros macellos *poetam scripsisse puto* 39 *aut ab initio* uini *praemittendum, aut cum Buechelero* mulier *post* multi *inserendum* sed temeti *scripsi* temeti sed *cod., om. in lacuna Politiani exc.* 40 et *om. libri p.* 105, *facile* set *conicias* insiliui *libri p.* 182 *secundum Quicheratium* insiluit *libri* 105 coleatum *Turnebus Adu. XVII* 21 coleatum, *sup.* c, *Leid. p.* 182 cocleatum *libri p.* 182 *et plerique p.* 4 clocleatum *W p.* 4 culenarum *Leid. p.* 105 culeratum *ceteri libri p.* 105 codicatum *Bothius* cochleatum *defendunt Gesnerus et Forcellinius* coculeatum *Buecheterus, fortasse recte* ubi *libri p.* 4 *secundum Quicheratium, Leid. p.* 182 41 quo *libri praeter Urbin.* 308, *qui* duo: quo *habet: uidetur autem sermo esse de eo, qui omittit unam palumbem, quam certam tenuit, ut incertas decem captet* ex ore tollit unum *scripsi* unum ex ore tollit *libri An* quor . . . tollis? 41[1] *sic nunc scripsi cum Buechelero* [*eodem fere modo ut*

DOTATA

I (1)

Scío pol te illam amáre efflictim . . . . . .

II (2)

Possum éxorare te út recedas á me paulispér modo?
Quantísper sat habes?

ERGASTVLVM

I

Lónge ab urbe uílicari, quó erus rarentér uenit,
[Id] non uilicári, sed dominári est mea senténtia.

II

. . . . . praesente amícis inter cénam

a. p. penum. Nouius Dofacta' e. q. s. (Dotata Mercerus, fort. recte Togatis uel Dotali Bothius Doga Munkius Pomp. 69) Cf. inc. fab. III

Dotata I Nonius 104, 24 'efflictim, uehementer . . . Pomponius Dotata: scio' e. q. s. II Nonius 511, 31 'aliquantisper Quadrigarius annali lib. VI: aliquantisper . . . Caecilius . . aliquantisper . . . Caecilius . . paulisper . . quantisper . . Pomponius Dotata: possum' e. q. s. Excidit fortasse paulisper lemma.

Ergastvlvm I Nonius 164, 28 'rarenter pro rare. . . Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 186, 1 'uilicari est rusticari uel uillae praeesse. Pomponius Ergastilo: longe' e. q. s. Idem 515, 28 'rarenter Caecilius Pausimacho [I] Nouius Exodio [IV] Ennius Andromacha . . . conatur trabem. Ergastelo [45].' (ergastilo Par. P) II Donatus in Ter. eun. IV 3, 7 'absente nobis pro nobis absentibus.

Quicheratius, *qui* uinum panemque omnem, ceterum a. p. p. *edidit.*] unum penum quae o. c. a. p. p. *libri*, *nisi quod* praebere in *Leid. e corr.*, praebuerim *Urbin.* 308. do illi uinum penumque *e. q. s. Iunius* uinumque et ceterum omnem praeberem penum *Bothius* do ego alii uinum penumque omnem ceterum *Neukirchius* unum penem, quei omnem ceterum aliam p. p. *L. Mueller de re m.* 429 *talem fere uersum* faeneratores liquerunt cunctis solum de bonis *praeiuisse coniciens.* uinum penumque omnem alium praeberem tibi *olim conieceram.* 42 *praetuli nunc iambis trochaeos* 45 unde *Bamb. p.* 515 uilicariae (uilicarie *Par. P*) *libri p.* 515 qua *Urbin.* 308 herus *Harl. p.* 164 eris *libri p.* 186 rus *Bamb. Par. P Colb. p.* 515 rarentur *Par. P* 46 id *Bothius*, *om. libri* sed dominari *om. Leid. p.* 164 mea est *libri p.* 186 non est uilicari, sed d. mea sententia *Munkius* noenu uilicari *e. q. s. Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 825, *parum probabiliter* 47 cenam d. o. *Lugd.* te nam

FVLLONES

I (2)

Quin érgo, quando cónuenit, conpléctite?
⌈ Mi fráter, salueto! ⌈ ó soror, salué, mea!

II (1)

Fácite ut ignis féruat, ligna insípite, far concídite.

GALLI TRANSALPINI

Mars, tíbi facturum uóueo, si umquam rédierit,
Bidénti uerre.

HERES PETITOR

I (1)

'Ita uelim faciás: iam pridem uólo lauatrinám laui.

Pomponius in Ergastulo praesente' e. q. s. (Pompeius Par. Lugd. Dresd. sine ergo istuc Par. Lugd. Dresd., ed. Taru. cum recentioribus sine ergo istac edd. Rom. Vind. Med.)

Fvllones I Nonius 472. 32 'conplectite. Pomponius Fullonibus: quin' e. q. s. II Nonius 504, 26 'feruat pro ferueat. Pomponius Fullone: facite' e. q. s.

Galli Transalpini Gellius XVI 6, 7 'uidebimus, an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur, et an Pomponius Atellanarum poeta in Gallis Transalpinis errauerit, cum hoc scripsit: Mars' e. q. s. (Galliis Petau.) Macrobius Sat. VI 9, 4 'uerum procurandum est, ne illud obrepat, quod bidentes epitheton sit ouium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit: Mars' e. q. s. Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt. nam nec duos dentes habent (et hoc quidem et genus monstri est), et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana: Mars' e. q. s. ('Pomponii' ed. 1476 'Pomponius' libri) Pessime haec contracta ex uberiore Gellii capite.

Heres Petitor I Nonius 504, 23 'laui etiam positum pro lauari.

---

d. o. *Dresd.*, *quod quid sit nescit mecum Reifferscheidius* 49 mi *edd. praeter princ.* [*probat Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 829] mihi *libri* salueto *L. Mueller annall. philoll.* 1867 *p.* 494, *CFWMueller prosod. Plaut.* 652 salue *libri*. soror *Bamb. duo Leidenses Par. P* soro *ceteri libri* 50 insipite *Scaliger Coni. in Varr. p.* 45, *Gulielmius Veris. I* 11 instipite *libri* concidite *quid sit nescire se significat Bergkius l. l.* 830: *equidem idem esse censeo quod* pinsite; *cf. u.* 86 51 mars≡tibi (s≡t *ex corr.*) *Voss. Gellii* factur≡um *Voss. Gellii* facturum uoueo *uel* uouo facturum *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 37 uoueo facturum *libri* suumq^{a} *Lugd.* su ŭq^{a} *Paris.* sium_quã (*sic*) *Voss. Gellii* redierit *Gellius et Nonius* rediero *Macrobius* 52 bi≡denti (*eras.* l) *Voss. Gellii* 53 uolui *Bothius* facies *Par. P*

II (2)

Heús aptate, púeri, munde atque ámpliter conúnium!

HIRNEA PAPPI

Décimus mensis ést, cum factum est. íta fit, ita sempér solet:

Décumo mense démum turgens uérminatur, párturit.

KALENDAE MARTIAE

Vócem deducás oportet, út uideantur múlieris

Vérba. ⁋ iube modo áfferatur múnus, uocem réddam ego

Ténuem et tinnulam . . . . . .

'Etiam nunc uocém deducam?

LAR FAMILIARIS

. . . te oro, uáso, per lactés tuas

Pomponius Petitore Heredem: ita' e. q. s. (petitorem Par. P) II Nonius 511, 18 'ampliter . . . Pomponius Herede petitore: heus' e. q. s. (poponius Par. P potitore Bamb. pectore Par. P) Idem 234, 30 'aptum, compositum, paratum . . . Pomponius: eius aptate' e. q. s.

Hirnea Pappi Nonius 40, 20 'uerminari positum torqueri, a uermibus, quod facile se torqueant.' (hyrnea W hernia Scaliger ad Fest. p. CCXIII Hernia aut hirnea sponsa Pappi Scaliger Cat. p. 490)

Kalendae Martiae Macrobius Sat. VI 4, 13 'deducta uoce .. sed haec ab illo fluxerunt, quod Pomponius in Atellania, quae Kalendae Martiae inscribitur, ait: uocem . . . tinnulam et infra [60].' Cf. Munkius p. 49 sq.

Lar Familiaris Priscianus VI 4 p. 686 P. 'hae lactes partes sunt intestinorum a Graeco γαλακτίδες dictae, et seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare haec lactis est . . . Pomponius in Lare familiari: oro' e. q. s. (laterẽ Bamb. m. pr., eras. te)

---

lauatrinam *Lachmannus in Lucr.* 393 latrinem *Bamb.* latrinam *ceteri libri* 54 heus *libri p.* 511 eius *libri p.* 234 puer *Harl. Par. P p.* 234 mundatque *Par. P p.* 511 conuium *Bamb. p.* 511 conuiuia *Urbin.* 308 *p.* 234 56 demun *Par. P* 57 uideantur mulieris *Bothius* mulieris uideantur *libri* 58 iube ergo *Salisb.* unus *Par. f. Borb.* uocem reddam ego *L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 213 ego uocem reddam *libri* ego uocem dabo *olim conieceram; etiam* uocem reddibo *in mentem uenit* 59 tinnulem *Borb.* reddam ego tinnulam, *omissis reliquis*, *Bothius* tenuem et tinnulam Vocem ego reddam *Munkius* *Valde arrident elegantiores Buecheleri uersus* uócem d. o., út uideatur múlieris. ⁋ iube modo adférátur munus, réddam ego teneram et tinnulam. *Deinde unius minimum uersus lacunam esse censeo* 60 *Interrogandi notam nunc posui* 61 oro te *libri*, *transposui* uaso, *i. e.* uasate

LENO

Cáseum molle

MACCVS

I

Quíd futurum est, sí probe hanc ego díscere artem atténderim?

II

Cónforisti mé, Diomedes.

MACCI GEMINI

I (5)

Sero ést: si sexta tíbi placet, ueníbo . . . .

II (3)

Iam égo inibi adero: dum égo reuortor, áge, anus, accinge ád molas.

III (1)

[Ei] périi! non puéllula est. numquíd [nam] abscondidísti Intér nates?

Leno Charisius I p. 60 P. 'caseus masculini generis est . . . sed Pomponius neutraliter dixit in Lenone: caseum molle.' (lenonem cod., ed. pr. Lenone Fabricius) Incertus de orthogr. p. 2789 P. 'caseus... Pomponius neutraliter dixit: caseum molle.'

Maccvs Cf. Ritschelii Parerg. I 133 sq. I Nonius 238, 16 'attendere est intendere .... Pomponius Macco: quid' e. q. s. II Nonius 114, 12 'foria, stercora liquidiora. Pomponius Maccho: c. m. D.'

Macci Gemini I Nonius 508, 23 'uenibo pro ueniam. Pomponius Maccis geminis: sero' e. q. s. (in actis geminis Bamb.) II Nonius 469, 28 'accinge pro accingere. Pomponius Macchis geminis: iam' e. q. s. (Machis Bamb. inachis Par. P) III Nonius 75, 27 'abscondit pro abscondidit. ('abscondidit pro abscondit' Rothius) 'Caecilius

---

scripsi baso *Halb. Amien. Vind. Bamb. Bong. Erl. b Carolir.* ba≡so *Barb.* basso *Sang.* bas^{o}≡ (e *eras. ut uid.*) *Grut.* base *Reg.* basse *Heidelb. Lips.* 1 *Erl.* 1 *Krehlii. Vulgatum* basse *uel* Basse *non nego per se bonum esse* 63 probe *scripsi* pol *libri* hanc ego *Munkius* ego hanc *libri* ego hance *L. Müller l. l., ubi melius* ego *plane delebatur* 64 conforiasti *Salmasius Exerc. p.* 385 *Cf. schol. Iuuenal. III* 38 me, Diomedes] *an* med edio medi? 65 si sexta, *ut scripsi*, *Colb.* si sexta si *Bamb.* sexta si *ceteri libri* 66 inibi *Lipsius* mihi *libri* hic *Duebnerus Iahnii ann. philoll. V* 440 (egomet hic *Bothius* egomet *Quicheratius*) reuertor *Bamb. Colb.* amus *Bamb. Colb.* accingere *Leid.* adcingere *Par. P Bamb.* 67 ei *om. libri* puella *ante Aldinam* nunc quid abscon-

IV (4)

Incépi contuí: conspicio cóleatam cúspidem.

MACCI GEMINI PRIORES

70 Quín bono animo es? uídeo erepsti prímiter de pánnibus.

MACCVS MILES

I (2)

nam cibária

Vicém duorum mé comesse cóndecet

Solúm.

II (1)

73 Cum cóntubernale púgnaui, quia meám cenam . . .

Exule [I] Pomponius Maccis geminis: perii' e. q. s. (mactis Harl.) Cf. Aristophanis Thesmoph. 643 sq. IV Nonius 470, 31 'intui et contui pro intueri . . . Pomponius Macchis geminis: incoepi' e. q. s. (Machis Bamb.) Vide praeterea inc. fab. I

Macci Gemini Priores? Non diuersam fuisse a fabula superiore ipse uersiculus reddit probabile. Cf. Ritschelius Parerg. I 135 Nonius 154, 25 'primiter pro prime, et primitus pro primo. Pomponius accius geminis: quin bono' e. q. s. Idem 488, 30 'pannibus pro pannis. Pomponius Macchis geminis: bono' e. q. s. (Pomponius om. Par. P Machis Bamb. Harl. Par. P) Idem 506, 24 'es pro esto . . . Pomponius Magis geminis: bono' e. q. s. Charisius II p. 188 P. 'primiter: Pomponius in Maccis geminis prioribus: bono animo es, eripis primiter.' (prioribus e pannibus ortum et transpositum esse ingeniosa Buecheleri suspicio est)

Maccvs Miles I Charisius I p. 101 P. 'duorum Pomponius in Macco milite: nam' e. q. s. II Charisius I p. 99 P. 'contubernale Pomponius in Macco milite: cum c., inquit, pugnaui, quia m. c.'

didisti (abscondisti *Par. P*) *libri* num quid abscondisti *Aldina* 69 incoepi *libri* 70 quin *om. libri Non. p.* 488. 506; *Charisius* est *libri Non. p.* 154 uideo *om. Charisius* erepsti *Buechelerus decl. lat.* 66 eripisti *libri Non. p.* 488 eripis *libri p.* 154, *Charisii cod.* derepis *Nonii libri p.* 506 erepisti *Vossius* eripuisti *Iunius Animadu. VI* 10 *ex uetusto codice* primit˜ *Bamb. p.* 488 da panibus *W p.* 154 71 nam si cibaria *ed. pr.* duorum solum me c. c. *cod.*, *transposui* solum, *nisi glossema potius existimandum erit.* duorum solum me esse condecet *Maehly* 73 *septenarius uel iambicus uel anapaesticus* contubernale *cod. quod* contubernalei *olim interpretatus eram, ut* annalei *idem Romanus p.* 97 *memorat, disertum autem de uocali testimonium deest utroque loco, nec decerni potest ablatiui terminationem utrum longam an breuem haberi uoluerit poeta.* contubernale ego *Bothius in senario* q *h. e.* quia *cod.* quod *ed. pr.* qui *coni. Keilius, non male.* quoad *Bothius* *In exitu uersus* cenauit *suppleri potest.* *Senariorum frusta* cum

MACCVS SEQVESTER

Símile est, quasi cum in caélo fulgit própter lunam lúcifer.

MACCVS VIRGO

Praéteriens uidít Dossennum in lúdo reuerecúnditer
Nón docentem cóndiscipulum, uérum scalpentém natis.

MEVIA

Díes hic sextust cúm nihil egi, díe quarte emoriár fame.

MAIALIS

I (1)

. . . animos Vénus ueget uoluptátibus.

II (2)

Míseret me eorum, quí sine frustis uéntrem frustrarúnt suum.

MACCVS SEQVESTER Nonius 506, 8 'fulgit pro fulget...Pomponius Maccho sequestre: simile est' e. q. s.

MACCVS VIRGO Nonius 516, 22 'reuerecunditer' ('uerecunditer' Bamb.) 'Pomponius Maccho uirginem: praeteriens' e. q. s. (macco plerique secundum Quicheratium Virgine Bothius)

MEVIA: cf. ICL I 1276 Gellius X 24, 5 'diequinte enim et diequinti pro aduerbio copulate dictum est, secunda in eo syllaba correpta .... uenit ecce illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia scribitur: dies' e. q. s. (metui ascribitur optimi libri) Macrobius Sat. I 4, 22 'modo diequinti, modo diequinte pro aduerbio ... ecce uenit illius uersus Pomponiani in mentem, qui est ex Atellania, quae Meuia inscribitur: dies' e. q. s. (Mebia Gud. Salisb. Med. a Maebia Par. Bamb. m. pr. Angl., duo Bodl. Gronouii maeba Regin.)

MAIALIS I Nonius 183, 1 'ueget pro uegetat uel erigit uel uegetum est. Pomponius Maiali: animos' e. q. s. II Nonius 473, 17 'frustro

---

contubernale pugnaui quia Meám cenauit cenam *parum numerose distribuit Hauptius Herm. II* 216. *Creticos tales* átque cum cóntubernále pugnáui, Qui meam cénam [edendo fidem fregit] *Buechelerus effecit* 74 *An* simil est? qua i *edd.* quas *libri* 75 Dossennum *Bothius* dossensum *Bamb. Colb.* duossensum *ceteri libri* discipulum *Duentzerus mus. Rhen. VI* 287 76 uererum *Bamb.* nates *Par. P* 77 hęc *Petau. Gellii* his *Paris. a Macrobii* sextust *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium* 29 sextus *libri* tertius *Scriuerius* nil *commendat Fleckeisenus* edi *Pontanus* die septime *Pontanus* emoriar *Scioppius* moriar *libri* *De forma* diequarte *cf. Fleckeisenus l. l.* 79 *trochaeos commendantem Muellerum prosod. Plaut.* 612 *secutus sum, iambos olim exhibueram* frustris *Bamb. et posteriore* r *comp. W Leid.* fructis *Colb.* fustis *Par. P*

III (3)

cenam quaéritat:
Sí eum nemo uócat, reuortit maéstus ad maenám miser.

MARSYA

Arnobius adu. nationes II 2 'quia fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis.'

MEDICVS

Dolásti uxorem. ⟦ núnc ea propter mé cupis
Concídere? et iam rhétorissas.

MVNDA

I (1)

Ego íllam non ampléctar? ego non sáuiem?

II (2)

Sí calendis [dómi] conuiuant, ídibus cenánt foris.

NVPTIAE

Farínam insipui cóntrusi condépsui.

pro frustror. Pomponius Maiali: miseret' e. q. s. III Nonius 476, 1 'reuortit.' Cum hoc fr. Meinekius comparat Timoclis uersus qui in com. Graec. fragmentis p. 802 sq. fr. 11 (ed. min.) extant; cf. maxime haec: *ὁ γοῦν Κόρυδος ἄκλητος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, Γενόμενος ὀψωνεῖ παρ' αὐτὸν οἰκαδε κ. τ. λ.*

Marsya Cf. Munkius p. 87: Pomponi Secundi tragoediam intellegi uult Duebnerus in Iahni et Klotzii annall. philoll. 1830 p. 438

Medicvs Nonius 166, 1 'rhetorissat. Pomponius Medico: dolasti' e. q. s.

Mvnda I Nonius 474, 12 'sauies. Pomponius Munda: ego' e. q. s. II Nonius 474, 20 'conuiuant pro conuiuantur.'

Nvptiae Nonius 39, 12 'condepsere, commiscere, a Graeco tractum . . . Pomponius Nuptiis: partem' e. q. s.

frustrarũ *Bamb.* 81 *sq. trochaeos nunc iambis praetuli* mestus *libri* maenam *mss. Gothofredi* menam *ceteri libri* 82 dolasti *edd.* dalasti *libri* chalasti *conl. inscr. Pomp.* 2021 *coni. Buechelerus Mutaui personas, ut respondeat noxius* 83 etiam *Bothius, qui alteri personae haec tribuit* 84 amplectare *Bamb. Colb.* sabiem *libri plerique* sabiaem *Bamb.* suauiem *Iunius* 85 domi conuiuant *Duebnerus l. l.* 440 conuiuantur, *om.* domi, *libri* caenant *Bamb.* 86 farinam *scripsi: cf. Cato de re r.* 76 partem *libri* far patenae *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 830 partem insipaui *Iunius* insipui partem *Munkius. Vel primam uersus syllabam uel* huc *ante* insipui *excidisse olim statuebam.* contrusi *cum Machlyo scripsi* conclusi *libri, in quo merito offendit Bergkius l. l.* condempsui *W*

PANNVCEATI

I (6)

séd meus
Fráter maior, póstquam uidit mé ui deiectúm domo,
Núpsit posteriús dotatae uétulae uaricosaé uafrae.

II (1)

Sárculum hinc illó profectus íllim rediistí rutrum.

III (4)

Díxi ego illud futúrum: in prima uálua est, uix haerét
miser.
⁋ 'Euannetur ét mea opera ut fíat fecero ócius.

IV (2)

Quíd? dedi nebulóni, quem pertísumst [esse] paúperem

V (8)

paenulam ín caput
Indúce, ne te nóscat.

PANNVCEATI Nomen quid sibi uelit (cf. Macc. gem. pr.) maxime produnt fr. V et VI, quorum posterius (cf. VII) non tam ad donum mulieri factum, sed ad hominem in trua latentem, capite obuolutum spectare uidetur. Fr. IV uxor dotata (I) queri uidetur, quod misericordia quadam commota indignum pecunia sua beauerit. I Nonius 143, 27 'nubere ueteres non solum mulieres, sed etiam uiros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt.' II Nonius 18, 21 'rutrum dictum est a radendo.' ('ruendo' Mercerus) III Nonius 19, 22 'euannetur dictum est uentiletur uel moueatur, a uannu, in qua legumina uentilantur.' IV Nonius 18, 32 'nebulones et tenebriones dicti sunt, qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam et tenebras obiciant; aut quibus ad fugam et furta haec erant accommodata et utilia.' Cf. Pseudoacro ad Hor. carm. I 2, 12 V Nonius 537, 7 'paenula est uestis, quam supra tunicam

88 ui deiectum *Mercerus* in deiectum *libri*, *nisi quod* inde eiectum *Urbin.* 307 (*an* med inde eiectum?) *Vnum uersum* séd meus frater m. p. uidit me eiectúm d. *Buechelerus proposuit* 89 uafrae *Iunius* afrae *libri* 90 profectu's *olim edidi*, *nec nunc repudio* illim *Gifanius* illum *libri* redisti *libri, corr. Bothius* *De correpto* u *in* rutrum *Lachmannus in Lucr.* 36 91 heret *libri* miser *Bothius* misera *libri* infirma ualua est, uix h. sera *Buechelerus* 92 mea ocius opera ut f. f. *libri*, *transposui*, *sed fortasse* exclusus *pro illo* ocius *scribendum*, *ut seruetur ordo;* occlusa *Buechelerus.* *Erat cum* Orcinus *conicerem* 93 pertisumst esse *scripsi* pertesunt, *om.* esse, *libri* pertesum *Aldus* pertaesum est *Bothius* propter te sim *Mercerus* per te sum passus *Munkius* pauperum *Bothius* 94 penulam *Bamb.* incede *Bamb.* 'sed ce *uix potest certo legi*' nocat *Par. P*

VI (3)

Múlier ubi conspéxit tam mirífice tutulatám truam

VII (5)

Néque interim cacándi causa cúmquam incoxauí nate.

VIII (7)

Núnc roges quid fíat: restis uílis est, uelét gulam.

PAPPVS AGRICOLA

I (1)

Néscio quis molám quasi asinus úrget uxorém tuam,
'Ita opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

II (3)

. . . . . dómus haec feruit flágiti.

III (4)

Vólo scire ex te, cúr urbanas rés desubito déseris.

accipimus.' (Panuntiatis Bamb.) VI Nonius 19, 15 'truam ueteres a terendo, quam nos diminutiue trullam dicimus, appellari uoluerunt.' VII Nonius 39, 8 'incoxare, in coxam sidere.' VIII Nonius 416, 15 'uelare est coperire, unde et reuelare nudare dicitur. Velare rursum ligare.'

Pappvs Agricola Rus ex urbe inprouiso redeuntem Pappum intellegi fr. III probabiliter statuit Munkius p. 34 I Nonius 477, 4 'manducatur pro manducat.' II Nonius 498, 4 'genetinus positus pro ablatiuo uel aduerbium loci... Pomponius Pappo agricola: domus' e. q. s. Idem 503, 8 'feruit pro feruet... Pomponius Agricola: domus' e. q. s. III Nonius 517, 28 'desubito.....Pomponius Pappo

---

96 conspexit *Bothius* aspexit *libri* titulatam *Basil.* truam, *suprascr.* ll, *Harl.* trulam *Basil.* trullam *ceteri libri* 97 candida *W Harl. Par. P* cumquam, *quod adlitteratione commendatur, hiatus uitandi causa scripsi* (*cf. Muellerus prosod. Plaut.* 356 *sq.*) umquam *libri* incoxamui *W Par. P, et erasa* m *Leid.* nates *ms. Fabri, fortasse recte, nisi* natem *praestat* 98 roges *scripsi* rogis *libri* rogas *uulgo* uilis *Turnebus Adu. XXX* 9 biles *libri* 99 molam quasi asinus urget *A. Luchs Herm. VI* 269, *postquam* quasi molam urget asinus *olim coniecceram.* ellam urget quasi asinus *libri* urget ellam qua asinus *Bothius* quasi asinus eccillam urget *non sufficere uidetur* 100 ita *om. Par. P* opertis oculis simul *libri* oculis opertis simitu *Bothius* molit *Iunius* molet *libri* '*Velata facie*' *et* '*luminibus obtectis*' *etiam apud Apuleium metam. IX* 11 *ad molendum circumagitur* 101 fuerit flagitii *Par. P p.* 503 fuerit placiti (plauciti *Colb.*) *libri p.* 498 102 res tam desubito *Basil.* deseres *Par. P*

IV (2)

Núnc quando uoluísti facere, fác uoluptatí sies
Íbus.

PAPPVS PRAETERITVS

Populís uoluntas haéc enim et uulgó datast:
Refrágant primo, súffragabunt póst, scio.

PARCI

Nón erat qui córpus tremulum fámula tutarét toga.

PATRVVS

Mírum facies, fátue, si stud nímium mirabís diu.

PHILOSOPHIA

'Ergo, mi Dossénne, cum istaec mémore meministi, índica,

agricola: uolo' e. q. s. IV Nonius 486, 19 'ibus pro his minus Latinum putat consuetudo, cum ueterum auctoritate plurimum ualeat... Pomponius Papo agricola: nunc' e. q. s.

Pappvs Praeteritvs Nonius 468, 7 'suffragantur.' ('suffragant pro suffragantur' recte Iunius) 'Pomponius Mappo praeterito: populis' e. q. s. 'Sisenna...suffragauerunt.' (Pappo Bentinus Macco Rothius) Cf. Nou. Papp. praet.

Parci Nonius 476, 10 'tutant ... Pomponius Partis: non' e. q. s. (Parcis Bothius 2 Patruo ed. 1526)

Patrvvs Nonius 474, 25 'mirabis. Pomponius Patruo: mirum' e. q. s. (Pappo Iunius)

Philosophia Nonius 514, 23 'memore pro memoriter. Pomponius Philosophia: ergo' e. q. s. (phophia ms. Iunii Philosopha Bothius Philosopho Gebhardus Philosophis Duentzerus mus. Rhen. VI 285)

Priscianus XV 4 p. 1014 P. 'Pomponius de philosophia: cum istaec memore meminit, pro memoriter.' Et nomen fabulae et uersus commentatus est Mercerus

---

103 noluisti *Leid. Bamb. Colb.* uoluntati *Colb.* sies Ibus *uel* sis ibus *Lachmannus in Lucr.* 262 105 uoluptas *Iunius* enim *scripsi* est *libri* datast *scripsi* datas *libri* uagas *ed.* 1476 uages *Bothius*

106 refragant primo, subfragabunt post scio *Rothius* refragabant per suffragabunt post scio *Bamb.* refragabunt pro subfragabunt post scio *ceteri libri* (*nisi quod* post scio *om. Colb.*): *quae uulgo pro corrupto et manco lemmate habebantur.* 107 qui *scripsi* quid *libri* quod *Aldina* quae *Bothius* 2 108 si stud nimium *Lachmannus in Lucr.* 197 sistudium *libri* si istud studium *Vossius.* *An* si stud mirum? 109 mi Dossenne *Mercerus* ni dossedne *libri* mi philosophe *Duentzerus* istaec *Bamb. Colb. Nonii et plerique Prisc. codd.* isthaec *Carolir.* istae *Bamb. Prisc.* istahaec *ceteri libri Non.* memorero *Bamb.* meminit *Prisciani codd.*

110 Quí illud aurum abstúlerit. ‖ non didici áriolari grátiis.

PICTORES

Páppus hic mendícus habitat, sénica non sescúnciae.

II (2)

Mágnus manducó camellus . . . canthérius

III (5)

'Ipsus cum uño séruo senex intéstato proficíscitur.

IV (1)

'Asside, si quá uentura est áliqua strena strénue.

V (6)

115 Quae túleram mecum mília decém uictoriáta,
In Graéca merced ílico curáui ut occupárem.

VI (4)

Númmos certos dícas. ‖ dico quínquaginta mília.

Pictores (Cf. *Ζωγράφοι* Anaxandridis, *Ζωγράφος* Antiphanis Diphili al.) Sed dubium est, an non forte Piscatores potius fuerint, praesertim cum ipsa codicum scriptura fr. VI et VII (Pistoribus) eo ducere uideatur. Certe horum duorum exemplorum sedes ambigua est I Nonius 17, 20 'senica significat senex.' II Nonius 17, 15 'manducones, qui manduci dicti sunt, et mandones, edaces.' III Nonius 323, 27 'intestatus est, qui sine testamento perit. Intestatus est rursum, cuius nerbis fides non habetur.' IV Nonius 17, 1 'strena dicta est a strenuitate.' V Nonius 356, 7 'occupare, collocare.' VI Nonius 280, 18 'dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus: nummos' e. q. s.

110 quid *W* illum *Par. P* malum *Palat.* ariolari *Harl.* arilari *W* hariolari *ceteri libri* gratiis *Mercerus* gratis *libri* 111 hic mendicus *scripsi* hic medio *libri plerique* hic in medio *Harl. Par. P, Aldus, qui poterat* mediod *scribendo hiatum uitare.* hac in aedi *Scaliger Coni. in Varr. p.* 80 his in aedibus *Gulielmius Veris. II* 16. *Etiam* hice medicus *in mentem uenit* seneca *Leid. Harl.* sescunciae *Turnebus Adu. XVII* 23, *Gulielmius* sescuntiae *Leid. Harl.* sescuntia *ceteri libri* sesquisenica *Scaliger* 112 manducus *libri: u. supra* camellus *libri Turnebi Adu. XVII* 23 camillus *ceteri* camelus *Mercerus* camelus es *Bothius* canterius *libri* magnús camelus mánducus c. *Munkius* m. camelus, cantharus, cantherius *Naekius in Niebuhrii mus. Rhen. III* 416 'ludens.' magnús manducus, casmillus canterius *Quicheratius. Inseri uelut* calcitro *potest.* 113 *iambi haud facile cuiquam praeter Muellerum prosod. Plaut.* 143 *placebunt.* ipsius *Par. P* seruo int. uno senex *Bothius* 114 aliqua *scripsi* alia *libri* strenue *Bentinus* strenae *libri* 115 uictoriatum *Iunius in mg., Gulielmius Veris. II* 16 116 Greca *libri*

VII (7)

Mírum ni haec Marsa ést, in colubras cállet cantiúnculam.

PISCATORES

I (3)

Quíd habes in surpículis, calue? ‖ ómne piscatí genus.

II (1)

120 Nescío quid: non est hóc merum, quod hic plórat . . . .

III (2)

Quid hoc ést tumulti?

PISTOR

I (1)

Décipit uicínos: quod moléndum conduxít, comest.

II (3)

Nám plus quaesti fácerem, quam quadrínas si haberém molas.

(Pompinius Par. P Pictoribus Mercerus) VII Nonius 482, 7 'sic et callet illam rem pro illa re. Pomponius Pictoribus: mirum' e. q. s. (Pistoribus W m. pr.)

Piscatores I Nonius 488, 15 'piscati pro piscatus. Pomponius Piscatoribus: quid'· e. q. s. II Nonius 344, 13 'merum, sincerum. Pomponius Piscatoribus: nescio' e. q. s. III Nonius 484, 2 'tumulti pro tumultus . . . Pomponius Piscatoribus: quid' e. q. s. (Piscatoris W)

Pistor I Nonius 81, 21 'comest pro comedit . . . Pomponius Pistore: decipit' e. q. s. II Nonius 483, 25 'quaesti uel quaestuis

merced *Bergkius symbol. I* 66 (*sed idem* merce id *probari posse arbitratur*) mercede *libri* 118 colubres *Bamb.* cantiunculam *Passeratius*, *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 843 canticulam *Leid. Bamb. Harl. Colb. Par. P* canticulum *ceteri libri* 119 quod *Par. P* sirpiculis *Colb.* syrpiculis *ceteri libri* picati *W* em (*uel* habeo) omne *Muellerus prosod. Plaut.* 592 120 *septenarium iambicum nunc discripsi, qui transpositis* hic quod *etiam leniri possit: nam haec quoque notatio* quod hic plorat . . . *durior est. Trochaeos tales:* néscio quid, sed non est hoc merum hic quod plorat . . . *olim feceram. Non placent sic discerpta:* merum, Quod hic plórat nescio quid] *cf. A. Luchs Herm. VI* 269. 271 *sq.* parat *in senario Buechelerus* 121 quid *Colb. Aldina* quod *ceteri libri* 122 conduxi *Par. P* 123 quaestim *Par. P* rinas, *suprascr.* quadri, *Leid.* quadrina *Bamb. Colb.* malos *W Harl.*

III (4)

Fít desubitod hílarus tristis; sáltat ridens, ríngitur.

IV (2)

. . nisi nunc áliquis subitod óbuiam occurrít mihi,
Qui óquiniscat, quó conpingam términum in tutúm
locum

PLACENTA

rústici

Edúnt libenter trístis atros íntibos.

PORCETRA

I (2)

Sciúnt hoc omnes, quántum est qui cossím cacant.

dictum pro quaestus . . . Pomponius Pistore: nam' e. q. s III Nonius 517, 29 'desubito . . . . Pomponius Pappo agricola [III] idem Pistore: fit' e. q. s. IV Nonius 146, 24 'oquiniscere est proprie inclinare. Pomponius Prostibulo [I] idem Pistore: nisi' e. q. s.

PLACENTA Nonius 209, 4 'intiba generis neutri . . . masculini Lucilius satirarum lib. V: intibus praeterea pedibus praetensus equinis. Idem XXX: pulmentaria, ut intubus . . . Pomponius in Placenta: rustici' e. q. s. (piacenta Leid.)

PORCETRA Gellius XVIII 6 'ex eo libro' (Aelii Melissi de loquendi proprietate) 'uerba haec sunt: matrona est, quae semel peperit; quae saepius, mater familias: sicuti sus, quae semel peperit, porcetra; quae saepius, scrofa . . . de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellania, quae hoc eodem uocabulo inscripta est.' PORCETRAM, PORCARIAM, PORCVM unam eandemque fabulam habeo. De Porcaria cf. Ritschelius Parerg. I 141 I Nonius 40, 29 'cossim dictum, quasi coxim. Pomponius Porcaria: hoc' e. q. s.

---

124 flet *Iunius in mg.* desubitod *nunc scripsi* desubito *libri, quo seruato primam uersus syllabam deesse olim statueram. seruari potest etiam* tristis hilarus *transpositis* altat *Bamb.* ridet *coni. Munkius* flét, fit desubito hilarus; tristis saltat, ridens r. *prop. Buechelerus* fit desubito tristis, hilarus saltat, ridens ringitur *peruersa sententia Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 827 - 125 pereo *praemittas* subitod *scripsi* subito *libri* desubito *flagitat Muellerus prosod. Plaut.* 592 *Lacuna in medio uersu si fuit, addito* properans *post* subito *expletur* 126 qua *Urbin.* 307 in tutum in totum locum *Leid.* 128 libenter pedibus tristis *libri: deleui* pedibus *dittographia ex Lucilii exemplo inlatum* l. paedidos t. *Gulielmius Veris. I* 11 l. dapibus t. *Mercerus* l. pedibus tritos *Munkius et L. Muellerus annall. philoll.* 1868 *p.* 426 *sq., idem* pistos *proponens* adros *Leid* acres *Aldina* 129 sciunt hoc *Bothius* hoc sciunt *libri.* *An* hoc scibunt?

II

130 Décedo cacátum: [eccam in ista] uípera est ueprécula.

PRAECO POSTERIOR

I (2)

Séd me exercet sénica nequam, néque illo quid faciám scio.

II (8)

Vís facere ut nouérca uetulum dérepente déserat?

III (9)

Ad Véneris est profectus mane uétulus, uotum ut sól-
ueret.
Ibi núnc operatus ést.

IV (1)

135 cálue, adportas núntium
Nóbis disparém diuisum: huíc seni senium ét metum

V (6)

'At te di omnes cúm consilio, cálue, mactassínt malo!

VI (5)

Sí sciam quid uelís, quasi serui cómici conmíctilis

II Nonius 231, 13 'uepres . . . feminino Pomponius Porto per hypocorisma: decedo' e. q. s. (accius porto peripetoris male cedo Urbin. 308 Portitore Iunius in mg. Porco Bothius)

Praeco Posterior Cf. Ritschelius Parerg. I 134 Fabulae argumentum quoddam ariolando contexere ausus est L. Mueller de re m. 421

I Nonius 17, 21 'senica significat senex. Pomponius Pictoribus [I] idem Praecone posteriore: sed' e. q. s. II Nonius 518, 16 'derepente . . . Pomponius Praecone posteriore: uis' e. q. s. III Nonius 523, 10 'operari est deos religiose et cum summa ueneratione sacrificiis litare, uel conuiuari. Pomponius Praecone posteriore: ad' e. q. s. (posterior Bamb.) IV Nonius 2, 27 'senium est taedium et odium . . . . . Pomponius Praecone posteriore: calue' e. q. s. V Nonius 342, 11 'mactare malo adficere significat . . . Pomponius Praecone posteriore: at' e. q. s. VI Nonius 83, 2 'conmictilis. Pomponius Prae-

130 decedo cacatum *om. Leid.* eccam in ista uipera est ueprecula *scripsi* uepra est ueprecula *libri* dede, cedo, cacatum: uipera est in ueprecula *Iunius in mg.* decedo cacatum, uide prope est ueprecula *Munkius* 131 sed me sed exercet *W* 133 est profectus *scripsi* profectus est *Bamb.* profectu est *ceteri libri* profectu'st *numeris trochaicis Munkius* 134 operatu'st *idem, fortasse recte. An* operatur? 135 Calue *Bamb.* *Hiatum facile est inserto* nam *tollere suppleto scil.* adfers *uerbo* 138 uis *Bothius* commictitis compositi *W in mg.*

VII (3)

Térgum uarium . . . . . linguám uafram

VIII (4)

'Age modo : sta gárri. particulónes producám tibi.

IX (7)

Quót laetitias ínsperatas módo mi inrepsere ín sinum!

X (Nou. Pr. post.)

Ego dédita opera té, pater, solúm foras
Sedúxi, ut ne quis ésset testis tértius
Praetér nos, tibi cum túnderem labeás lubens.

cone posteriore: si' c. q. s. (p̃con Bamb.) VII Nonius 19, 31 'uafrum est callidum et quasi ualde Afrum et urbanum.' VIII Nonius 20, 5 'particulones dicti sunt coheredes, quod partes patrimonii sumant.' IX Nonius 500, 26 'accusatiuus pro nominatiuo.' X Nonius 210, 24 'labeae rursum feminini . . . Nouius Macco exule . . . idem Praecone posteriore: ego' e. q. s. Errasse Nonium in referendo poetae nomine persuasit Ritschelius Parerg. I 134

---

139 tergum uarium, linguam uafram *continuauit Nonius mediis ut puto omissis, nisi forte in sonorum similitudine quadam ludens poeta* uaferam *distraxit.* linguamque uafram *anapaestis Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 835 140 sta *esse* ista *monuit L. Mueller de re m.* 421 sta, Cai *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 775 particulones produc antibus uel producam tibi (*sic*) *Urbin.* 307 particulones produc antibus *ceteri libri* produc particulones antibus *L. Mueller* 141 quot *Iunius* quod *libri* inspiratas *Bamb.* mihi *libri* quot laetitias insperatas modo mi inrupere in sinum, *omisso quod praecesserit subiecto, Ritschelius de epigr. Sor. p.* 20: *nominatiuum pluralem Oscorum more positum censebant Bergkius in ephem. suis* 1851 *p.* 17 (*cf. symbol. I* 100 *sq.*) *et Huschkius monum. Osc. et Sabell. p.* 312; *nec ipse Ritschelius nunc nou. excurs. Plaut. I* 117 *aspernatur uetustas formas. A transitiuo uerbo* inrepsere *accusatiuos pendere censet Buechelerus decl. lat.* 17, *idemque suspicatur Pottius in Aufrechti et Kuhnii ephem. compar. ling. dicatis I* 321; *pro soloecismo habet Bernhardy hist. litt. Rom. adn.* 334 *p.* 434; *exclamari* quot laetitias insp. *statuunt Geppertus de pronunt.* 43, *et Guil. Wagnerus in Academia Britannorum ephem.* 1871 *p.* 407. *In exclamatione quidem latinum erat* tót laetitias i. modo mi inrepsisse in s. 142 ego *Iunius* ergo *libri* 143 testis: *obscenum subesse sensum suspicatur Buechelerus mus. Rhen. XVIII* 388 144 tunderem *Iunius* tonderem *libri*

PRAEFECTVS MORVM

I (1)

ut sí quis est
Amíci amicus, gaúdet si cui quíd boni
Euénit, cuii amícus est germánitus.

II (2)

. . pater adést: negato esse híc me. ego operibó caput.

PROSTIBVLVM

I (5)

Vt núllum ciuem pédicaui pér dolum,
Nisi ípsus orans últro qui oquiníscerét.

II (6)

Sí ualebit, púls in buccam bétet: sic dixín schema?

III (4)

. ego quaero quód edim, his quaerunt quód cacent:
contráriumst.

PRAEFECTVS MORVM I Nonius 118, 14 'germanitus, fideliter, dicam a germanitate.' II Nonius 507, 31 'operibo pro operiam.'

PROSTIBVLVM I Nonius 146, 22 'oquiniscere est proprie inclinare.' II Nonius 224, 33 'schema femininо genere dici ueterum usurpat auctoritas . . . Pomponius Prostibulo: si' e. q. s. III Nonius

---

145 amici amicus *scripsi* amicus amici *libri* amico amicus *Iunius* amicos, animo *Buechelerus*, *fortasse recte* si cui quid *Buchnerus l. l.* 441 sicut quid *Bamb.* sicut qui *ceteri libri* ut si qui est . . . boni *septenarium olim dederam: possit etiam iambicus octonarius* ut sí quis est *e. q. s. fuisse.* 146 *Post* euenit *olim trium syllabarum lacunam statueram* cuii *scripsi ut Caecil.* 261 cui *libri* cuius *ante Iunium an* sit? 147 adest *Bentinus* atest (ate *Par. P*) *libri* at st *Scaliger Coni. in Varr. p.* 24 adest. ⟦ st *Scheggkius Praem. ep.* 10 *ap. Grut. IV* 908 pater! ⟦ At st' *Munkius Senarium* pater ádest *e. q. s. metitur Muellerus prosod. Plaut.* 86. *Septenarium malim* eccum *praemittendo quam* hice med *scribendo expleri: nec male praeterea Buechelerus* páter adest. ⟦ at tú negato *proposuit* 148 at *Bothius* pedicaui *libri: cf. Buechelerus mus. Rhen. XVIII* 386 149 ipsius *W* ultroque *Iunius* 150 ualebit plus *libri* ualebit puls, *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 777 betet *idem* uetet *libri* uertet *Bothius* 2 sic dixin? *scripsi* si dicin *libri* sic dicin' *Bothius* sic dicam *idem* 2 sic dicunt *Munkius* 151 *suppleri facile potest uel* nám ego *uel* égo enim *uel* égo nunc. comedim *Munkius* his (*i. e.* hi) *nunc scripsi.* has *libri*, *quod pro*

IV (3)

'Ego rumorem párui facio, dúm sit rumen qui ímpleam.

V (2)

Cóntinuo ad te cénturiatim cúrrent qui paném petent.

VI (7)

quaé peditibus núbere

Póterant, equites spérant spurcae.

VII (8)

Quis híc est? quam obrem hic próstat? rictum et lábeas cum consídero —

VIII (1)

Iámne abierunt? iám non tundunt? iámne ego sum in tutó satis?

Núnqui hic restitát, qui nondum lábeas lerarít mihi?

84, 1 'comedim pro comedam .... Pomponius Prostibulo: ego' e. q. s. Cf. Nouii Bubulcus IV Nonius 18, 15 'rumen dicitur locus in uentre, quo cibus sumitur, et unde redditur; unde et ruminare dicitur.' V Nonius 18, 12 'centuriatim dictum est abundanter et copiose; a centuriis, quae suffragium in comitiis ferebant.' VI Nonius 394, 15 'spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum ... Pomponius Prostibulo: quae' e. q. s. VII Nonius 456, 1 'rictum ferarum dici uolunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere ... item Pomponius Prostibulo: quis' e. q. s. VIII Nonius 18, 1 'delerare' (delirare Bamb.) 'est de recto decedere: lera' (lira Bamb. Leid. Montisp. Par. P) 'est autem fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur, et in quam uligo terrae decurrat. Pomponius Prostibulo: iamne .... mihi? id est, confoderit.'

---

nominatiuo haberi posse coll. u. 141 *olim putaueram;* hae *in textu posueram.* égo quaero quod edim, hí si *Bucchelerus* quaerunt *libri*, *non* quaerere *ut in edd. praeter Aldinam extat*, *nam falsa Hauptius testatur.* quod *edd.*: *cf. Nou.* 6 quos *libri* contrarius est *libri* contrarium est *Munkius* égo quaero quod comedim, hos quaerere quod cacent contrariumst *Hauptius Herm. II* 216 *dactylo uitioso non offensus* ego quaéro quod edim, hac quaerunt quod contrariumst *A. Spengel Philol. XXVI* 198 dúm ego quaero quod edim, has (*i. e.* hae) quaerunt, quo cacent, contrario *Bergkius symb. I* 101

153 petunt *Urbin.* 307 154 peditibus *ms. Casauboni* pedibus *ceteri libri* 156 quís hic est *alii praeferant* 157 sum *extat in W et Urbin.* 307, *om. teste et probante L. Muellero mus. Rhen. XXVII* 287 *in Leid.* 158 nunquis *libri, correxi* restitat *scripsi* resistit *libri* restat *Bothius*, *quod* nunquis *librorum scriptura commendatur.*

PYTHO GORGONIVS

'O hominem beátum, quo illae péruenibunt díuitiae!

QVINQVATRVS

160 Vénit nos rogátum, quando nóstrae essent Seplásiae

RVSTICVS

Quid núnc uis fieri? ' uérrem sume dápsile ac dilúcide

SARCVLARIA

Altér amat potat pródigit, patrém suppilat sémper.

SATVRA

I

Cuiusuís leporis Líber diademám dedit.

PYTHO GORGONIVS, quem titulum iam Scaliger sat probabiliter explicauit: cf. Munkius p. 41. Nonius 508, 4 'peruenibunt. Pomponius Pintone Gorgonio: hominem' e. q. s. (Pithone ed. 1526 Pythone Scaliger Coni. in Varr. p. 151 Gorgoni uel Gorgone L. Muellerus mus. Rhen. XXIII 697 Pythogorgo coni. Hertzius)

QVINQVATRVS Nonius 226, 18 'Seplasia feminini . . . Pomponius Quinquatribus: uenit, inquit, rogatum' e. q. s.

RVSTICVS Nonius 513, 26 'dapsile. Pomponius Rustico: quid' e. q. s.

SARCVLARIA Cf. Caecili Rastraria. Nonius 13, 1 'suppilare est inuolare uel rapere, a pilorum raptu, unde et furtum passi compilati dicuntur . . . Pomponius Sarcularia: alter' e. q. s.

enim non sal, sed natura ridetur. In quo, ut mihi uidetur, persalsum illud est apud Nouium: quid' e. q. s. (Naeuium Erl. b, ed. Rom. nouum Lag. 2. 36 Ennium neuium Lag. 14 corr. ut 3 Ennium Lag. 23) XI Cicero de orat. II 63, 255 'notissimum ridiculi genus cum aliud expectamus, aliud dicitur. Hic nobismet ipsis noster error risum mouet. Quod si admixtum est etiam ambiguum, fit salsius, ut apud Nouium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidens percontatur ita: quanti . . . nummum. Si addidisset tantum modo ducas licet, esset illud genus ridiculi praeter expectationem, sed quia addidit nihil addo, ducas licet, addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem uidetur, salsissimus. (Naeuium Erl. b, ed. Rom. Nenium Lag. 69 Ennium Lag. 23) XII Cicero de orat. II 70, 285 'praeter expectationem accidit, ut testem omnium risus obrueret. Huius generis est plenus Nouius, et iocus est familiaris: sapiens . . . tremes, et alia permulta.' (Naeuius Erl. b) XIII Priscianus X 9 p. 910 P. 'sallio sallitum facit, sallo salsum . . . Lucilius in VIII: sallere . . . Inde etiam participia futuri salliturus et salsurus. Nouius: salliturus . . . salem. Mummius' e. q. s. (Nouius Bamb., Krehlius nouimus Dresd. neuius Halb. Barb. lucuius, del. et sup. neuius, Reg. incui' Bong. lucius Grut. liuius Carolir. lucilius Sang., de quo tamen in editione Hertzius nihil testatur) Fr. XIV Naenio reddidi, cuius inter inc. com. fr. extat XXVIII XV Macrobius Sat. II 1, 14 'Nouius uero Pomponiusque iocos non raro dicteria nominant.' (Neuius Bamb. Gud.) Nescio unde hauserit Scaliger quod ex 'Vincentii epistola' Bernaysius p. 249 libri sui descripsit: 'concacare lectum barbarum est. percacare dicendum erat, ut Nouius Atellanarius dixit permerdare aliquem; Graeci *καταχέζειν τινός*.'

115 nummi *Lag.* 2. 36 numerum *Lag.* 81 117 si *addidi*, *om. libri* salliturus ista haec (isthec *Carolir.*) est *Halb. Bong. Carolir.*) istec ē salliturus *Barb.* *utrum* est *an* es *uerius sit dubito*

MVMMIVS

RIVINVS

'Ad spectacula ést uidere, in téstu quantum sít caput.

EX INCERTIS FABVLIS

I

nóstri maiorés uelut
Bene múlta instituere, óptime hoc : a frígore
Fecére summo séptem Saturnália.

II

5 . . . . . ístaec sum multó sale
Salsúrus

APRISSIVS (?)

Io búcco! ⁋ quis me iúbilat? ⁋ uicínus tuus antíquus.

Mvmmi Rivinvs Charisius I p. 118 P. 'testu, ut genu Flauius Caper ueteres ait uti solitos. Mummius in Atellania Riuinus: ad spectacula' e. q. s. (sic scripsi. atellaniar iunius cod. Atellana Iunius ed. pr. Atellania riunius edidit Keilius Ricinius coni. Hertzius Cf. Onomast. uet. ap. Labb. 'riuinus, *ἀντίζηλος*'.

Ex Inc. Fab. I Macrobius Sat. I 10, 3 'Mummius quoque, qui post Nouium et Pomponium diu iacentem artem Atellaniam suscitauit: nostri, inquit, maiores' e. q. s. (Mumius Par. g Muminius Med. a Memmius Par. a Iano, mĩmius Eyssenhardto teste. 'et Pomponium' om. Bamb.) II Priscianus X 9 p. 910 P. 'salliturus et salsurus. Nonius . . . Mummius: istaec' e. q. s.

Aprissivs? Varro de l. L. VI 68 M. 'ut quiritare urbanorum, sic iubilare rusticorum; itaque hos imitatus Aprissius ait: io bucco!' e. q. s. (aprisius Par. b Chrysippus Turnebi cod. Attius Scaliger Conieci Aprodisius Aquisius, Buechelerus Apussius proposuit.)

---

3 hoc optime *libri*, *transposui* 4 facere *Bamb. Par. f Borb. Gud. m. pr.* summo dies septem *libri*, *eieci glossema Praeter iambos quos nunc in textu exhibui olim proposueram trochaeos:* nóstri maiorés ut bene multa instituere, hoc óptime (*siue* n. m. uelut bene m. instituere, optime) 'A frigore f. s. s. S. 5 istec *Grut.* ista & *Bong.*

1 *sq. septenarium iambicum nunc dimensus sum, pro trochaico habuit L. Mueller annall. philoll.* 1868 *p.* 127 io *interiectione extra uersum posita, quam tamen praeter iambum etiam pyrrichium aequare posse inmerito negat: cf. Plauti Pseud.* 703 · io buco *Turnebi cod.* id buco *Goth.* robucco *Par. P* in Bacchis *Scaliger* uicinus

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I

Varro de l. L. VII 95 M. 'dictum mandier a mandendo, unde manducari, a quo in Atellanis Dossennum uocant Manducum.'

II

Hospés, resiste et sóphiam Dossenní lege.

III

Venít Dorsennus á uilla . . . . .

IV

Hírcus uetulús capreis náturam ligúrrit.

V

Ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ . . .
* * *
Orcús uobis dúcit pedés . . . .

Inc. Nom. I Dossenum O. Muellerus in Add. p. 303 ad obsenum libri plerique ad obsçenum Flor. teste H. K., Goth. Par. b ad obscoenum Haun. apud Dossennum O. Muellerus personam Schoberûs de Atell. p. 18 edacem Duentzerus mus. Rhen. VI 288 II Seneca epist. 89, 6 'sapientia est, quam Graeci *σοφίαν* uocant. hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur. quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus: hospes' e. q. s. (Dossẽni Bamb. Dossempni Guelf. Dossennii Rehd.) III Suetonius uita Galbae 13 'quare aduentus eius non perinde gratus fuit: idque proximo spectaculo apparuit. Siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis uenit Dorsennus a uilla cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem rettulerunt, ac saepius uersu repetito egerunt.' Chori seu cateruae canticum hoc esse dicit G. Hermannus opusc. I 298 IV Suetonius uita Tiberii 45 'unde nota' ('mora' Rothius ex optimis libris) in Atellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit: hircum uetulum capreis naturam ligurrire.' V Suetonius uita Neronis

---

tuus antiquus *libri*, *nisi quod pro* tuus *uoce* auus *Par. a* atauus *Goth.* Atus *Turnebi cod.* uicinus antiquus tuus *L. Mueller*

1 sophiam *Rehd.* sophisma *Guelf.* sophian *ceteri libri* 2 *De numeris cantici certi nil ausim adfirmare: initio uersus fortasse post* uénit *interiectio aliqua*, *fortasse* heu, *secuta est* Dorsennus *GASchmidt in ephem. Darmst.* 1840 *p.* 1232, *item Lachmannus* ione simus *libri*, *nisi quod* oñsimus *Viterb.* io, Onesimus *Muretus Var. lect. V* 11 ohe simus *Gronouius* io simus *Ernesti* io Simus *FAWolfius* 3 *Sotadium notaui numeris minime certis. Senarium* ligúrrit naturam hírcus uetulus Cápreis *Buechelerus proposuit* 4 *sq. Versus prioris numeri iambici*, *alterius bacchiaci uidentur esse*

VI

Si quíd monumenti nácta est qui eum requíreret.
⁋ Est úngulus, quem ei uí detraxit ébrio.

VII

casnar

VIII

Mesius

IX

pellicula

39 'Datus Atellanarum histrio in cantico quodam *ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ* ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans: et in nouissima clausula: Orcus uobis ducit pedes, senatum gestu notarat. Histrionem et philosophum' (Isidorum Cynicum, de quo sermo fuerat) 'Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.' VI Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum' ('uolscorum' Vat. S) 'lingua anulus, ut .....si quid' e. q. s. 'Pacuuius in Iliona [XVI].' Inter Atellanae fragmenta reliqui, quia Oscum esse uocabulum dicit Festus; quamquam minime certum id esse testimonium neminem fugere potest. VII Varro de l. L. VII 29 M. 'cascum uetus esse significat Ennius . . . item ostendit Papini (l. 'Pompili') *ἐπιγραμμάτιον*, quod in adulescentem fecerat Cascam . . . item ostendit quod oppidum uocatur Casinum . . . item significat' ('significant' libri, corr. Mommsenus de Italiae inf. dial. 268 349) 'in Atellanis aliquot Pappum senem quod Osce' ('Osci' libri, corr. Mommsenus l. l.) 'casnar appellant.' Pappum Casnarem, senem quod O. Muellerus carnar Haun. Post appellant in cod. B ascriptum est: 'parum deest.' Cf. Festus Pauli p. 47 M. 'casnar senex Oscorum lingua.' Placidi gloss. in A. Mai auct. class. III 446 'casinar, senex.' p. 450 'casnari seni, Oscorum lingua.' Vaticana gl. apud eundem VI 514 'casinar, senex' Item 'kanisar, senex' Isidori et Vaticana glossaria duo (in A. Mai auct. class. VI 530 et VII 565), item Bern. B^{2c} Sangall. et Paris.: 'cannar senes.' VIII Varro de l. L. VII 96 M. 'in pluribus uerbis A ante E alii ponunt, alii non . . . ac rustici Pappum Mesium, non Maesium.' (Maesium Spengelius moesium Flor. Goth. Haun. Par. a moesion Par. b) IX Varro de l. L. VII 84 M. 'in Atellanis licet animaduertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto pelliculam.' Festus p. 330 M. 'scorta appel[lantur meretrices ex cons]uetudine rusticorum, [qui, ut est in Atellanis apud anti]quos, solebant di[cere, se attulisse pro scorto] peliculam' (deliculorum cod., corr. Vrsinus) 'omnia [namque ex pellibus facta scortea] appellantur.' Pro paelicula rustici pelliculam dicebant.

---

6 nactu *Politiani exc.* qui eum *Lindemannus* qui eorum *cod. quor O. Muellerus* requiretur *Politiani exc.* 7 ei ui *scripsi* ennius *Vat. R* ei *ceteri* ei tum *uel* clam *minus probabile* elirio *Vatice. RS, Augustinus* si quid momenti nacta est qui eum requireret. ⁋ Est ungulus, quem eo detraxit ebrio *Berykius ephem. Halens.* 1842 *II p.* 240

X

Cicero de diuin. II 10, 25 'totum omnino fatum etiam Atellanio uersu iure mihi esse inrisum uidetur, sed in rebus tam seueris non est iocandi locus.'

XI

Terentianus Maurus 2394 'frequéns in usu est tale metrum comicis uetustis, Atélla uel quis fabulis actus dedit petulcos, Quia fíne molli labile atque deserens uigorem Somnum ministrat congruentem motibus iocosis.'

MIMVS

DECIMVS LABERIVS

ALEXANDREA

Quíd est ius iurandum? émplastrum aeris álieni . . . . .

ANNA PERENNA

I (2)

Cónlabella ósculum.

II (1)

gubernium. planus. nanus.

Laberi Alexandrea Gellius XVI 7, 14 'sed enim in mimo, quem scripsit' (Laberius) 'Alexandream, eodem quidem quo uulgus, sed probe Latineque usus est Graeco uocabulo: emplastrum' (emplaustrum Paris. In plastrum, in mg. implastrum, Reg. In plaustrum Petau. Voss. et sup. m. alt. aℓ īplastrū², Germ. inplastrū Thu. Magl.) 'enim dixit *οὐθετέρως*, non genere feminino, ut isti nouicii semidocti. Verba ex eo mimo adposui: quid est' e. q. s. Inter Publilii Syri sent. fals. rec. 182 W p. 126

Anna Perenna Cf. Ouidii Fast. III 675 sqq. I Nonius 90, 21 'conlabella. Laberius annalium peranna: c. o.' (Anna Perenna Iunius) II Gellius XVI 7, 10 'Laberius . . . praeterea in Anna' ('amia' Thu.) 'Peranna gubernium pro gubernatore et planum pro sycophanta et nanum pro pumilione dicit, quamquam planum pro sycophanta M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit, quam pro Cluentio dixit.' palnū Germ. nanum (n priore m. pr. corr. ex m, altero corr. ex duabus litt. ut uid.) Voss. manum Petau. Germ.

---

1 *baccheos dimensus erat in M. Hertzii editione Fleckeisenus, iambos in epist. crit. ad eundem p.* 40 *hosce:* quid est iús iurandum? emplástrum alieni aeris . . *proposuit. Ego olim iambici octonarii frustum proposui, nunc trochaeos praefero* quid est] quidem *Voss.* implastrum *Magl. Lugd.* inplastrum *Reg. Thu. Paris. Voss.* in plaustū *Germ.* inplanstrum *Petau.* aeri *Voss.* 2 *creticos agnouit Bothius* 2

AQVAE CALDAE

I (1)

. . . et iam hic me óptimus somnús premit,
Vt prémitur glis.

II (2)

podagricus

ARIES

Víx sustineo clúnes [lassas]

AVGVR

lárgiter fecí lucri

AQVAE CALDAE I Nonius 119, 24 'glis, nominatiuus ab eo, quod sunt glires. Laberius in Aquis caldis: etiam' e. q. s. Laudat aliquis salutarem aquarum effectum II Charisius I p. 58 P. 'podagrosus a podagra bene dicitur, sed et podagricus a pedum aegritudine, cuius exemplum apud Laberium est in Aquis calidis: podagricus non recessit.' Ita quidem Putschius: sed 'podagros: a podagra bene dicitur sed et podagric: [a pe] dū [aegri] || tudine cuius exemplum aꝑ laberiū est in Aquis .....|| Aeditumus' e. q. s. cod. teste H. Keilio, qui adnotauit litteras a pe, aegri, in Aquis ab ipso quidem iam legi non potuisse, sed editionis princ. auctoritate satis defendi. Ceterum secundae lineae non plus octo uel decem litteras deesse, sed quoniam alia de aeditumo notatio sequatur, ne eis quidem necesse fuisse lineam compleri. Quod uulgo fertur exemplum podagricus non recessit, item in ed. pr. et apud Fabricium desideratur.

ARIES Charisius I p. 78 P. 'clunes feminino genere dixit Melissus, et habet auctorem Laberium, qui in Ariete sic ait: uix sustineo clunes scęuola et Horatius et lassas clunes.' (Sic cod. Neap. 'clunes melissus femī dixit oratius et lassos culunes et melius mas̄ dicitur' excerpta Paris. Collato anonymi de dubiis nom. apud Keilium uol. V p. 575 testimonio hoc 'clunes generis feminini, ut Scaeuola: lassas clunes' M. Hauptius in Ouidi Halieut. p. 74, quem Keilius secutus est, sic scripsit: uix sustineo clunes....et Horatius: pulchrae clunes, et Scaeuola: lassas clunes: de Scaeuola poeta lasciuo disputauit idem in soc. Saxon. annall. 1846 p. 49 sqq.)

AVGVR Charisius II p. 183 P. 'largiter idem Modestus ait quantitatis. Denique Laberius in Augure: largiter, inquit, lucri feci.'

---

4 opimus *Passeratius*, *quo ad supplendum scenarium uti possis, si ante* optimus *inseras* 5 ut premitur *ms. Fabri* opprimitur *ceteri libri* eo premitur *Bothius. Coniciebam* quo premitur, *ut scripsit Passeratius*, *uel* quo opprimitur et iam hic me opimus sómnus premit, opprímitur glis [quali fere] *L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 243
8 *sq.* feci lucri *Buechelerus* lucri (luti *cod.*) feci *Charisius*

AVLVLARIA

Homo ébriatus sómno sanarí solet.

BELONISTRIA

. . . domina nóstra priuignúm suum
Amát efflictim.

CACOMNEMON

Hic est ílle gurdus, quém ego me abhinc ménses duos
ex ʼAfrica
Aduénientem excepísse tibi narráui . . . . .

GAETVLI

Non íntellexi. ⟦ [crédidi] te Maúricatim scíre.

Avlvlaria Nonius 108, 8 ʻebriolare, ebrium facere, et ebriacusʼ (ebriatus Bentinus) ʻebrius. Laberius Hetaera [I] idem in Aulularia: homoʼ e. q. s. Ex Plauti, cuius frustum aliquod antecesserit, Aululariam sumptum arbitratur Ritschelius Parerg. I 142: ʻnesciendi artem hic admittendam esseʼ censet Guil. Wagner de Plauti Aulul. p. 10 in Augure coni. Stephanus

Belonistria Nonius 104, 25 ʻefflictim, uehementer... Laberius Bellonistria: dominaʼ e. q. s. (Belonistria Iunius Animadu. VI 10)

Cacomnemon Gellius XVI 7, 8 ʻLaberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter...item in Cacomnemone: hic est, inquit, illeʼ e. q. s. (cacomemmone Petau. Germ. Thu. Magl. Reg. cacom̃-mone Voss.) Cf. Quintilianus I 5, 57 ʻgurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui.ʼ gloss. V B^{2c} ʻgurdus, ineptus inutilis.ʼ

Gaetvli Charisius II p. 184 P. ʻmauricatim Laberius in Caeculis: nonʼ e. q. s. Nomen fabulae Gaetulis restituit Bergkius Philol. XXIX 329; uulgabatur Caeculis; conieci aliquando Saeculis

---

10 ebriatus *Bentinus: cf. u.* 52 ebriacus *libri*, *quo seruato senarium* atqui *ab initio explere uoluit Wagnerus* ebriosus *G. Fabricius in sententiarum sylloge.* 11 *sq. septenarii frustum* dómina nostra p. s. ámat e. *praefert Buechelerus* 13 *fortasse* hic ille est gurdus *an* gardus *non liq. Magl.* ab hinc *Germ.* menses duos *Bothius* duos menses *libri* Affrica *Petau. Thu. Lugd.* 14 excoepisse *Thu. Lugd.* *Versus disposuit Fleckeisenus* (*cf. epist. crit. ad M. Hertzium p.* 38), *nisi quod alterum uerbo* uénientem, *ut in libris est*, *exorsus trochaicum esse uoluit*, *ego* aduénientem (*uel* huc uénientem) *corrigens iambos continuo.* *Muellerus prosod. Plaut.* 303 *aut ab omni numeros restituendi conatu abstinendum* (*si quidem tale quid uelut* huc, hospitio apud me *deesse uideatur*) *aut senarios distribuendos esse censet tales fere:* hic est ille g. quém ego abhinc mensés duos Ex ʼAfrica uenientem huc excepisse me Tibi narraui 15 non intellexi *Putschius ex cod. Dousae, om. notata lacuna ed. pr.* n̄ int . . . . . *linea extrema cod. teste*

CANCER

Nec Pýthagoream dógmam doctus . . .

CARCER

Hómo trugi [es:] quod tíbi relictum est rétines miserimúnium.

CATVLARIVS

I (1)

. . . . égo mirabar quó modo mammaé mihi
Déscendiderant.

CANCER Priscianus VI 2 p. 679 P. 'neutra eiusdem terminationis' (a) 'Graeca sunt et addita tis faciunt genetiuum ... haec tamen antiquissimi secundum primam declinationem saepe protulerunt et generis feminini.... Laberius in Cancro: nec' e. q. s. (Liberius libri praeter Heidelberg. crancro Amien.) Anonymus Bernensis in Hageni analectis Helueticis p. 98, 33 'Laberius Pythagoream dogmam doctus pro dogma posuit.' idem p. 109, 3 'Laberius uero dixit: P. d. doctus est.' Cf. inc. fab. XXI.

CARCER Nonius 214, 20 'miseria, ut saepe, generis feminini. Neutri Laberius Carcere: homo' e. q. s.

CATVLARIVS, sc. mimus interprete Ritschelio Parerg. I 141 I Gellius VI (VII) 9, 18 'Valerius Antias in libro historiarum LXXV uerba haec scripsit: deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulario ita scripsit: ego mirabar' e. q. s. Valeriuſ q̊; in catulario ita scripsit Ego mirabar qūo mea m me (qm oīi ame michi Reg.) ualerias ancia... desc̃ndidit. Nauerius (aeriu' Reg.) q̊; incatulario ita scripsit Ego mirabar qūo mamme m̊ (quomodo m̀a me michi Reg.) Vat. Reg. om. Rott. Valerius item

---

H. K. credidi *inseruit Bergkius, om. cod. Idem personas distinxit numerosque constituit. Senarium* non intellexi maúricatim scíre te *olim proposueram septenariorum frustis* non int. Te maúricatim scire *in textu exhibitis* 17 ne *Grut. Sang.* phythagoream *Reg.* phitagoreā *Amien. Grut.* pithagoream *Bong. Halb.* pithagoriam *Carolir.* doctus est *anon. Bern. p.* 109, *ut fortasse* doctust *fuerit, nisi primo pede mancum senarium habemus* 18 es *om. libri, inserui* retines miserimonium *Bothius* (retine *idem* 2) miserimunium retines *libri, nisi quod* miseriae munium *W* miserie munium *Harl.* miserī munium *Leid.* miserimonium obtines *Quicheratius* 19 *sq. trochaeos cum Bergkio annall. philoll.* 1870 *p.* 827 *reuocaui, olim senariorum frusta posui, in quibus initio prioris* et *siue* sed *uel* ego démirabar, *alterius* tam *supplendum erat* descendiderant *edd., om. Vat. Reg. Guelf.*

II (3)

Numne áliter hunce pédicabis? ⁊ quó modo?
⁋ Videó, ádulescenti nóstro caedis hírulam.

CENTONARIVS

qua re tam árduum
Ascéndas? scindere án concupiisti eúgium?

COLAX

Figúra humana nímio ardore ignéscitur.

COLORATOR

itaque léni pruna cóctus
Simúl sub dentes múlieris uení, bis ter memórdit.

COMPITALIA

I (2)

. núnc tu lentu's, núnc tu susque déque fers:

Thys. Guelf. II Nonius 122, 11 'hillas intestina ueteres esse dixerunt . . . Laberius [inc. fab. XII] idem Catulario: neue' e. q. s. Cf. Scylax

CENTONARIVS Nonius 107, 32 'eugium, media pars inter naturalia muliebria . . . Laberius in Centenario: qua re' e. q. s. Centonario Leid. Harl. Par. P Centenarius titulum Mommsenus hist. Rom. III² p. 570 enarrat, de centonariis uide Marquardtum antiquitatt. Rom. V 2, 187.

COLAX Nonius 481, 7 'ignescitur pro ignescit. Laberius Colace: figura' e. q. s.

COLORATOR Gellius VI (VII) 9, 4 'sed Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit. . . . Item Laberius in Gallis . . . Item idem Laberius in Coloratore: itaque' e. q. s.

COMPITALIA I Gellius XVI 9, 4 'significat autem susque deque

---

21 *sq. senarios constitui, personas distinxit Bothius* numne *scripsi* neue *libri* [nonne *Quicheratius*] hunce *scripsi* hunc *libri* 22 cedis *Par. P* hirulam *scripsi* hilla (illa *Par. P*) *libri* hillas *Iunius* ilia *Bucchelerus* 24 *sq. senarios nunc praefero septenariis trochaicis* 25 ascen *om. ceteris Par. P* ascendis *Iunius* ascendisti *Bothius* scindere an concupiisti eugium *scripsi* an (aut *Urbin.* 307) concupiisti eugium scindere *libri* an concupiisti e. Scindere *Bothius* 26 figurae humanae *Bothius* 2 nimio ardore *Bothius* 2 inimici ardore *libri plerique* nimo nelore *Palat.* 27 leni pruna coctus *scripsi* leni pruna percoctus *libri* leni percoctus pruna *M. Hertzius* percoctus leni pruna *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 27, *integro usque ad* mulieris *uersu uterque* 28 mulissuenibis termemoridit *Rott.* 29 nunc *nolui, ut uersum explerem, bis ponere:*

Matér familias tua ín lecto aduersó sedet,
Seruós sextantis útitur nefáriis
Verbís.

II (3)

quó quidem
Me á matronalí pudore prólubium meretrícium
Prógredi coégit.

III (4)

Séquere me in latrínum, ut aliquid gústes ex Cynica haéresi.

IV (1)

malas malaxauit.

COPHINVS

I (2)

cum prouíncias
Dispóliauit, colúmnas monolitás, labella e bálineis

ferre animo aequo esse et quod accidit non magni pendere atque interdum neglegere et contemnere et propemodum id ualet, quod dicitur Graece ἀδιαφορεῖν. Laberius in Compitalibus: nunc' e. q. s. (capitalib; Thuan.) II Nonius 64, 11 'proluuium ... Laberius Conpitalibus: quo' e. q. s. (prolubium Lipsius Lauerius W Leid.) III Nonius 212, 9 'latrinas ... neutro Laberius Conpitalibus: sequere' e. q. s. IV Gellius XVI 7, 7 'Laberius ... item in Compitalibus: malas malaxauit.' (computalibus Voss. capitalibus Reg.)

COPHINVS I Nonius 544, 32 'lineas' (lenas Aldina lenis Iunius) 'uasi genus Afranius Fratribus labella lenis. Laberius in Cofino:

---

a *uel* em *uel aliam interiectionem excidisse puto* tu lentu's *Fleckeisenus* tu lentus es *Thuan.* tu lentus es *ceteri* tu lentescis *Bothius* lentus es tu *Scaliger Castig. ad Fest. p. CLIV* nun *Reg. Magl.* non *Voss.* fer^{s} (s *m. alt.*) *Paris., om. Lugd.* 30 sanatur familia^{z} *Paris.* tua (*ras. sup.* a) *Paris.* tuo *Thu.* 31 sex tantū *Thuan.* utitur nefariis Verbis *Bothius* uerbis nefariis utitur *libri* 34 proluuium *libri* ad prolubium *Guyetus* meretricis *libri*, *correxi* 36 me *Bothius*, *om. libri* gustes *ed.* 1526 gustus *libri* heresi *libri* 37 malis *Thu.* malax *Petau.* malaxauit *Paris. Lugd.* mala l. axaui (*corr. in* laxaui) *Voss.* malaxaui *uulgo* 39 molitas *Bamb.* e balineis *scripsi* lenis *libri* lineis *uel* lineas *Nonius legisse uidetur.*

II

manuatus est

CRETENSIS

fármacopoles símium

Deamáre coepit.

EPHEBVS

I (1)

Licéntiam ac libídinem ut tollám petis
Togátae stirpis.

II (2)

Idcírco ope nostra dílatatum est dóminium
Togátae gentis.

cum . . . labella lenis.' Cf. Afranii Fratriae XXI II Gellius XVI 7, 1 'Laberius in mimis, quos scriptitauit, oppido quam uerba finxit praelicenter. Nam et mendicimonium dicit et moechimonium et adulterionem adulteritatemque pro adulterio . . . et quod in mimo ponit, quem Cophinum scripsit, manuatus est pro: furatus est.' Itaque ubi mendicimonium et moechimonium et adulterio et adulteritas locum habuerint, e Gellio quidem non elucet. Nonius autem quae tradit p. 140, 31: 'mendicimonium' (medimonium Colb. Dan.) 'et moccimonium' (moechimonium Bentinus) 'Laberius in libro quem Cropium' (Cophinum Mercerus) 'inscripsit. in eo uerba haec inueniet, qui doctrinae studium putauerit adhibendum. in eo libro quoque maustus' (manuatus Bentinus), 'quod est furatus, inuenire est.' itemque p. 70, 3 'adulterionem pro adultero Laberius Quoprino:' (quo prino Par. P coprino Bamb. Turic. Colb. Dan., ms. Iunii Caprino Mercerus Cophino Iunius) 'quem si quis legere uoluerit, ibi inueniet et fidem nostram sua diligentia adiuuabit' ex nullo alio fonte nisi ex eodem Gellio hausit eiusque de uno uocabulo testimonium temere ad reliqua transtulit. Cf. Hertzius annall. philoll. 1862 p. 724.

Cretensis Charisius I p. 84 P. 'simiam auctores dixerunt etiam in masculino, ut Afranius . . . Laberius tamen in Cretensi ait: farmacopoles' e. q. s. (ctens. cod. teste H. K., qui ultimam litteram legere non potuit, c autem significare cre monet. creunsi ed. pr. cum ceteris ante Lindemannum)

Ephebvs Macrobius Sat. VI 5, 15 'decenter et his epithetis Vergilius usus est . . . pro Romanis gentemque togatam, quorum altero Sueuius, altero Laberius usus erat . . . . ac . . Laberius in Ephebo [I] idem infra [II].' (ephebo Paris. a)

41 deamare *Putschius* te amare *cod.* occipit *Putschius* *Vnum senarium* deamáre coepit fármacopoles símium *Buecheleru effinxit* 42 Licentiũ *Par. a* petis *om. Par. a* 44 opera *Med. a*

FVLLO

I (2)

. mánuari , . . . pudórem perdidísti.

II (1)

. . . utrum tu húnc gruem Baleáricum an hominém putas

'Esse?

GALLI

de íntegro património

Meó memordi númmum centum mília.

GEMELLI

Nón putaui hoc eám facturum . . . . . .

FVLLO I Gellius XVI 7, 3 'Laberius . . . item in Fullone furem manuarium appellat. Manuari, inquit, pudorem perdidisti, multaque alia huiusce modi nouat.' II Nonius 208, 19 'grues . . . masculino Laberius in Fullonicis: uirum' e. q. s. (Filonico Iunius: cf. Nouii Fullonicum)

GALLI Gellius VI (VII) 9, 3 'Q. Ennius in saturis memorderit dixit per e litteram, non momorderit . . . item Laberius in Gallis: de integro' e. q. s. (galis; le integro Rott. Caldis Bothius 2) Nonius p. 140, 24 'memordi peposci pepugi spepondi in ueteribus lecta sunt . . . Laberius in Callis: de integro' e. q. s.

GEMELLI Gellius I 7, 12 (in hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem: hanc sibi rem praesidio sperant futurum, neque mendum esse neque uitium) 'item Laberius in Gemellis: non putaui, inquit, hoc eam f. Non ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorarunt, sed et Gracchus dicturum et Quadrigarius futurum et facturum et Antias processurum et Plautus occisurum et Laberius facturum indefinito modo dixerunt.'

---

47 *An senarius est* utrum tu húnc *c. q. s.? cf. Muelleri prosod. Plaut.* 152 utrum *Gulielmius in Plauti Cist. c.* 4 uirum *libri* tum *Par. Q* 48 esse *del. Quicheratius* uirum Tu esse húnc gruem Balearicum anne hominem putas? *Bothius* uirúmne tu hunc Balearicum gruem an putas esse hominem? *idem* 2 utrum húnc gr. B. an hominém putas? *Buechelerus* 50 meo memordi nummum centum milia *Bothius* meo centum milia nummum memordi *libri*, *sed* nummum *om. Par. P Minus probábilis ordo* centum nummum milia, *uel haec numerorum distributio:* de íntegro Património meo céntum nummum milia Memórdi. *Septenarium* de íntegro p. memórdi centum milia *Buechelerus commendat* 51 eam] etiã *Urbin.* 309 eam *Rott.* eum *Reg.*

HETAERA

I (1)

Ebriulati méntem hilaria arrípuit . . . . .

II (2)

Nec pálmularum púlsus nec portísculi

IMAGO

. . . genius géneris [est] nostrí parens.

LACVS AVERNVS

I (3)

Versórum, non numerórum numero stúduimus.

II (1)

Scínde una exoléto patienti [hínc] catulientém lupam.

HETAERA An Here Martea? cf. Pauli Festus p. 100 M. 'Herem Marteam antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum et esse una ex Martis comitibus putabatur.' I Nonius 108, 4 'ebrulare, ebrium facere, et ebriatus, ebrius. Laberius in there: ebriulati' e. q. s. (ebriolare Carrio Emend. I 2 e ms. Parisino ebriulare edd. Chaere ante Iunium Cithera Iunius Hetaera Carrio e 'libris sanctioribus') II Nonius 151, 28 'portisculus' (postisculus Bamb. pertisculus ms. Fabri) 'proprie est hortator remigum, id est' (ita Bamb. 'idem' ceteri) 'qui eandem perticam tenet, quae portisculus dicitur, qua excursum et exhortamenta moderatur...Laberius Cythera: nec' e. q. s. (Hetaera Carrio Emend. I 2 e libris)

IMAGO Nonius 119, 29 'genius generis.'

LACVS AVERNVS I Priscianus VI 14 p. 712 P. 'uersi quoque pro uersus Laberius in lacu Auerno: uersorum' e. q. s. (Lauerius Reg. Lauerius Halb. Grut. Sang. Vind. Bamb. Bong. Carolir. leueriuf Barb. lacũ Grut. Carolir. aruerno Halb.) II Nonius 90, 32 'catullire' (immo catulire, ut scripsit Guyetus) 'esurire' ('est surire' Gesnerus) 'uel libidinari. Laberius in Lacu Balerna: scinde' e. q. s.

52 ebriolati *Carrio Emend. I 2 ex ms. Paris.* ebruilati *ceteri libri* hilaria *Bothius* hilariam *libri* hilaram *edd.* arripiunt *edd.* 53 palmularum *Carrio Emend. I* 10 palmarum *libri* 54 est *addidi, om. libri* geniusque parens generis nostri *Bothius* 2 genuis nostri parens *scenarii exitum deleto* generis *plane incredibili ratione commentus L. Mueller mus. Rhen. XXIV* 244 55 numerorum *scripsi* numerum *libri, quod suppleto olim initio* tot *ita tueri conabar, ut* numero *pro aduerbio haberem et* numerum studuimus *coniungerem.* [non numerorum *uel* nocnu numerum *iam Buecheleruм decl. lat. p.* 43 *proposuisse sero uideo*] 56 una cum *Quicheratius in septenario iambico* exoleto *Aldus* excoleto *libri* exolete *Bothius* 2 patienti hinc *uel* hanc *scripsi* inpatientem *W* inpatienti *ceteri libri* impatienter *Bothius* 2 lupam Catulientem *idem* catulientem pugulam

III (1)

amorabunda

LATE LOQVENTES

I (1)

sed dum populária

Agimús per ludum

II (2)

Quí pedem ex tabérna tulimus, tántus cum instarét pluor.

NATAL

I

60 cippus. obba. camella.

II

'Induis cápitium, túnicae pittácium.

(lacuberna Par. P Lacu Auerno Bentinus) III Gellius XI 15, 1 'Laberius in Lacu Auerno mulierem amantem uerbo inusitatius ficto amorabundam dixit. Id uerbum Caesellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ea figura scriptum dixit, qua ludibunda, ridibunda et errabunda dicitur ludens et ridens et errans.'

Late Loqventes. Latine loquentes suspicatus est Ritschelius Parerg. I 143: sed cf. Labb. gloss. 'latiloquens *πλατυλόγος*.' I Nonius 150, 26 'populatia, ut nugalia uel puerilia. Laberius Late loquentibus: e dum' e. q. s. (late coquentibus haedum ante Aldum) II Nonius 220, 32 'pluuia...masculino Laberius Late loquente: qui' e. q. s.

'Marii' quod olim hic exhibui fragmentum nunc inter inc. fab. reliquias (fr. XVI[b]) relegaui.

Natal I sq. Gellius XVI 7, 9 'Laberius...item in mimo, qui inscribitur natal, cippum dicit et obbam et camellam. et pittacium et capitium. Induis, inquit, capitium, t. p.' natalcippum Thu. Magl. Lugd. et l m. alt. corr. in l', Paris. natal. cippum, puncto del. m. alt. Germ. nata . l . cippum Voss. nata . L . cippū Petau. Natalicius cippum Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p. 38 Natalis uel Natta cippum Bothius camella m. rec. Reg. pittacium Reg., om. Lugd. pittaciu Magl. pictacium Petau. capitatiū Paris.

Guyetus *An* scande u. e. p. in catulientem l. *praestat? ut olim scripsi*, *nisi quod* scando *praeter necessitatem faciebam* 57 sed *scripsi* e *libri* et *Par. O*, *Mercerus : alia etiam ariolari facile est* popularia *Gesnerus* puerilia *libri* populacia *Aldina* 59 instaret *Hauptius Herm. III* 341 staret *libri* 61 capitium induis *Germ.* capicium *Thu.* captiuū *Reg. Lugd. Magl. Paris.* (*m. alt.* capitiū) *Voss.* pitacium *Thu.* pitatium *Voss.* pitattiū *Paris.* pictatū *Lugd.* induis Cápitium tunicae pittacium *ordinauit Fleckeisenus: mih tetrameter creticus catalecticus uidetur*

NECYOMANTIA

I (2)

Dum diútius retinétur, nostri oblítus est.

II (1)

Duás uxores? hércle hoc plus negóti est, inquit, cóctio:
Séx aediles uíderat.

NVPTIAE

Aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

PARILICII

Foríolus esse uidéris: coleós cacas.

Necyomantia. Propter fr. II non ante annum 710 actam fuisse monuit Fleckeisenus epist. ad Hertzium p. 39. Inlustrauerunt idem Mommsenus hist. Rom. III² 570 et immemor eius, ut uidetur, Bergkius annall. philoll. 1870 p. 845. I Gellius XX 6, 6 ‘non paucis in locis nostri atque uestri dictum, non nostrum aut uestrum. Laberius in Necyomantia: dum’ e. q. s. (Labeus Petau. = necyomantia erasa m Voss. Petau. Reg. necyomania, corr. cyo m. alt. in cro, Germ. necromantia Guelf.) II Gellius XVI 7, 12 ‘item in Necyomantia cotionem peruulgate dicit, quem ueteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt: duas’ e. q. s. (neciomantia Lugd. ne cyonantia Voss. neciomãcia Paris. necromantia, r m. alt. in ras., Germ. netromancia Thu. contionem Thuan.)

Nvptiae Nonius 126, 30 ‘iniquat.’

Parilicii, ludi scilicet. Nonius 114, 13 ‘foria, stercora liquidiora ...Lauerius in Panilicis: foriolus’ e. q. s. ‘foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet uentris.’ (panicilicis Par. P Palilicíis Bothius 2: Pariliciis ad Compitaliciorum exemplum conieci.

---

62 detinetur *Magl. Reg.* 63 hercle hoc *Bothius* hoc hercle *libri*, *nisi quod* hec *Thu. et* hercule *Petau. Lugd. Paris.* ɦercule (ɦ *m. alt.*, *ut uid.*) *Germ.* hercŭle *Reg.* negocii *Paris.* negotio *Reg.* est inquit *libri plerique*, *recte defendit Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 845 eet. Quid *Paris.* een quid *Lugd.* est quam quod *Fleckeisenus epist. ad Hertzium p.* 40 est: set quid *eodem auctore Hertzius* 63 *sq.* cocio sex aediles uiderat *Petau. Germ. Voss. Magl. Reg.* cotio (*cf. Fleckeisenus mus. Rhen. VIII* 231, *Corssenus symb. crit.* 16) sex ediles uiderat *Thuan.* cocios ex ediles uiderat *Lugd.* cocios exiles uiderat *Paris.* cotio, Qui sex *Bergkius l. l.*: *retinui sermonem prouerbialem*, *cuius exempla praeter alios nuper Hauptius ind. lectionn. Berol.* 1868/9 *quaedam composuit. Idem* coctio *scripsi auctore Festo p.* 51. 65 indigna *Passeratius* indignat *Leid. Bamb. Dan. Montisp.* indignant *Colb.* indignanti *ceteri libri* 66 esse] *an* mihi? uideres *Leid. Harl.* uideres *W* uidere *olim scripsi* foriolu's ut uidere *proposuit Muellerus prosod. Plaut.* 303 coleos *scripsi*: *cf. Priap.* 69, 4 in coleos *libri*, *in quibus*

PAVPERTAS

I (3)

Nihílne refert, móllem e lanitia 'Attica
An pécore ex hirto crássum uestitúm geras?

II (1)

Vísus hac noctú bidenti [sum Hérculi] proptér uiam
Fácere.

III (2)

. . . . . meó licentiátu

PISCATOR

71[1] pugillar

PAVPERTAS I Nonius 212, 21 'lanitium genere neutro...feminino Lauerius Paupertate: nihil' e. q. s. II Nonius 53, 25 'bidentes qui aestimant ob eam causam oues a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, pessime ac uitiose intellegunt . . . et melius intellegi potest, si biennis dixerit auctoritate Pomponi in Atellana [Gall. Transalp.] Laberius in Paupertate: uisus' e. q. s. (paupere Urbin. 307) III Nonius 212, 5 'licentiam feminino. Masculino Laberius in Paupertate: meo l.'

PISCATOR Anonymus de orthogr. p. 2796 P. 'Laberius in Piscatore singulariter hoc pugillar dixit.' Charisius I p. 75 P. 'item laber . . . singulariter hoc pugillar dicit.' (Ita enim cod.; 'item * singulariter' ed. pr.) Glossarium in Barthii aduers. XXXVII 14 'pugillares semper plurali dicas, sed Laberius in Piscatoribus pugillar dixit.')

in *ortum esse puto ex* mi *translato in falsum locum.* in coles *Buecheleŭs* *Numeri probabiliores hi forent:* foriolus mihi uidéris esse: cóleos cossím cacas 67 nihilne *scripsi* nihil *libri* nil *Bothius* *deficiente primo pede* enim nil *Bergkius annall. phill.* 1870 *p.* 830, *sed idem de* nihīli *forma inaudita cogitans* Arctica *Bothius* 68 pecore ex hirto crassum *Marquardtus antiquitatt. Rom. V* 2 *p.* 87 pecore ex hircorum *libri*, *in quibus uide an potius* pecore ex hirto hirsutum *lateat* ex hircorum pecore *Muretus uar. lect. XVIII* 10 pectore ex hircorum *olim scripseram.* tergore ex hircorum *Bergkius l. l.* uestitum *Lipsius ant. lect. II* 4, *Muretus* uestium *libri plerique* uestigium *W* 69 ac *Par. P* noctu *Quicheratius* nocte *libri* nocte ego *Bothius* bidentis *libri* bidente *Leopardus Emend. XV* 19 sum Herculi *addidi*, *om. libri: cf. Festus p.* 229 '*propter uiam*' *et Macrobius Sat. II* 2, 4 facere sum propter uiam *clausulam uersus fuisse non inprobabiliter coniecit Quicheratius* 71 licentiatu *Guyetus* licentatus *libri*

RESTIO

I (1)

Demócritus Abderítes physicus phílosophus
Clipeúm constituit cóntra exortum Hyperíonis,
Oculós effodere ut pósset splendore aéreo.
Ita rádiis solis áciem effodit lúminis,
Malís bene esse né uideret cíuibus.
Sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
Volo élucificare éxitum aetatí meae,
Ne in ré bona esse uídeam nequam fílium.

II (2)

talabarriunculi

Restio I Gellius X 17 'Democritum philosophum in monumentis historiae Graecae scriptum est, uirum praeter alios uenerandum auctoritateque antiqua praeditum, luminibus oculorum sua sponte se priuasse, quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturae rationibus uegetiores et exactiores fore, si eas uidendi inlecebris et oculorum impedimentis liberasset. ' Id factum eius modumque ipsum, quo caecitatem facile sollertia subtilissima consciuit, Laberius poeta in mimo, quem scripsit Restionem,' (rettiorem Voss. rectiorē Germ. Guelf.) 'uersibus quidem satis munde atque graphice factis descripsit, sed causam uoluntariae caecitatis finxit aliam, uertitque in eam rem, quam tum agebat, non inconcinniter. Est enim persona, quae hoc aput Laberium dicit, diuitis auari et parci, sumptum plurimum asoticonque' ('asotiamque' uel 'asotumque' corr. Ritschelius Ind. lect. aest. 1854 p IV) 'adulescentis uiri' (immo filii aut seuere) 'deplorantis. Versus Laberiani sunt: Democritus' e. q. s. Nonius 106, 20 'elucificare, dictum a luce. Laberius [77 sq.].' Cf. Menandri fr. 83 M. *τυφλὸν ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.* II Gellius XVI 7, 6 'Laberius . . . item Restione talabarriunculos dicit, quos uulgus talabarriones.' (Sic libri omnes, calabarr iunculos uulgo. Num caballariunculos an tabellariunculos? Cf. gloss. Vatic. in A. Mai auct. class. VIII 590 'tabelliones, aleones. taberniones, tabernae sectatores.'

72—79 *disposuit hos uersus Fruterius Veris. II* 13 72 abderides *Thuan.* 73 clipeum *Reg.* clypeum *ceteri* 74 ut *sup. m. pr. Magl.* spendore *Bern.* 75 solus *Bern.* aciem] aerem (ere *m. alt.*) *Germ.* 76 eĕt *Thuan. Bern.* ciuilibus *Thuan. Bern. Lugd.* 77 ego] ito *Nonii codd.* cito *Burmannus* fulgentis splendorem pecuniae *Gronouius* flulgentis splendore in petuniae *Voss. Gellii* fulgenti splendore in pecuniae (pecunie *Bern. Lugd.* pecunia *Germ.*) *ceteri Gellii codices* fulgentis (fulgenti *Leid. Bamb. Colb. Dan.*) splendore pecuniae *Nonii libri* 78 uolo elucificare *Nonius* uelo lucificare *Voss. Petau. Reg. Bern. Lugd.* uolo ludificare *Thuan. Gellii* aetatis *Nonius* 79 ne *om. Lugd.*

SALINATOR

80 Nón mammosa, nón annosa, nón bibosa, nón procax

SATVRNALIA

80[1] botulus. homo leuenna.

SCYLAX

. . . . lubídinitate lábitur

SEDIGITVS

Grúndientem aspéxi scrofam . . . . . .

SORORES

I (2)

Hoc uóluit clipeum cóntra peluem próici.

II (3)

84/5 Laus nómine gloria aléscit.

Salinator Gellius III 12, 4 'bibosum dictum nondum etiam usquam repperi, nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. Non enim simile est ut uinosus aut uitiosus ceteraque, quae hoc modo dicuntur: quoniam a uocabulis, non a uerbo inclinata sunt. Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est, uerbo hoc ita utitur: non' e. q. s.

Satvrnalia Gellius XVI, 7, 11 'Laberius . . . atque item in mimo, qui Saturnalia inscriptus est, botulum pro farcimine appellat, et hominem léuennam pro leui.' (bortulum Paris. leuennem susp. Bothius)

Scylax. Eundem mimum esse quem Catularium statuit Scaliger, nec aduersatur Ritschelius Parerg. I 158. Cf. Petronius c. 64 Nonius 491, 4 'lubidinitas pro lubidine. Laberius in Scylace: l. l.' (Colace coni. Iunius)

Sedigitvs Nonius 114, 29 'grunnire dicuntur porci, quod eorum proprium uocis est . . . Laberius in Sedicito: g. a. s.' Idem 465, 1 'grundire cum sit proprie suum, ut Laberius in Sedicit: grundientem a. s.' (Sedigito ed. 1526)

Sorores I Nonius 196, 24 'clipeus generis masculini . . . neutro Virgilius: et clipeum super intonat ingens. Licinius in Marte: pars magna leuius clipea portant. Lauerius Sororibus: hoc' e. q. s. II Nonius 248, 4 'adolescere, crescere, unde adulescentem dicimus.' (sic

---

uideam esse *Petau. Reg. Germ. Magl. Lugd. Thuan. Bern.* quam *Lugd. Thuan. Bern.* 80 annosa] *Cf. M. Hertzius exped. philol. clin.* 13 81 libidinitate *Bamb.* (*etiam in lemmate*) 82 scrofum *Bamb. p.* 465 83 clypeum *edd.* clipeus *libri* 84 *paroemiacum agnouit Lachmannus Lucr. p.* 140 nomine *libri plerique* nomine agendi nomine *Geneu.* nomen *Lachmannus, quem secutus olim iambos* laus nomen glória Adolészit *metiebar.* momine *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 845: *an* nomini'? alescit *Lachmannus, quod Leidensis m.* 1 *confirmari testatur L. Mueller mus. Rhen. XXVII* 287 ado-

III (1)

Ecástor mustum . . . . . somniculósum!

STAMINARIAE

Tóllat bona fidé uos Orcus núdas in catónium.

STRICTVRAE

Sine língua caput pedárii senténtia est.

TAVRVS

. . . . . hietantúr fores

post Guyetum Lachmannus in Lucr. 140 'dicit' libri) 'Lucretius lib. II: denique adulescendi' ('alescendi' Lachm.) 'summum tetigere cacumen. Laberius in Sororibus: laus' e. q. s. III Gellius IX 12, 11 'item C. Caluus in poematis laboriosus dicit, non ut uulgo dicitur qui laborat, sed in quo laboratur... eadem ratione Laberius quoque in Sororibus: ecastor, inquit, m. s.' Nonius p. 172, 30 'somniculosus, quod ad somnos uocet.' (sic Mercerus. 'uacet' libri)

STAMINARIAE Nihil lucis titulo Petronii uerbis c. 41 'staminatas duxi' accedit. Gellius XVI 7, 4 'Laberius... neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiore uulgi usu ponit, quale est in Staminariis: tollet' e. q. s. cf. Cicero ad fam. VII 25 'uereor ne in catonium Catoninos' (sic edd. antiquissimae. catomium Med.)

STRICTVRAE, quod nomen falsum esse confidenter adfirmans Bergkius annall. philoll. 1870 p. 830 Scriptura reponi iussit. Ego in his tenebris adfirmare nihil ausim: ariolando proferri praeterea multa possunt, e. c. Secturae Structurae. Gellius III 18, 9 'uersum quoque Laberi, in quo id uocabulum' (pedarius) 'positum est, notari iussimus, quem legimus in mimo, qui Stricturae inscriptus est: caput' e. q. s. (qui i i stricture Vat. qs teture Rott)

TAVRVS Diomedes p. 336 P. 'hietare et hiatare... Laberius etiam in Tauro passiuo modo enuntiauit: hietantur fores, inquit, pro eo sane, quod est hietant, id est patent.' (lauerius Pariss. AB Monac.)

lescit *ceteri libri, nisi quod* dolescit *Par. P* laus cúm adolescit, nominatur gloria *Bothius* 2: *eadem sententia eis quae in textu posui exprimitur.* 86 *septenarii iambici frustum notaui, sed numeri plane incerti sunt.* multum *Nonii libri* 87 *iambicum octonarium cum Bothio Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 845 *commendauit* ortus *Magl. Lugd.* corus *Aemilius Baehrens lectt. Latt.* (*Bonnae* 1870) *thes. V* catomũ *Petau. Magl. Lugd. Reg.* catomum *Turnebus Adu. I* 28 catonium *quasi κατώνιον tuetur Salmasius ad Ael. Spart. uit. Hadriani c.* 18 catomium *Iuntina, fortasse recte, et probauit Prellerus mythol. Rom.* 454. *Cf. Isidori gloss.* 'catomaiti, ergastulum.' *et* 'catomain, ergastulum', *quae* catomium *correxit Nansius.* (*schol. Iuuenalis II* 142: 'catomis caedebantur') Charonium *Loensis Misc. epiph. III* 5 88 sine lingua caput *Fleckeisenus epist. crit. ad M. Hertzium p.* 24 caput (capud *Vat.*) sine lingua (linga *Vat.*) *libri* pedani *Vat. Reg.* pedarii. *sed ut* rii *pro* ni

TVSCA

I (2)

Dóminus luculéntitate cáptus [est] nostér tua.

II (3)

Cóncitata móbilitatam ménte maestas . . .

III (1)

. . . . . bípedem bliteam béluam

IV (4)

. . . . . iridentér petit

VIRGO

I (3)

Amóre cecidi támquam blatta in péluim.

II (2)

Sí quidem meá colustra frúctus fecissét . .

Tvsca I Nonius 135, 3 'luculentitatem a luculento . . . Lauerius Tucca: dominus' e. q. s. (Thucca Leid.) II Nonius 137, 27 'mestas pro mestifices' ('moestificas' Iunius) 'Laberius Tusco: concitatam' e. q. s. III Nonius 80, 25 'blitea, inutilis, a blito, herba nullius usus . . . Laberius in Tucca: b. b. b.' IV Charisius II p. 181 P. 'iridenter: Laberius in Tusca: iridenter petit.'

Virgo I Nonius 543, 26 'peluis, sinus aquarius, in quo uaria perluuntur' ('pelluuntur' Colb.), 'unde ei nomen est. Lauerius Virgine: amore' e. q. s. II Nonius 84, 13 'colustra, lac concretum in mammis' (ita Hauptius Philol. II 489: cf. e. g. Thesaur. nou. Lat. in A. Mai auct. class. VIII 148 'colustrium, lac concretum in mammis.') 'Lucilius . . . Lauerius in Virgine: siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte.' Ex quibus [cre] ter-

accipi possit, *Rott.* pedaria *uulgo* cáput ut sine lingua (*uel* sine lingua caput) pedari nimirum sententiast *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 830, capút sine lingua . . . sententiast pedari *coni. Buechelerus* 90 *restituit uersum Bothius.* dominus noster tua luculentitate captus *libri* [*quae pro duorum septenariorum hemistichiis habet Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 831 *inserto scil.* est *ante* tua] 91 concitata *Leid.* concitatam *ceteri libri* mobilitatam *Bothius* 2, *om. Leid.* mobilitata *ceteri libri* mentem *Urbin.* 307 mente me *Bothius* 2 mesta *Par. P* *Fortasse* mulierem *in exitu uersus fuit*, *nisi forte* mente me maestas magis *praestat* 94 caecidi *Harl.* cendi *Par. P* ceci *Colb.* blacta *Par. P* blata *Bamb. Colb.* *Trisyllabum esse* peluim (*cf. Caecil.* 134) *et ipse intellexi et Geppertus de pronunt.* 58 *quamuis oscitanter hic* in blattam peluis *scribens*: [*et Bergkius l. l., qui conl. Varrone de l. l. V* 119 *et Velio Longo p.* 2227 pelluim *scribi iubet*] 95 *mancum initium* . . siquidem

III (1)

álienum appetónibus

Viaé sunt perditae ét deuerticula . . .

EX INCERTIS FABVLIS

I

Prologus

Necéssitas, cuius cúrsus transuersi ímpetum
Voluérunt multi effúgere, pauci pótuerunt,
Quo mé detrusit paéne extremis sénsibus!
Quem núlla ambitio, núlla umquam largítio,
Nullús timor, uis núlla, nulla auctóritas
Mouére potuit ín iuuenta dé statu:
Ecce ín senecta ut fácile labefecít loco
Viri éxcellentis ménte clemente édita
Summíssa placide blándiloquens orátio!

ris sumere aquam ex fonte uerba Naeuii Lycurgo (XVII) restitui III Nonius 74, 8 'appetones ab adpetendo dicti. Laberius in Virgine: alienum' e. q. s. (apetones Par. P apeditones Colb. Dan. appeditones Bamb. Liberius Bamb.)

Ex Inc. Fab. I—III Macrobius Sat. II 7 'Laberium asperae libertatis equitem Romanum Caesar quingentis milibus inuitauit, ut prodiret in scaenam et ipse ageret mimos, quos scriptitabat. Sed potestas non solum si inuitet, sed etiam si supplicet cogit: unde se et Laberius a Caesare coactum in prologo testatur his uersibus: Necessitas' e. q. s. 'In ipsa quoque actione subinde se qua poterat ulciscebatur

e. q. s. commendauit Fleckeisenus fructus *scripsi* fretrus *Montisp.* fretus *ceteri libri* 96 apetonibus *libri* 97 uiae perdite diuerticulas *Bamb.* uiae perditae deuerticulas *ceteri libri*, *ut* sunt *in ultima littera* s *latere uideatur* inuia *claudere potuit uersum Numeros sic restituere Bothius conatus est:* déuerticulis praeditae uiae alienum appetonibus; *melius* uiae éxpeditae déuerticula súnt mala *Bucchelerus: alia alio modo transpositis uerbis temptari cum possint, nunc senariorum frusta etiam bacchcis* (uiaé perditaé sunt d.), *quos septenarium trochaicum* (alienum a.) *sequi olim statueram, praetuli.* 98 currus, *sup.* s, *Salisb.* transuersos *Bened. Gronouii* impetu *Angl. Bamb. m. pr. Gud. Palat. Regin. Helu. a Bodl. Gronouii* 100 me] modo *Regin.* detrusti *Scaliger*, *qui Florileg.* (*Lutet.* 1670) *p.* 70 *Graece uertit hunc prologum* extremis] exemptis *uel* ereptis *uel* externum *uel* extorrem *uel* ex mentis *Oudendorpius* 101 nulla inquam *Gud.* nullà quem *Bothius*, *eleganter* 102 actoritas *Gud.* 103 in iuuenta potuit *Par. a.* 104 lebefecit *Gud.* 105 demente *Angl.* clementi *Heinsius*

Etenim ípsi di negáre cui nil pótuerunt,
Hominém me denegáre quis possét pati?
Ego bís tricenis ánnis actis síne nota
Equés Romanus é Lare egressús meo
Domúm reuertar mímus. ni mirum hóc die
Vnó plus uixi míhi quam uiuendúm fuit.
Fortúna, inmóderata ín bono aeque atque ín malo,
Si tíbi erat libitum lítterarum laúdibus
Floréns cacumen nóstrae famae frángere,
Cur cúm uigebam mémbris praeuiridántibus,
Satis fácere populo et táli cum poterám uiro,
Non mé flexibilem cóncuruasti ut cárperes?
Nuncíne me deicis? quó? quid ad scaenam ádfero?
Decórem formae an dígnitatem córporis,

inducto habitu Syri, qui uelut flagris caesus praeripientique se similis exclamabat: [II] et paulo post adiecit [III]. Quo dicto uniuersitas populi ad solum Caesarem oculos et ora conuertit, notantes inpotentiam eius hac dicacitate lapidatam. Ob haec in Publilium' (sic Paris. a Vatic. 'Publium' uulg.) 'uertit fauorem.' Narrauerat eadem Gellius in libro VIII, cuius capitulum 15 hoc est: 'quibus modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta: atque inibi appositi uersus super eadem re eiusdem Laberii.' Adlusit Cicero de off.

---

107 dii negare cui nihil *Salisb.* de negare cui nil *Angl.* de negare cui nihil *Palat. Borb. Regin. Montepess.*, *et* i *scripta supra* de *Bamb.* cui nichil di negare *Gud.* poterunt *Par. a m. pr.* 108 quis] qui *susp. H. Meyerus anth. Lat. p.* 22 109 ergo *Angl. Gud. Salisb. Med. a Borb. Regin.* trecenis *Par. a* trigenis *Gud. Palat. m. alt.* 110 e *Fruterius ep. ad Muret.*, *Schneidewinus mus. Rhen. II* 636, *om. libri* ex *Scaliger* uix *Heinsius* 111 domum *adnectitur uersui antecedenti in Borb. Regin.* minus *Angl. Borb.* 112 *om. Par. a Borb.* 113 Forma *Bamb. m. pr.* inmoderato *Borb.* bona *Angl.* aeque *om. cod. Pontani* 114 ludionum lusibus *Fruterius* 115 florens *Lipsius spec. crit.* 1, *probauit Schneidewinus: item Meyerus* 'nisi forte uersus excidit' floris *libri* 118 me flexibilem *Bothius* flexibilem me *libri* flexilem me *Buechelerus*, *fort. recte* 119 nuncine me deicis? quo? *Ianus duce Schneidewino*, *qui* nuncine me deicis quo? *posuerat.* nunc me deicis. quo *Angl. Bamb. Med. a b c*, *et nisi quod* deiicis *Salisb. Palat.* nunc me deicis quo *Gud. Par. a Reg.* nunc mei deicis quo *Borb.* nunc me deiicis? sed quo? *Bodl. Gronouii. An* quor *scribendum?* quod *Borb.*

Animí uirtutem an uócis iucundaé sonum?
Vt hédera serpens uíres arboreás necat,
Ita mé uetustas ámplexu annorum énecat:
Sepúlcri similis níl nisi nomen rétineo.

II

Porró, Quirites! líbertatem pérdimus.

III

Necésse est multos tímeat quem multí timent.

IV

Non póssunt primi esse ómnes omni in témpore.
Summum ád gradum cum cláritatis uéneris,
Consístes aegre, níctu citius décidas.

Dum est uíta grata, mórtis condicio óptima est.* 130
Damnum áppellandum est cúm mala famá lucrum.* 113
Ducis ín consilio pósita est uirtus mílitum.* 128
Diés quod donat tímeas: cito raptúm uenit.* 122
Dimíssum quod nescítur, non amíttitur.* 23
Delíberando díscitur sapiéntia. 114
Delíberando saépe perit occásio.* 115
Dupléx fit bonitas, símul accessit céleritas.

TESTIMONIA. EXEMPLA.

130 Cf. Caecilius Balb. Mon. 17[a], 5 131 idem 48, 11 p. 34 132 Vincentius Bell. sp. d. 4, 26 cf. Caecilius Balb. Mon. 1, 5 (p. 18, 8) et Walterus Burley 'diu deliberato, cito facito', unde 'diú deliberáta perficiás cito' senarium effecit M. Hauptius Phil. III 378 133 Vincentius Bell. sp. d. 4, 115 134 idem 5, 117 sp. nat. 31, 107 135 Menandri Monost. 6 ἅπαν τὸ κέρδος ἄδικον ὂν φέρει βλάβην. 301 κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει. 586 τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται. Vincentius Bellou. sp. d. 5, 67 138 Cf. Seneca epist. 4, 6 'nullius autem rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa non potest.'

130 *Cf.* 313 didicere *Pithoeus* dedicere *PR* dediscere *EFβ* fere *B* flerem *P''* feminae ad *scripsi* femina (feminae *B* femine *β*) est *Lβ* feminae in *Pithoeus* feminam est *Erasmus* *An* at mendaciumst? decenter (*malim* decore) flere feminaest mendacium *coni. Bucchelerus* 131 interdum fit *Caec.* 132 *restituit Woelfflinus.* deliberandum est saepe quicquid statuendum est semel *F*, *item*, *sed omisso* saepe *BPRβ* del. est diu quicquid st. est s. *C* del. est diu quod st. est s. *Ingolst.*, *quem olim sequebar* diu considerandum est quicquid st. est *Vinc.* diu deliberandum, statuendum est s. *Bothius* 133 dissimilem *Vinc.* oportet aurem habere *Erasmus* habere oportet aurem *L* oportet habere aurem *tres Bentleiani*, *Vinc.* 134 est uita grata (gratia P^b) *CLβ* uita est grata *B mg. m.* 1, *Vinc.* uita grata est *ante Woelfflinum* optima est *Erasmus* est optima *BCPβ* *Vinc.* est opus *R* mortis est conditio optima *F* *Cf.* 385 135 appellandum, *om.* est, *R* est appellandum *Vinc.* 136 ducis *CFβ* dulcis *BEPR* 137 dines *omnes Palatini et Britannicum exemplar Gruteri* utor aptum P^b inuenit *B m. sec.* *β* 138 amissum *Faber*, *Bentleius*, *nunc quoque probo: cf. Seneca supra* 139 discitur *Ingolst.* dicitur *F* *Magis probarem* desiderando discitur patientia, *cf.* 311: *sed contra uidet* 282 141 *ad* 235 *olim adscripsi*,

Damnáti lingua uócem habet, uim nón habet. 112
Dolor ánimi [nimio] gráuior est quam córporis. 581
Dulce étiam fugias, fíeri quod amarúm potest. 129
Difficile est dolóri conuenire cum patiéntia. 505
Deós ridere crédo cum felíx uocer. 119
Etiam ínnocentis cógit mentirí dolor.* 141
Etiam ínpacato récte praestatúr fides.* 143
Etiám celeritas ín desiderió mora est.* 139
Ex uítio alius sápiens emendát suum.* 152
Et dést et superat míseris cogitátio.* 137
Etiam óbliuisci quíd sis interdum éxpedit.* 142
Ex hóminum questu fácta Fortuna ést dea. 149

TESTIMONIA. EXEMPLA.

143 Menandri Monost. 75 *βέλτιόν ἐστι σῶμα γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.* 145 Caecilius Balbus Par. 82 p. 42, 13 et Walterus Burley 'difficile est iniuriae' ('iniuriam' Walterus) 'conuenire cum patientia.' Pseudoseneca de mor. 6 'dolor patientia uincitur' 147 Vincentius Bell. sp. d. 4, 112 149 idem 4, 49 Caec. Balb. Mon. 1, 15 p. 19 'cupiditati ipsa etiam tarda est celeritas', unde 'est ipsa cupiditáti tarda' (uel 'tarda cúpiditati' ut Bothius) 'céleritas' inter sententias Publilianas (134 ed. pr.) relatum est. Seneca Agam. 421 'omnisque nimium longa properanti mora est.' 150 Vincentius Bell. sp. d. 4, 27. 5, 37

---

ut spurium notauit Woelfflinus simul *Bothius* simul ut *F* 142 damnati *Gruterus* dampnat *F* damnat quae *Ingolst.* 143 nimio *Bothius*, *om. libri* multo *Woelfflinus coni.* 53 145 *Cf.* 96 *Legitima uersiculus ne careret caesura duplici modo cauere studuit Bothius:* difficulter cum dolore conuenit sapientia *aut* conuenire cum dolore difficile est sapientiae. *Non credo antiquum esse.* patientia *Woelfflinus: uide supra* sapientia *F* 146 *inclusit Woelfflinus* ridere *Palatini* reddere *F* rideri *Bothius* irritare *male coni. Woelfflinus* uocer *conieci: cf.* 241 uocet *F* fouet *Palatini* uocat *Gruterus* 147 innocentis *BPR* innocentes *CFβ* coget *PR* 148 etiam *Erasmus* et tamen *Lβ* inpacato (*h. e.* hosti: *cf.* 161) *scripsi* peccato *BR* huic peccato *F* peccatori *B sec. m.*, *β* in peccato *Pithoeus* peccanti *Woelfflinus coni.* 52. 57 (*qui quid P habeat testari neglexit*) pr̃at^{z} *β* 149 *Cf.* 302 norma *Vinc.* 150 uitio alius *Ritschelius opusc. II* 667. 675 uitio alterius *CELβ* alterius uitio *Vinc.* 151 deest *libri* superest *Gryph.*, *Bentleius*, *fort. recte* 152 qui *C*, *Bentleius ex cod. Caiano*, *bene.* quod sis *Panthaleon* quid sit *cod. Panth.* quod scis *aliter, non male* 153 et hominum *P* questu *BCFP^{b}*, *ut proposuit Erasmus* quaestu *P^{a}R* q̃stu *β* farta *β* est fortuna dea *CF*

Effúgere cupiditátem regnum est uíncere. 131
'Exul, si tibi núsquam domus est, síne sepulcro es mórtuus.* 102
Etiám qui faciunt óderunt iniúriam.* 144
Erípere telum, nón dare irató decet. 133
Exílium patitur pátriae qui se dénegat. 150
Etiám capillus únus habet umbrám suam.* 138
Eheú quam miserum est fíeri metuendó senem. 132
Etiam hósti est aequus qui hábet in consilió fidem. 140
Excélsis multo fácilius casús nocet.* 147
Extréma semper de ánte factis iúdicant. 151
Ex líte inulta grátiast formósior. 586
Etiam bonum saepe obest assuescere. 584
Fidém qui perdit, quó se seruet rélicuo?* 169

TESTIMONIA. EXEMPLA.

154 Vinc. Bell. sp. d. 4, 146 156 idem 4, 132 157 Respexisse Woelfflino uidetur Seneca de ira 1, 19, 8 'male irato ferrum committitur.' 160 idem 4, 74 161 idem 4, 58 162 idem 4, 127

---

154 effugire *PR* cupiditatem effugere *Vinc.* 155 exul, si tibi *scripsi* exuli ubi *Lβ* exul is cui *Gruterus*, *probauit Bentleius* exulanti ubi *Woelfflinus peruerse* cui *Erasmus* domi *β* es mortuus *scripsi* est mortua *PR* mortuus est *B* est mortuum *F* est mortuus *β* 156 etiam *Vinc.* et *CL*, *quos male sequitur Woelfflinus* faciunt *B sec. m. CFPRβ* fecerunt *B. m. 1 receptum a Woelfflino* oderint *Bentleius* odio habent *Erasmus* 157 *CE* eripere irarum officia, non suggerere tela irato decet *T* 158 patitur *C*, *Gruterus* pati est *Lβ* est pati *Erasmus* patriae se denegare *B sec. m.*, *β Gryph.*, *unde Fabricius* se denegare patriae exilium est pati, *melius* patriae se denegare est exilium pati *Reinholdus* 159 unus *om. C* suam] unam *β* 160 Euh, *corr.* Ehu *β* En *Bern. alter* (*n.* 527 *saec.* 15) heu *C* senem] mense *R* heu quam miser est sic metuendo senescere *Vinc.* 162 Excelsus *F* *Cf.* 667 163 indicant *Bothius* 164 inulta *scripsi* multa *libri* multo *coni. Io. Casp. Orelli* amantum *susp. Gruterus* gratiast *scripsi* gratia fit *libri synizesi non toleranda. Conferunt uulgo* 131 165 *inclusit Woelfflinus* *Cf.* 45. 325. bono *coni. Gruterus* saepe *F* saepius *Ingolst. Numeris uel quod Woelfflinus proposuit* persaepe *uel* quam saepe *uel* saepicule *satis facit.* saepe est aedsuoscere *Palatinus* 166 *Cf.* 179 quo se seruet *B pr. m. corr.*, *F* quo se seruat *BCP* quo reseruat *R* quid

Fortúna cum blandítur, captatúm uenit.* 161
Fortúnam citius réperias quam rétineas.* 166
Formónsa facies múta commendátio est.* 163
Frustrá rogatur quí misereri nón potest. 597
Fortúna unde aliquid frégit, cassum est . . . 172
Fraus ést accipere quód non possis réddere.* 173
Fortúna nimium quém fouet, stultúm facit.* 167
Fatétur facinus, sí quis iudiciúm fugit.* 154
Felíx inprobitas óptimorum est cálamitas.* 156
Ferás, non culpes quód mutari nón potest.* 158
Futúra pungunt néc se superarí sinunt. 176

TESTIMONIA. EXEMPLA.

168 Vincentius Bell. sp. d. 5, 121 169 Diogenes Laertius V 11, 18 *τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν* (Aristoteles) *ἐπιστολίου συστατικώτερον.* 172 Vincentius Bell. sp. d. 4, 53 6, 15 cf. Seneca de benef. 5, 6, 2 'Socrates dixit, se nolle beneficia ab eo accipere, cui non possit paria reddere.' 174 Vincentius Bell. sp. d. 4, 65 175 idem 4, 82 176 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis Policr. VIII 14

---

sibi seruat *E* quo se fert *β* relicuo *Bentleius* reliquo *C et optimus codex Gruteri* reliquum *BEPR* in reliquum *β* non est relictum *F* quo adseueret relicuom? *scribendum puto* 167 capta dum *R* 168 fortuna *P* repperias $FP^{a}β$ rapies, *ortum ex* repies *C* reperias al' repellas *Gryph.* 169 formonsa P^{a} formunsa P^{b} formonso *R* formosa *BCFβ* muta *CFβ Bambergensis, Erasmus* multa $BP^{a}R$ multo P^{b} est *om. β, Fabricius* 170 miserere *P* miseri *C* 171 ubi *B* cassum *F et codd. meliores Gruteri* quassum *BCPRβ* cassum penitus est *Gruterus: immo* cassum est, non perit. *Exitus uersus fortasse superioris uerbis extremis* non potest *absumptus* fregerit, cassa est fides *coni. Buecheleus* 172 *CE Cf.* 573 173 f. quem minimum *C* 174 facinus fatetur *Gryph.*] si quis *scripsi* his qui EP^{b} is qui $FP^{a}Rβ$, *item B nisi quod una littera ante* is *erasa est.* qui *C Vinc.* quisquis *Woelfflinus* fugit iuditium *E* fateatur facinus prompte qui iudicium fugit manifeste *T* '*Ceterum hanc sententiam post u.* 168 *exhibet F, sed rectius hic collocari indicio est eiusdem codicis corruptela* iudicium facit, *orta ex u.* 173' (*Woelffl.*) ' 175 est *post* felix *Vinc.* 176 non (*prius ut suspicor*) *om. Macrobii Par. m.* 1 cum *Med. a* quam *Helu. a eiusdem* culpæs *Gellii Thuan.* culpas *Reg. Lugd.* uitari *C, Gellius non minus bene.* imitari *β m.* 1, *uett. editt., Io. Saresb.* potes *T* 177 pungunt (*i. e.* urgent) *scripsi* pugnant *CFP'Rβ* non pugnant

Furór fit laesa saépius patiéntia. 175
Fidém qui perdit, níl pote ultra pérdere.* 160
Facílitas nimia pártem stultitiaé sapit.* 153
Fidés ut anima, unde ábiit, eo numquám redit.* 162
Fidém nemo umquam pérdit nisi qui nón habet.* 159
Fortúna obesse núlli contentaést semel.* 168
Fúlmen est, ubi cúm potestate hábitat iracúndia.* 512
Frústra, cum ad senéctam uentum est, répetas adulescéntiam.* 511
Falsúm male dictum máliuolum mendácium est. 589
Féminae natúram regere désperare est ótium.* 509

TESTIMONIA.

178 Gellius l. l. Macrobius l. l. Io. Saresberiensis l. l. Vincentius Bell. sp. d. 4, 79. 133 179 idem 4, 58

EP^{b} nec *R*, *Bothius* ne *BCFPβ* sperari *uel* exspectari *conicias, ut non sperari tantum, sed re uera euenire dicantur futura* sinunt *R*, 'si recte legi' (*W.*), *Bothius* sinant *BCFPβ* ut . . . sinant *Erasmus* *Duos uersus, prioris initium* Futura . . . (*ceteris amissis*), *alterum talem fuisse* Furiosi pugnant, ne se superari sinant *coni. Buechelerus* 178 *C* sit *Sangerm. Gellii* furore fit atrocior *T* inlaesa *Gellii Magl.* inlesa *Petau. Reg.* in lesa *Sangerm. Lugd.* ≡ ≡ lesa (*eraso* in) *Voss.* illesa *Thuan.* saepius lata (al' laesa) *Io. Saresberiensis* sapientia *β* sapientia, *in mg.* patientia *Gryph.* laesa sapientia saepius *Vinc.* 79 179 *Cf.* 166 qui fidem *Vinc.* perdidit *B* perdiderit *T* nil pote *Erasmus* nihil potest *CEL Vinc.* nichil poŧ *β* nihil poterit *T* ultra *om. R* perdere ultra nil potest *Pithoeus, eleganter* 180 nimia *Woelfflinus coni. u.* 278. 392 animi *CLβ* partem *scripsi* ad partem *libri* sapit *BPR ut u.* 300. rapit *B sec. m. suprascr. CFβ, quod uulgo probant.* capit *Buechelerus* felicitas nimia animi stultitiam facit (*cf.* 173) *non commendo* 181 ut anima *Erasmus* unanima *CLβ* sicut anima *Woelfflinus* abiit *C, Erasmus* abit *F* habet *BPRβ* eo *om. libri* n. eo redit *Panthaleon* 182 nemo *suprascr. in B sec. m.* uero *β* numquam *BCβ* qui non perdit *F, sed idem post* 193 *iterum:* Fidem nemo perdit, nisi qui non habet 184 flumen *F* habitat *om. C:* agitat *conicio* · fulmen est procul dubio potestas cum iracundia *T* 185 uentum *om. C* est uentum *Bentleius* repetas *BCPR* repetis *β* recipis *F* adolescentiam *BFβ* 186 *sententia nimium quantum languet* iudicium est *C* 187 feminae curam *R* feminarum curam *Pithoeus* feminam maturam *Zwingerus* feminae tutelam *Bentleius* regere] gerere *Pithoeus et cum tribus codd. suis*

Ferás difficilia, út facilia pérferas.* 157
Fortúna uitrea est: túm cum splendet frángitur.* 171
190 Ferás quod laedit, út quod prodest pérferas. 591
Facít ratum Fortúna, quom nemó uidet.* 179
Fortúna in homine plús quam consiliúm ualet.* 165
Frugálitas miséria est rumorís boni.* 174
Graue praéiudicium est quód iudicium nón habet.* 181

TESTIMONIA. EXEMPLA.

188 Vincentius Bell. sp. d. 4, 82 189 idem 5, 121 190 idem 4, 82 192 conferri Nauckius iubet cum Chaeremonis tragici poetae fr. 2 p. 607 N. *τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία.* 193 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis VIII 14. VIII 13 'luxuriam persequi uideor ad laudem frugalitatis mihique ab insulsis inepte uiuentibus et indiscrete loquentibus illud Publ. Clodii subsannando ingeritur, quia frugalitas boni rumoris inserta est' (in mg. 'al' miseria').

Bentleius rege redet spere *P* est otium *Pithoeus* odium est *L* hodium est *C* est omnium *Erasmus* 188 feras *CFPR Vinc.* fer *Bβ*, *Erasmus* difficilia ut facilia *CLβ* facilia, ut difficilia *Bentleius: in utramque partem uera haberi potest sententia, ut emendatione Bentlei opus non sit, immo perferendi notio ad* facilia *melius etiam quam ad* difficilia *quadrare uidetur* (*cf.* 190). facilia ut facilius *Cotton.* difficilitatem ut facilia *Gryph.* perferas *BPRβ* perfeceris *C* leuius perferas *F Sidn. Cotton.* leuius feras *Erasmus* difficilia feras ut facilia leuius perferas *Vinc.* fer difficilia ut et facilia perferas *Pithoeus* feras difficilia, ut felicia perferas *laudandus quod abiecit Woelfflinus* 189 interea *Vinc.* est *om. E* cum, *omisso* tum, *C* quae cum *Vinc.* 190 *Cf.* 188 ut et quod *Ingolst.* ut et id quod *Gruterus* perferas *Panthaleon* feras *CLβ Vinc.* 191 ratum *scripsi* (*cf. Cic. de diuin. I* 39, 84 'cur a dextra coruus, a sinistra cornix faciat ratum') gratum *libri* gradum *Nauckius p.* 194. gratum facit *Bentleius* quom *scripsi* quem $FP^aR\beta$, *Woelfflinus absurda sententia malis numeris, uerbis obscuris conclusa.* quam I^b cum *B* cui . . . inuidet *Bentleius* quam . . inuidet *olim conieci* 192 in homine *conicio* (*nam* homoni *uix quisquam probabit*) homini (*uel* homine *codd. Bentlei*) $CFP^aR\beta$ hominum BP^b in re omni *uel* ad omne *Bentleius* humanum *Casp. Orellius* hominibus *uel* omnino *Bothius* plus homini *Gruterus* 193 miseria est *libri Macrobiani* inserta est *Gelliani*, *nisi quod* miseria ẽ *in ras. m.* 2 *Voss.*, *Scaliger ad Manil. p.* 454, *non probauit Salmasius exerc. Plin. p.* 789 *b*, *D* incerta est *Palat.*, *plerique codd. Bentl.*, *probabat Salmasius* est miseria *Io. Saresberiensis c.* 14 est inserta (al' miseria) *idem c.* 13 maceria est *Gronouius* magistra est *aliquando in mentem uenit* fragilitas rumoris boni miseria est *F* 194 est proiuditium *R* aŧ graue ‖ est quod prae ‖ habet P^a

Grauíssima est probi hóminis iracúndia. 602
Grauis ánimi poena est quém post facti paénitet. 600
Grauis ánimus dubiam nón habet senténtiam. 601
Gráuius est malum ómne, amoeno quód sub aspectú latet. 183
Grauiús nocet quodcúmque inexpertum áccidit.* 184
Grauis ést inimicus sí qui latet in péctore. 219
Grauíssimum est impérium consuetúdinis.* 182
Graue crímen, etiam léuiter cum est dictúm, nocet.* 180
Heu quám difficilis glóriae custódia est!* 188
Homo éxtra corpus ést suum, cum irascitur. 193
Heu quam ést timendus quí mori tutúm putat! 189

TESTIMONIA. EXEMPLA.

195 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 196 idem 5, 22 'grauis animi poena est proximumque ad innocentiam locum tenet uerecunda peccati confessio.' ad quae cf. Pseudoseneca de mor. 94 197 Vincentius Bell. sp. d. 4, 86 199 idem 4, 82 200 idem 4, 106 201 idem 5, 43 203 idem 5, 67 204 idem 4, 133

'*extremo marg. ad dextram rec. m.*, '*unde colligitur librarium scripsisse* graue [iudicium] est quod prae[iudicium non] habet, *quomodo Pithoeus edidit*' (*W.*) 195 *CE* probi] sibi *Vinc.* uerecundia *C* *cf.* 53 *et* 685 196 *Cf.* 271. 432. 601. post facti *BPR*, *eraso* facti *F corr.* (p̄ factum *ante corr. ut uid.*) post factum *β* quem potest facti penitere *C* *Malim* si quem facti p. grauis poena est poenitenti. cui post factum cruciantur animi *T* 197 *C* 198 *Cf.* 200 grauius est malum omne *BPRβ* grauius est omne malum *C* grauius malum est omne *F* g. malum omne est *cod. Palatinus*, *quem secuntur Gruterus et Woelfflinus* graue est m. o. *Erasmus* amoeno *addidi*, *om. libri* grauiúst malum omne quod s. a. l. *non satis facit.* grauiust malum comi quod aspectu latet *coni. Casp. Orellius* 199 *CE* citius nocet quicquid *Vinc.* 200 *inclusit Woelfflinus Cf.* 198 grauis *scripsi* grauius $I^{b.}$ (*ni f.*) *R* grauior *BCFP*^{a} *corr. rec. m. β Vinc.* inimicus si qui *scripsi* inimicus is qui *B* inimicus in his P^{b} inimicus qui *ceteri* grauis est scrupulus delitiscens inuisus in p. *T* latitet in pña *Bern. alter* grauior inimicus *Erasmus* inimicus grauior (*om.* est) *Bothius* sub pectore *Erasmus* 201 *C* conscietudinis *B* 202 dictum est *Bentleius: fort.* iactum *ut* 252 203 *Cf.* 293 difficile *C* difficilis est gloriae c. *Vinc.* 204 est suum *EPRβ* suum est *BCF. Vinc.* hominem extra c. facit fenalis (furialis *coni. W.*, *fort.* feralis) incensio *T* 205 *Cf.* 364 timidus *CF* timendus est *β* moriturum *C*, *item F ante corr. ut uid.* amorem tuum *B pr. m.*

Hómo, qui in homine cálamitoso est mísericors, memínit sui.* 517

Honésta turpitúdo est pro causá bona.* 507

Hábet in aduersís auxilia, qui ín secundis cómmodat.* 513

Heú quam miserum est áb eo laedi, dé quo non possís queri!* 515

Hominem éxperiri múlta paupertás iubet.* 191

Heú dolor quam míser est, qui in torménto uocem nón habet!* 514

Heú quam multa paénitenda incúrrunt uiuendó diu!* 516

Heu quám miserum est discére seruire, úbi sís doctus dominári! 783

Habét suum uenénum blanda orátio.* 185

TESTIMONIA. EXEMPLA.

206 Vincentius Bell. sp. d. 4, 67 207 idem 4, 82 208 idem 4, 67 209 idem 4, 138 210 idem 5, 78 211 idem 4, 112 212 idem 5, 102 sp. nat. 31, 88 213 Vincentius Bell. sp. d. 5, 43 214 idem 4, 168 Menandri Monost. 37 ἆρ᾽ ἐστὶ θυμοῦ φάρμακον χρηστὸς λόγος.

---

206 *Cf.* 208 misericors est *Vinc.* memor est, *suprascr.* i meminit *β* 207 *C* est *Woelfflinus* est mori *CLβ*, *Vinc.* causa bona *BCPR* bona causa *Fβ*, *Vinc.* Est honesta turpitudo pro bona causa mori *Erasmus* *Cf.* 76 208 *Cf.* 77. 206 aduersis auxilia *BCEPRβ*, *Vinc.* aduersi consilia *F* commendat *R* *ut infra* 220 209 *excidit in F, cf. ad* 213 ab illo *C* ab aliquo *Vinc.* laedi ab eo *B* non possis queri *B* non conpossit quaeri *P*^{a}*R* non conpossit queri *P*^{b} conpossit quaeri *R sec. m. in marg.* non possit queri *B sec. m.* ‘*si recte legi*’ (*W.*) *β*, *Vinc.* nequeas queri *C* non ausis queri *e codd. Bentleius*, *quod non minus nunc placet quam olim.* 210 *C* 211 *CE* heu] heu pro *B* dolor *om. C* miserum *Vinc.* tormentis *Gruterus* uocem qui in tormento *Antonius* 212 *CE* poenitenda *F* incurrunt homines *Vinc.* occurrunt *C* uiuentes diu *Palatini Gruteri* diu uiuenti *C* heu quam paenitenda incurrunt homines u. d. *Erasmus, quem olim secutus sum* Quam p. i. uiuenti diu *unus Palatinus* 213 *anapaesticum septenarium esse fugit editores: inclusit Woelfflinus. Extat hoc loco in BP, ante u.* 210 *in F omisso uersu* 209, *deest in R* est *om. P* discere *om. C* ubi *BCPβ* ubi non *F* nisi *Vinc.* sit *β m.* 1 doctus sis *Vinc.*, *melius.* doctus fueris *C* 214 *CE* habet uirus occultum blanda miseratio *T*

Homo tótiens moritur, quótiens amittít suos.* 195
Homo fért prae se aliud, áliud furtim cógitat. 605
Honéstus rumor álterum est patrimónium. 58
Homo né sit sine dolóre, Fortunam ínuenit. 194
Honéste seruit quí succumbit témpori.* 199
Homo útae commodátus, non donátus est. 196
Herédis fletus súb persona rísus est.* 187
Herédem ferre utílius est quam quaérere.* 186
Habént locum male dícti crebrae núptiae. 603
Honéste parcas ímprobo, ut parcás probo. 198
Humánitatis óptima est certátio. 201
Honós honestum décorat, inhonestúm notat.* 200
Heu cónscientia ánimi grauis est séruitus! 604

TESTIMONIA. EXEMPLA.

313 *λόγῳ με πεῖσον, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.* cf. Phaedrus I 19, 1 'habent insidias hominis blanditiae mali.' 215 Vincentius Bell. sp. d. 4, 139. 5, 105 220 idem 5, 104. 112 sp. nat. 31, 102 221 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55)

215 *CE* amittat *F* suis iacturam rerum patitur *T* 216 fert prae se *scripsi* semper in se *F* semper *ceteri libri* aliud, aliud furtim *scripsi* a. furetina aliud *P* a. furetinat aliud *R* (furtim at aliud *fuisse uidetur*) a. fuerit in alterum aliud *B* a. fert in alterum aliud *F* cum furit in alterum aliud *β* homo saepe in aliud fertur, aliud cogitat *Halmius* h. saepe furit in aliud *uel numeris quidem pessimis* fertur in aliud *e. q. s. Woelfflinus* 217 *post* 225 *F Cf.* 62. 83. 498 est alterum *β* patrimonium *BF* patrum omnium *PR* honesta fama melior pecunia est (*uoluit* est pecunia) *Fabricius ex mscr.* 218 *Cf.* 153 fortuna *CF* (*corr. ex* fortuna) 219 seruit *Cβ*, *Erasmus* seruiet *BFPR* 220 commendatur *R* commendatus *C* commodatus est non donatus *Vinc. sp. d.* 104, est *om.* 112 *et sp. nat.* 221 heredis fletus *Cπ*, *Bambergensis* heres fictus *Lβ* sup *Petau. Gellii* ri sus *Voss.* risac' *Reg.* risae' *e Lugd. Gellii* 222 *Cf.* 323 scire *Erasmus* honestius *unus ex Palatinis Gruteri: an* tutiust *in* utilius est *latet?* 223 locum *B sec. m. suprascr.* malcdicte *B* praebent l. male dicto *uel* dictis *desidero* crebere *R* crebae P^b ineptiae *Bucchelerus* 224 *Cf.* 345 ut parcas *Gruterus* et parcas *Palatinus* ut non careas *F* (*cf. ad* 381) ut caueas *Bothius* 226 honor *T* notat *om. T* 227 *Cf.* 11. 443 heu *Gruterus* (*qui tamen* quam animi conscientia *scripsit*) *F* hec *ut uid.*, c *in ras.*, *m.* 1, hec *m.* 2 *F* grauis est

Hominem étiam frugi fléctit saepe occásio. 190
Hominí consílium túnc dest, cum multa ínuenit.* 192
230 Inférior reus est quídquid peccat súperior.* 213
Inimícum ulcisci nítam accipere est álteram. 218
Inuítum cum retíneas, exire íncites.* 237
Ingénuitatem laédas, cum indignúm roges. 613
In núllum auarus bónus est, in se péssimus.* 224
235 Inopí beneficium bís dat qui dat céleriter. 225
Inópiae desunt paúca, auaritiae ómnia.* 121

TESTIMONIA. EXEMPLA.

230 Vincentius Bell. sp. d. 5, 6 233 idem 4, 51 234 Seneca epist. 108, 9: nide pall. inc. inc. LXVII Vincentius Bell. sp. d. 4, 144 235 idem 4, 51 Caecilius Balb. Mon. 4, 14 'celeritas beneficium gratius facit.' cf. u. 141 236 Seneca contron. VII 18 p. 206 B 'usus colore est et Publilianam sententiam dedit. abdicationes, inquit, suas ueneno diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. memini nos, cum loqueremur de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adulescentulorum omnium ingenia, queri de Publilio, quasi ille iam hanc insaniam introduxisset. Cassius Seuerus, summus Publili amator, aiebat non illius hoc uitium esse, sed eorum, qui illum ex parte qua transire debe-

seruitus *Gruterus* grauior est seruitute *F* 229 deest *libri* 230 reus est *scripsi* (*cf. Enn. trag.* 194) rescit *P*, *probauit Woelfflinus defendere conatus Philol. XVII* 466 *sq.* nescit *ER* orrescit *B* horrescit *CFβ Vinc.* horret *Erasmus* casat *uel* crescit *codd. Bentlei*, *unde* causat *i. e.* causatur *olim conieci.* quicquid *Fβ* superior *BCEF* superius *PR* *Diuersa sententia est* cum periclo inferior quaerit qui superius occultare contendit *T quae correcta ab Hauptio in hunc septenarii exitum* quod superior occulit *olim inter Turicenses sententias* (*u.* 820) *edidi* 231 est accipere *Fabricius* 232 incitis *P* incitas *C* 233 *post* 276 *F* laedas *BFPR pr. m. β* laedis *B corr.*, *C* P^{a} *sec. m.* laedit *Vinc.* cum] qui *Vinc.* dignum *B* roges *BCFPR* rogas P^{a} *sec. m. β* rogat *Vinc.* honestatem laedes cum pro indigno intercedis *T*, *in quibus* laedis *et* interuenis *corr. Hauptius* 234 in nullum *Seneca* nulli *Vinc.* in nullo *ELβ* est *om. β* qui in se (*suprascr. m.* 2 qui) *B* inopi *Vinc.* '*fortasse* ipsi, *nisi potius corruptela orta est ex u. seq. initio*' (*W.*) 235 *E* bene benefitium *β* beneficium uero (*om.* inopi) *Vinc.* bis datur *B* dat is *Vinc.* qui *om. β* plus dat qui celeriter praestat *T* 236 inopi *B m.* 2 *β* desunt pauca *Gruterus et Bentleius* parua desunt *Lβ*, *Vinc.* ča (*quod* cuncta *interpr. W*) desunt *C* multum deest *prop. Erasmus* desunt multa *Woelfflinus* auaro *B m.* 2 desunt auaro autem *β* desunt inopiae multa *Seneca minor natu* desunt luxuriae multa *Seneca maior*, *quorum testimoniis sat probatur*

Instrúcta inopia est ín diuitiis cúpiditas.* 229
Inuítat culpam quí peccatum praéterit. 238
Iucúndum nihil est nísi quod reficit uárietas.* 246
Ingénuitas non récipit contuméliam. 612
Inritare est cálamitatem, cúm te felicém uocas.* 521
Inpúne pecces ín eum, qui peccát prior.* 226
Ingrátus unus ómnibus miserís nocet.* 216
In míseri uitam túta contumélia est. 223

TESTIMONIA. EXEMPLA.

rent imitarentur, [non imitarentur] quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragicumue aut Romanum aut Graecum, ut illum uersum quo aiebat unum uersum inueniri non posse meliorem [628] et illum de eadem re dictum [236]; ut illos uersus, qui huic quoque ter abdicato possent conuenire [438] et plurimos deinceps uersus referebat Publili disertissimos.' Publilianae sententiae similitudo apud eundem controu. VII 17 extr. p. 202 B. et 19 p. 211 B infertur. Senecae epist. 108, 9 ad pall. inc. inc. LXVII descripsi. Vincentius Bell. sp. d. 4, 144 237 idem 4, 146 238 Cf. Seneca Troad. 300 'qui non uetat peccare, cum possit, iubet.' 243 Vincentius Bell. sp. d. 4, 54

---

desunt *uerum sententiae initium fuisse: potest autem duplicem Publilius sententiam protulisse:* desunt inopiae pauca *et* desunt luxuriae multa 237 *CE* inopia instructa *C* 238 *Cf.* 528. 535. 592. 645 inuitat *C* (*cf. T*), *Erasmus* in se uitat *Lβ* inseruit *fuit cum conicerem* ipse intrat *Bothius*. (*cf.* 285), *olim recepi*, *et latet* ipse *in scriptura L* delictum *Gruterus* inuitat culpam profecto qui peccantem non ulciscendo praeterit *T* 239 nil *Woelfflinus* nisi *om. C* 240 *Cf.* 284 recepit *P* (*bona forma*), *item R sed puncto supra* e *addito* fert *T* 241 *hoc loco BEPR*, *post u.* 263 *F*, *utroque loco β* *Cf.* 146 inuitare *coni. Gruterus*, *probat Nauckius*, *fortasse recte.* felicem uocas *Ingolst.*, *probat ut olim scripsi Nauckius* f. uocaueris *BCβ infra* f. uocaberis *EPR* f. dixeris *Panthaleon* f. uoces' *β*, *Woelfflinus*, *cf.* 146 *et* 308. uocaueris felicem *F* 242 pecces *BFβ* peccis *R* peccas *C* pecas *P* prior *Bentleius* rarior *CL* rarius *β* inpune profecto peccas qui prior in eum (*immo* in eum qui prior) peccauerit *T* inpune peccat cum quis peccat rarior *Fabricius*, carior *aut* rarius *Erasmus* 243 *Cf.* 309 omnibus miseris *Ingolst.* miseris omnibus *Lβ*. *Vinc.* missis omnibus *C* ingratus uni omnibus miserior ingratescit *T* 244 in miseri uitam tuta *Halmius: cf.* 277 in misera uita etiam *F* in miseria uita *PR* in misera uita *B* in miseri uita *β* in misero uita est etiam *Bothius* in miseri uita uita *cum amico Gruteri olim edidi* in miseri uita inulta *Gruterus* in miseria etiam uita *Woelfflinus*

Ita amicum habeas, pósse ut facile fíeri hunc inimicúm putes.* 522

Inuídiam ferre aut fórtis aut felíx potest.* 234

In amóre semper méndax iracúndia est.

Inuídia tacite, séd inimice iráscitur.* 235

Irátum breuiter uítes, inimicúm diu.* 239

Iniúriarum rémedium est oblíuio.* 222

Iracundiám qui uincit, hóstem superat máximum.* 520

Iactúm tacendo crímen facias ácrius.* 203

In malis speráre bene nisi ínnocens nemó solet.* 518

In iúdicando críminosa est céleritas.* 236

Inimícum quamuis húmilem docti est métuere.* 217

TESTIMONIA. EXEMPLA.

245 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 5, 88 cf. Caec. Balb. Mon. 15, 11. Sophoclis Ai. 667 ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν ἐς τοσόνδ' ἐχθαρτέος, Ὡς καὶ φιλήσων αὖθις· ἐς τε τὸν φίλον Τοσαῦτ' ὑπουργῶν ὠφελεῖν βουλήσομαι, Ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα. 250 Seneca epist. 94, 28: uide ad pall. inc. inc. LXXIII. Vincentius Bell. sp. d. 4, 83 Caec. Balb. Mon. 48, 8 'magnum iniuriae r. e. o.' 251 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 254 idem 4, 93 255 idem 4, 27 cf. Phaedrus I 28, 1 'quamuis sublimes debent humiles metuere.'

---

245 item *Lugd. Gellii* habeas] has *idem* facile *om. Gellius et Macrobius* fieri *in B sec. m. suprascr.* hunc inimicum putes *β*, *Gellius (nisi quod* amicum, *suprascr.* inimicum *Voss.) et Macrobius* putes hunc inimicum *F cum ceteris libris Bentl.* hunc non inimicum putes *EPR* ut hunc fieri posse inimicum putes *Vinc.* ut posse inimicum fieri putes *Saresberiensis* ut inimicum fieri posse scias *C* 246 *CT* ferre] superare *Gryph.* aut felix aut fortis *T* an fortis an felix *F* filex *PR* 247 *ad* 13 *olim adscripsi* iracundia, *add. m.* 2 est *B* est iracundia *F* 248 *iterum post* 262 inuidia tacita citius inimica irascitur *F* minute *Erasmus* munite *e Gryph. Reinholdus* 249 *C* 250 *CT* Magnanimo iniuriae remedium obliuio est *Pithoeus* medicina sola est miseriarum obliuio *aliter* 251 *CE* maximum superat hostem *F* hostes maximos debellauit *T* 252 *Cf.* 331 iactum] *cf. Salmasius ad Ael. Lampr. Comm.* 7 Ictum *F* factum *Gryph. Pithoeus, etiam Bentleius* fictum *Orellius* dictum *ut* 202 *Buecheler us* tacendo *Bβ et Panthalcon* tacendum *P* tacentem *FR* facies *R* 253 *CE* sperare bonum *β* bene sperare *C* 254 iudicando *BCFβ* (*cf.* 32) uindicando *EPR Vinc.*, *Bentleius cum libris suis* criminosa mora est celeritas *C* 255 *C* cauti *Nauckius p.* 195, *non male*

In cálamitoso rísus etiam iniúria est.* 210
Iudéx damnatur, cúm nocens absóluitur.* 247
Ignóscere humile est, nísi pudet cui ignóscitur. 607
In rébus dubiis plúrimi est audácia.* 227
Illó nocens se dámnat, quo peccát die.* 209
Ita créde amico, né sit inimicó locus.* 243
Irátus facinus étiam consiliúm putat.* 241
Inuídia coquitur quód uidet, non quód subest. 233
Inprobe Neptúnum accusat, qui íterum naufragiúm facit.* 519
Iniúriam aures quam óculi faciliús ferunt. 220
Iacet ómnis uirtus, fáma nisi laté patet. 202
Ignís calorem súum etiam in ferró tenet. 207
In Vénere semper cértant dolor et gaúdium. 231
In amóre forma plús ualet quam auctóritas. 609

TESTIMONIA. EXEMPLA.

257 Vincentius Bell. sp. d. 4, 66 261 Cf. Caec. Balb. Mon. 15, 16 262 Vinc. Bell. sp. d. 4, 133 263 Cf. Menandri fr. 296, 3 *οὗτος μακάριος ἐν ἀγορᾷ νομίζεται, Ἐπὰν δ' ἀνοίξῃ τὰς θύρας, τριοβόλιος.* 264 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55)

256 calamitosum *coni. Halmius: cf.* 277 etiam risus *C* 257 *CE, cf.* 614 innocens *Eβ* 258 humile *scripsi* hominum *libri* humanum *Erasmus* odio *coni. Buecheler* est *erasum in B, om. Erasmus* nisi *Lβ* ubi *Erasmus, probauit cum ceteris Woelfflinus* cui *om. F De synalocpha cf.* 112 259 plurimi (*uel* plurimum) *Erasmus* plurima *CLβ* 260 ilo *R* innocens *C* quod *P* diu *B* 261 crede *BCEP*^{c}*Rβ* credo *P*^{b} credas *F* ut ne *Bothius, probo etiam nunc* inico *P*^{b} amico *sed suprascr. pr. m.* inimico *B* 226 *CE* facinus etiam *scripsi* etiam facinus *libri* 263 coquitur quod uidet, non quod subest *scripsi adsensus Nauckio, qui p.* 195 loquitur quod uidet, non quod subest *proposuit conl. Menandri fr.* 296 id loquitur non quod (quo *β*) subest *BPRβ* id quod uidet loquitur. non quod subest *F* loquitur non quod est, sed quod subest *Godofredus* loquitur quod subest. non quod uidet *Woelfflinus inepta addita interpretatione* 264 *T, deest in CEL* na≡ufragium *Voss. Gellii* facit *om. Macrobii Bamb. m.* 1 fecit *Voss. Gellii* 266 patet *Palatinus* pateat *F* 267 calorem suum etiam *scripsi* etiam suum calorem *F* suum calorem etiam *Gruterus* 268 Venere *Gruterus* uenerem *F* certant *scripsi* certat *F* 269 amore *Gruterus* amorem *F*

Ingráta sunt beneficia, quis comes ést metus. 215
Imprúdens peccat quém post facti paénitet.
Inértia indicátur, cum fugitúr labor.
Irátus cum ad se rédiit, sibi tum iráscitur.* 240
In amóre semper caúsa damni quaéritur. 610
Iucúnda macula est éx inimici sánguine. 245
In Vénere semper dúlcis est deméntia. 232
In mísero facile fít potens iniúria. 617
Intérdum habet stultítiae partem fácilitas. 750
Inértia est labóris excusátio. 212
Iniúriam facílius facias quám feras. 616
Irátus nil non críminis loquitúr loco. 619
Incértus animus dímidium est sapiéntiae. 211
In túrpi re peccáre bis delínquere est. 230
Ingénuus animus nón fert uocis uérbera. 214
Iniúriam ipse fácias, ubi non uíndices. 221
Is mínimo eget mortális, qui minimúm cupit. 242

TESTIMONIA. EXEMPLA.

271 Contulit Woelfflinus Senecae Agam. 244 'quem paenitet peccasse paene est innocens.' 286 Seneca epist. 108, 11: uide pall. inc. inc. fab. LXV. Caecilius Balbus Mon. 12, 8 p. 23 W. Pseudoseneca de mor. 46

---

270 quis *Gruterus* quibus *F* 271 *ad* 196 *olim adscripsi* post *Gruterus*, *om. F* mox *coni. Halmius* 272 indicatur *olim* (*ad* 279) *scripsi* cum iudicatur *F* tum indicatur *Bothius* iudicatur *Gruterus* 273 rediit *Bentleius* redit *F* 275 *Tragoediam sapit sententia* Iocunda *F* inimici *Ingolst.* imici *F* 278 *Cf.* 180 facilitas *Woelfflinus* felicitas *F*, *quod ut seruaretur* (*cf.* 173) *transponenda cetera sic fuerunt:* stultitiae partem interdum habet 279 *Cf.* 272 est laboris *Ingolst.* laboris est *F* 281 nil *Ingolst.* nihil *F* 282 *Cf.* 139 ingenuus *prop. Woelfflinus coni.* 284 inuictus *Machly*, *inutiliter utrumque* dimidium *Bothius* (*cf. Plauti Pseud.* 454) remedium *F* 283 in turpem, *om.* re, *schedae Palatinae* bis] *an* uix? 284 inuectiuae (inuectiuas *W.*) uocis numquam libertas tacet *T hinc fluxisse statuit Woelfflinus: ego septenarium* (832 *ed. pr.*) *in medio mutilum* inuectiuae uócis . . númquam libertás tacet *etiam nunc audio* 285 *Cf.* 238. 528. 535 286 *Cf. prou.* 69 *W. et sent. falso rec.* 105 *p.* 122 *W.* minimo *Seneca* minimum *F* mortalis *om. F*

Inimíci ad animum núllae conueniúnt preces. 614
Inimíco extincto prétium lacrimae nón habent. 615
Ibi sémper est uictória, ubi concórdia est. 205
Iter ést qua cumque dát prior uestígium.* 244
Ibi póte ualere pópulus, ubi legés ualent. 204
Loco ígnominiae est ápud indignum dígnitas. 260
Laus nóua nisi oritur, étiam uetus amíttitur.* 250
Laesó doloris rémedium inimici ést dolor. 248
Leuis ést Fortuna: cíto reposcit quód dedit. 253
Lex úniuersa est, quaé iubet nasci ét mori.* 255
Lucrúm sine damno altérius fieri nón potest. 625
Lasciuia et laus númquam habent concórdiam. 249
Legém nocens uerétur, fortunam ínnocens.* 251
Libído, non iudícium est quod leuitás sapit. 257
Libído cunctos étiam sub uultú domat. 256

TESTIMONIA. EXEMPLA.

292 Vincentius Bell. sp. d. 5, 71 294 idem 4, 133 295 idem 5, 124 296 idem 5, 104 spec. nat. 31, 101 297 idem sp. d. 4, 146 cf. Seneca de ira II 8, 2 'nulli nisi ex alterius iniuria questus est.' 298 Vincentius Bell. sp. d. 4, 159

---

287 peruenium *Nauckius p.* 196 inim. ad te animum nullae conuertunt preces *coni. Bucchelerus* 288 *Sententia* pretium *aut* causam *flagitat.* exitium *libri, quod sana ratione defendi non potest.* risum lacrimae non tegunt *uel* tegent *Nauckius coni.* 221 non habent lacrimae fidem *prop. Bucchelerus* 291 is *Nauckius p.* 206 pote *Gruterus* potest *F* ibi ualebit *Bothius* 292 *C* 293 *CE; cf.* 203 aminittitur *β* 294 doloris *BCF Vinc.* dolori *PR* inimici est *Bothius* est inimici *BCPRβ Vinc.* inimici, *om.* est *F* 295 Fortuna leuis est *Bothius* quae *Erasmus* 296 uniuersa *BFPR* uniuersalis *CEβ Vinc.* uniuersi *Erasmus* est *om. F* quae *suprascr. β* iubet et nasci *Vinc.* 297 *CET: damnauit Ritschelius opusc. II* 666. 672 (*u. Seneca supra*), *non inclusit Woelfflinus. cf.* 49; *ceterum* alius *fert sententia: cf.* 372 lucro, *corr.* lucrum *β* potens P^b po . . . *ultimis litteris euanidis* P^a 298 *CE cf.* 617 laus et lasciuia *Vinc.* 399 *Plane contrariam sententiam* legem innocens uerétur, fortunám nocens *probauerim* 300 libido non *F* libido *PRβ* libidini *olim Woelfflinus, inepte* libido indicium est eius q. l. s. *Pithoeus, codd. alii Gruteriani* 301 cinctos *Salmasius ad Solin. p.* 46 etiam cunctor *β* uultu *libri, sanum esse uix credo: num* uotum *corrigendum ad Hor. epist.*

Longínquum est omne, quód cupiditas flágitat. 261
Lapsús semel fit cúlpa si iterum cécideris. 621
Lex núdet iratum, irátus legem nón nidet. 254
Legém solet oblíuisci iracúndia. 623
Locís remotis quí latet, lex ést sibi. 259
Late ígnis lucere út nihil urat, nón potest. 622
Licéntiam des línguae, cum uerúm petas. 258
Malígnos fieri máxime ingratí docent.* 276
Multís minatur qui úni facit iniúriam.* 302
Mora ómnis odio est, séd facit sapiéntiam.
Mala caúsa est quae requírit misericórdiam. 263
Mori ést felicis ánte quam mortem ínuocet. 645
Miserum ést tacere cógi quod cupiás loqui. 295
Misérrima est fortúna quae inimicó caret.* 294

TESTIMONIA. EXEMPLA.

309 Vincentius Bell. sp. d. 4, 54 310 idem 4, 132 311 idem 4, 91 313 Cf. Seneca ad Marc. de consol. 20, 1 (mors) 'de nullis melius merita quam de eis, ad quos uenit antequam inuocaretur.' 315 Vincentius Bell. sp. d. 4, 83

J 16, 57 *sqq. sententiam?* dampnat *F* 302 *restituit Gruterus.* longum est quod flagitat cupiditas *F Cf.* 149 305 *errore olim bis posui* (252 *et* 623 *proced.*), *rettuli ad* 304, *cuius uariatio est; inclusit Woelfflinus* obliuisci solita est *Bothius* 306 est sibi *Ingolst.* sibi est *F* 307 *secundum Nauckii p.* 196 *dedi emendationem.* late lucere ignis ut nihil urat potest *F* late lucere ut urat nihil ignis potest *Bothius*, *ut suum prop. Woelfflinus* (*in textu numeris carentia edidit*). *An* late lucere nil ut nihil urát (*uel* ita út nihil urat, nil) potest? 309 *C Cf.* 213 malignus P^b malignum *Fabricius* docent ingrati *Vinc.* malignos ferre maxime ingratos docere saepe *T* 310 comminatur *T* imperatur *Vinc.* uni *CEPRTβ Vinc.* ui *F* iniuria *F* contumeliam facit *T* 311 *C*; *ad* 139 *olim adscripsi* odiosa *C* sapientiam facit *β* patientiam *coni. Woelfflinus*, *sed cf.* 139 312 *Cf.* 410 mala *C*, *Erasmus* mali *FPRβ* 313 felicius *β*, *libri quidam Erasmi et Gryphiswaldensis*, *quo infelicissime abusus est Woelfflinus* mortem inuocet *F* m. inuoces *Rβ*, *quod defendi licet; cf.* 319 m. inuocis *P* m. inuocens *Gryph.* mors inuocetur *C* 314 tacere *C*, *Erasmus* agere *FPRβ* *Meiius* quom *scribitur* cupies *Panthaleon* 315 inimicos caret *PR Vinc.* caret inimico *C* inimicos latet *F*

Malus ést uocandus quí sua est causá bonus.* 283
Malús bonum ubi se símulat, tunc est péssimus.* 284
Metús cum uenit, rárum habet somnús locum. 287
Morí necessest, séd non quotiens uólueris. 296
Male géritur quicquid géritur Fortunaé fide.* 268
Mórtuo qui míttit munus, níl dat illi, adimít sibi.* 527
Minus ést quam seruus dóminus qui seruós timet. 291
Mage fídus heres náscitur quam scríbitur. 262
Malo ín consilio féminae uincúnt uiros.* 280
Mala ést uoluptas ád alienum adsuéscere. 629
Máximo períclo custodítur quod multís placet. 524

TESTIMONIA. EXEMPLA.

317 Vincentius Bell. sp. d. 4, 129 320 idem 5, 121 322 idem 4, 74. 136. 6, 12 324 idem 5, 10 sp. nat. 31, 115 325 cf. Seneca de benef. VII 21, 2 'poenas a se exigens improbae cupiditatis, ne alieno adsuesceret'; paulo supra 'cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam uoluptatem.' 326 Hieronymus adu. Iouin. I sub f. 'diffícile (l. difficilest) custodíre quod plurés amant.'

---

316 sua est causa *FPR* sua causa est *β*, *Erasmus* est sua causa *C* sui *Bentleius* 317 *Cf.* 61. 368. 400 bonum ubi se *PR* ubi bonum se *EFβ* ut se bonum *C* tunc peior est, *suprascr.* uel pessimus *E* tunc pessimus est *β* malus uir bonum quando se simulat tunc pessimus est *Vinc.* 318 dum *Godofredus* uenit] regnat *uel* uexat *uel* uigilat *melius esset* somnus *F* somnus *C* sonus *PRβ* 319 necessest *scripsi* necesse sit *PRβ* necesse est *CF* 320 *C* mal *Nauckius* quicquid *Fβ* (*quid in CPR extet nescio*) 321 munus qui mittit *Gruterus non male, ut olim secutus sim.* qui munus mittit *Antonius* nil *Erasmus* nihil *L* nichil *β* adimit sibi, *ut olim cum Bentleio edidi, teneo.* sibi adimit *libri, quae peruersa notatione corrupit Woelfflinus* 322 *CE* est minus quam seruus *Vinc.* 4, 74 minus quam seruus est idem *ceteris locis* timit *P* famulatur dominus, ubi timet quibus imperat prorsus *T. unde deleto* prorsus *senarium effecit Orellius, quem inter Turicenses sententias* (828) *olim exhibui* 323 *Cf.* 222 mage *Gruterus* magis *CLβ* magis heres fidus *Pithoeus* 324 *CE* in *om. β*, *Vinc.* 325 uoluptas *Erasmus* uoluntas *CLβ* ad alienum consuescere *libri, correxi* (*cf.* 165: suescere *coni. Halmius*) alienis adsuescere *Erasmus* 326 *Cf.* 408 periclo *Gruterus* periculo *CEL* lucro *β* seruatur *coni. Buecheler*us *Caret legitima caesura septenarius: multo melior Hieronymi senarius.*

Mala ést medicina, ubi áliquid naturaé perit.* 265
Malaé naturae númquam doctore índigent. 264
Miseréri scire síne periclo est uíuere. 641
Male uíuunt qui se sémper uicturós putant. 273
Male díctum interpretándo facias ácrius.* 266
Male sécum agit aeger, médicum qui heredém facit.* 270
Minús decipitur cuí negatur céleriter.* 290
Mutát se bonitas ínritata iniúria. 649
Muliér cum sola cógitat, male cógitat.* 300
Male fácere qui uult númquam non causam ínuenit.* 267
Malíuolus semper suá natura uéscitur.* 275
Multós timere débet quem multí timent.
Male ímperando súmmum imperium amíttitur. 269
Muliér, quae multis núbit, multis nón placet.* 301

TESTIMONIA. EXEMPLA.

328 Synesii de prouid. p. 125 C *κακία μὲν γὰρ αὐτοδίδακτον, ἀρετὴ δὲ σὺν πόνῳ κτᾶται* contulit Nauckius, item Sophoclis quae feruntur fr. 736, 6 sqq. 330 Menandri monost. 200 *ζῶμεν ἀλογίστως προσδοκῶντες μὴ θανεῖν*. Vincentius Bell. sp. d. 5, 104 sp. nat. 31, 101. Cf. Senecae epist. 23, 10 'male uiuunt qui semper uiuere incipiunt.' 335 Vincentius Bell. sp. d. 5, 10 sp. nat. 31, 115 336 idem sp. d. 4, 106 338 factus ex Laberii uersu 126, ubi uide adn.

328 mali natura . . . indiget *Nauckius mélanges Gréco-Romains II* 340 *sq. III* 197 *sq.* doctore $CP^bR\beta$ doctorem P^a datore *F* doctrina *Erasmus* 329 *Cf.* 77 misereri scire *ex ER Woelfflinus* miseri scire *P* miseriam nescire $F\beta$ periclo *Gruterus* periculo $L\beta$ miserum est sine periculo nescire uiuere *C* miseriam nescire est sine periculo uiuere *Erasmus* miseri est nescire sine periclo u. *olim uulgabatur* 330 *CE* 331 *Cf.* 252 maledictum male interpretando *C* facies *C*, *Erasmus* agrius *P* 332 aeger *om. cod. Panthaleonis* 333 *Cf.* 469 celeriter negatur *CT* 334 inritata *Pithoeus* cum inritatur *PR* cum irritatur $CF\beta$ cum irrogatur *cod. Panthaleonis* cum irrites *Erasmus* 335 *C* mala β 336 mal *Nauckius* numquam non P^b nusquam non *F*, *Erasmus* nusquam nisi β numquam P^aR nonnunquam *Vinc.* plus quam non uult inuenit *C* alii causam numquam inuenit *add.* P^b 337 sua nascitura P^b natura sua β uescetur *F* uestitus *C* 339 *CE* 340 *Cf.* 351 nubit $F\beta$ nubet *PR* nubit multis, multis non placet *Erasmus*

Malíuolus animus ábditos dentés habet. 274
Medicína calamitátis est aequánimitas. 286
Mulíebris lacrima cóndimentum est málitiae.* 299
Metúm respicere nón solet quicquíd iuuat. 638
Malo étiam parcas, si úna est periturús bonus. 279
Magnúm secum adfert crímen indignátio. 628
Malus étsi obesse nón potest, tamen cógitat. 634
Magis ualet qui nescit quod ualet calamitas. 626
Mora cógitatiónis diligéntia est. 644
Multa ígnoscendo fít potens poténtior. 647
Multís placere quaé cupit culpám cupit. 303
Minimum éripit Fortúna cui minimúm dedit.* 289
Meretrix est instruméntum contuméliae. 637
Malús bonum ad se númquam consiliúm refert. 633
Manifésta causa sécum habet senténtiam. 285
Multórum calamitáti uir moritúr bonus. 304
Metus ímprobos compéscit, non cleméntia. 288
Muneribus, non lacrimis meretrix est misericors. 648

EXEMPLA.

344 Contraria Seneca de ira 2, 31 habet: ‘ubi maxime gaudebis, maxime metues.’ 352 Cf. Seneca epist. 59, 18 ‘quod non dedit fortuna non eripit.’

342 *Cf.* 657 343 *Cf.* 130 condimentum malitiae est *Gruterus* est condimentum malitiae *Bothius* 344 metam *Maehly* metus *G. Meyerus: an* malum? cui quid *coni. Halmius Malim* solent, si quid iuuat 345 *Cf.* 224 346 secum affert crimen *Nauckius* crimen secum adfert *F* magna est cum crimen adfert indignatio *Bothius* 347 etiam si . . potest *F* etsi . . pote *Gruterus* tam *coni. Bothius* 348 mage *Gruterus* quod *F* quid *editores ante Woelfflinum* calamitas quid ualet *Gruterus. De Woelfflini monstro cf. mus. Rhen. XXV* 320: *uersus corrigitur, si scribas* quántum ualeat cálamitas. 349 *Cf.* 311 diffidentia *coni. Gruterus* 350 *contraria* 238. 285. 394. 528. 535. 592. 645 *Probarem* discendo (*uel* gnoscendo) multa *uel* multum gnoscendo 351 *Cf.* 340. 532 cupit *ed. Bip.* capit *F* 352 *Cf.* [227] cui *Bentleius* cum *F* 353 instrumentum est *F*, *corr. Gruterus* 356 calamitati *scripsi* calamitate *F* 358 *inclusit Woelfflinus. Creticum dimetrum metiebatur Spengelius in Caecil. p. 7: in senario*

Metuendum semper esse scias, quem tutum uelis.
Mórs infanti félix, iuueni acérba, nimis serást seni. 526
Malám rem cum uelís, honestatem ímprobes. 361
Malum ést consilium, quód mutari nón potest. 282
Malítia unius cíto fit male dictum ómnium. 277
Mortem úbi contemnas, uíceris omnés metus. 298
Misera ést uoluptas, úbi pericli mémoria est.* 293
Male uíncit quem post paénitet uictóriae. 271
Miséricors ciuis pátriae est consolátio. 640
Malítia ut peior uéniat, se simulát bonam. 278
Malus ánimus in secréto peius cógitat. 632
Mutáre quod non póssis, ut natum ést, feras.
Multa ánte temptes, quám uirum inueniás bonum. 646

TESTIMONIA. EXEMPLA.

360 sententiam Rufi e cod. Par. quodam Woelfflinus contulit hanc: 'mors forti leuis, seruienti optata, obtabilis inmutatura', in quibus correxit 'inmatura.' Sed expectatur praeterea pro illo 'obtabilis' datiuus, e. c. 'iuueni'. 362 Gellius XVII 14 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) omissus apud Macrobium Sat. II 7 363 Cf. Seneca Phaedr. 573 'cur omnium fit culpa paucorum scelus?' 365 Cf. Euripidis fr. 131 N. ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων, in Latinum conuersa a Cicerone de fin. II 32, 105: 'suauís laborumst praéteritorum mémoria.'

quidem munéribus meretrix, nón fit (*siue* fit, non) lacrimis misericors *scribendum erat.* 359 *item inclusit Woelfflinus: olim ad* 116 *adscripsi* semper est ei quod *Gruterus Numeri corrigantur, si scribas* metuéndum semper scito ei quem t. u. *uel* metuéndumst semper qui ésse se t. uelit 360 nimis serast *Buechelerus* nimis sera *F* sera nimis *Gruterus* 361 *Vilis sententia numeris fractis* 362 *C* consilium est *Petau. Gellii* 364 *Cf.* 205 uiceris omnes metus *Bothius, merito commendauit Nauckius.* metus uiceris omnes *F* omnes uiceris metus *Ingolst., Gruterus* 365 *Cf.* 521 pericli *Ingolst.* periculi *F Dignus poeta antiquo uersiculus hic* mira ést uoluptas ín pericli mémoria *foret* 366 quem post *conl. u.* 111. 196. 271 *coni. Woelfflinus* quem *F* is quem (*ut u.* 82) *Gruterus* quem mox *Halmius* poenitet *F* male uicerit quem p. u. *uolebam.* male uincit audaciam quem poenitet uictoria *T, unde scnarius fit, si corrigas* male uicit, clam quem p. uictoriae 367 *Cf.* 471. 475 368 *Cf.* 61 369 *Cf.* 335. 457 370 *Cf.* 176 mutare (*uoluit* mutari) q. n. potis est *Gruterus in edit. a.* 1610 371 temptes *F* tempus *uulgo ante Woelfflinum*

Misérrimum est arbítrio alterius uíuere. 642
Mansuéta tutióra sunt, sed séruiunt. 636
Mala mórs necessitátis contumélia est. 630
Minus saépe pecces, sí scias quid néscias. 292
Malís quicumque in poéna est, praesidium ést bonis. 635
Nil ágere semper ínfelicist óptimum. 320
Nil péccent oculi, si ánimus oculis ímperet.* 324
Nil próprium ducas quícquid mutarí potest. 325
Non cíto ruina opprémitur qui rimám timet. 333
Núllus est tam tútus quaestus, quám quod habeas párcere. 793
Néscias quid óptes aut quid fúgias: ita ludít dies.* 529
Numquám periclum síne periclo víncitur.* 342

TESTIMONIA. EXEMPLA.

374 Cf. Seneca epist. 70, 20 de bestiario, qui ante spectaculum mortem turpi modo sibi contraxerat, narrans: 'hoc fuit morti contumeliam facere.' 379 Vincentius Bell. sp. d. 5, 76 Sat aliena Sexti sent. 71 (in Orelli opusc. mor. 1, 252) 'hoc solum tibi proprium dicito, quod bonum est.' Cf. CIL uol. I n. 1010 (mus. Rhen. XXVII 135): 'uiue ín dies et hóras, nam proprium ést nihil.' 383 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 4, 73

372 arbitrio alterius *Gruterus* alterius arbitrio *F* · *an* arbitrio alius *scribendum? cf. ad u.* 297 373 *sq. rudi sermone expressae sententiae* 375 quid *editores praeter Woelfflinum, qui seruauit* quod *F* 376 ubicumque *malim* malus ubi nemo impune est *coni. Nauckius mélanges III* 197 377 nil *Ingolst.* nihil *CL* nichil *β* infelici optimum est *C*, *Erasmus* infelicis est o. *FPR* (*quo* infelicist *indicatur*) felicis est o. *β* 378 nil *Erasmus* nihil *CEL* nichil *β* peccant *CEβ* animus oculis *EPR*, *Erasmus* oculis animus *CF* illis animus *Maehly* imperat *CR* 379 nil *Erasmus* nihil *CL* nichil *β* ducas *PR*, *Vinc.* (*cf.* 423) dicas *CFβ* quicquid *PR* quod *CFβ*, *Vinc.* potest *CFRβ*, *Vinc.* possit *P* quod mutari possiet *Erasmus, bene.* quod mutarier potest *Pithoeus* quod demutari potest *Buecheleruus. Rhen. XXVII* 135 380 ruina *om. T* opprimitur *T* peritur P^b perit uir $FP^cRβ$ perit *C* perit homo *Gryph.* opteritur *Woelfflinus*, *non male.* perit is *Pithoeus* rimam P^b primam P^cR ruinam *CFTβ* 381 tam tutus *uel* tam certus *Woelfflinus* tantus *CLβ* non est alius tanti quaestus *Bothius* habeas *β* parcere *Ingolst.* carcere *R* arcere *CFP* arcere, *suprascr.* t carere *β* 382 *C* an quid *R* 383 periclum . . periclo *Gellii codd.*

Núlla tam bona ést fortuna, dé qua nil possís queri.* 532
Núsquam melius mórimur homines, quam úbi libenter uíximus.* 533
Negándi causa auárum numquam déficit.* 314
Natúram abscondit, cum ímprobus recté facit. 305
Non túrpis est cicátrix, quam virtús parit. 335
Numquam úbi diu fuit ígnis, defecít vapor. 344
Necésse est maximórum minima esse ínitia. 780
Non córrigit, sed laédit qui inuitúm regit. 334
Nimia concedendo interdum fit stultitia.
Nil mágis amat cupíditas, quam quod nón licet. 322
Nisi uíndices delícta, improbitatem ádiuues.* 329
Nullí facilius quám malo inueniés parem. 340
Nil nón acerbum príus quam maturúm fuit. 323
Nocére posse et nólle laus amplíssima est. 332

TESTIMONIA. EXEMPLA.

384 Vincentius Bell. sp. d. 5, 126 Cf. Caecilius Balbus Monac. 17, 2 p. 26 (sent. fals. 252 p. 129 W.) 'nulla tam bona est uxor, in qua non inuenias quod queraris.' 386 Vincentius Bell. sp. d. 4, 144 397 Cf. Menandri monost. 638 *ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.* Ausonius septem sapient. sent. 1, 6 p. 147 W. 'quod prudentis opus? cum possis, nolle nocere. Quid stulti

---

et Macrobii m. pr. periculum . . . periculo *CELβ*, *Vinc.*, *Macrobii Par. m.* 2 est uincitur *Reg. Lugd. Gellii* 384 fortuna est *F* fortuna, *om.* est, *Vinc.* de *om. Vinc.* nil *F*, *Erasmus* nihil *PR Vinc.* non *β* queri *Erasmus* quæri *FPR* conq̃ri *β* 385 *Cf.* 134 ubi] cum *C* uiuimus *Bothius* 386 auarum *F post* 422, *ubi uersus repetitur.* auaro *CEFPRβ*, *Vinc.* facit *F infra* defuit *Nauckius ut necessarium*, *si* auaro *probetur* 387 *Cf.* 61 cum improbus recte *Bothius* improbus cum recte *F* 388 turpis est cicatrix *Woelfflinus* est turpis cicatrix *F* est cicatrix turpis *Gruterus* 389 defecit *Halmius* deficit *C*, *Gruterus* cecidit *F* defuit *Ingolst.* occidit *coniecerat Woelfflinus Philol. XXII* 457 numquam, diu ignis ubi fuit, defit uapor *Bothius* 390 *Cf.* 548 maximorum minima esse initia *Woelfflinus* minima esse maximorum uitia *F* ésse necesse est uitia minima maximorum máxima *Gruterus* 392 *inclusit Woelfflinus* *Cf.* 180. 278 *Horribiles Woelfflinus numeros transponendo* stultitia fit *effecit*, *tolerabilis uide an hic sit uersiculus:* nimiúm concedere ést interdum stóliditas. 393 nil *Ingolst.* nihil *F* quam id quod *Bothius*

Non uíncitur, sed uíncit qui cedít suis. 669
Necéssitas dat légem, non ipsa áccipit. 306
Nesció quid agitat cúm bonum imitatúr malus. 319
Nulla hómini maior poéna est quam necéssitas. 670
Non nóuit uirtus cálamitati cédere. 337
Necéssitas ab hómine quae uult ímpetrat. 650
Necéssitati quódlibet telum útile est. 310
Nocére casus nón solet constántiae. 663
Non póte non sapere quí se stultum intéllegit. 338
Necéssitas egéntem mendacém facit. 651
Non fácile solus sérues quod multís placet. 336
Necéssitas quod póscit, nisi des, éripit. 308
Nocéns precatur, ínnocens irásci tur.* 330
Nec uíta nec fortúna propriast hóminibus. 313
Non sémper aurem fácilem habet felícitas. 339

TESTIMONIA. EXEMPLA.

proprium? non posse et uelle nocere.' Caecilius Balbus p. 21 et 38 'Plato dixit triumphum innocentiae solum esse non peccare ubi liceat posse.' 398 Calpurnius Flaccus decl. 21 'cede fratri, cede uel patri. uictor eris, mihi crede, si cesseris.' 403 et 407 Cf. Quintilianus declam. XII p. 212 Obr. 'fames aspera uitalia haurit ... haec ad humile opus nobiles manus mittit, haec alienis pedibus mendicantes prosternit, haec saepe sociorum fidem fregit, haec uenena populis publice dedit, haec in parricidium pios egit.'

394 *Cf.* 535 592. 395 inuenias *Woelfflinus* 396 nil *Ingolst.* nihil *F* fuit *Gruterus* fit *F* siet *Ingolst.* 397 amplissima est *Ingolst.* est amplissima *F* laudem sibi praeparat ampliorem *T* 398 cedit suis *Gruterus* suis cedit *F* 400 *Cf.* 61. 368 agitat *Bothius* cogitat *F* 401 homini *ex T Woelfflinus* hominum *F* necessitas *ex T Hauptius Philol. I* 665 infelicitas *F* nulla est maior homini poena quam necessitas inopia *T* *Cf.* 403 399. 419. 428 406 pote *Ingolst.* potest *F* 407 *Cf.* 147 egentem] mendicum *Buechelerus* 408 *Cf.* 326 serues solus *Bothius* 409 *Cf.* 428 nisi des *Woelfflinus* nisi dederis *F* ni dederis *Ingolst.* (*quo ne quis abutatur ut* ni dederis rapit *coniciat, monet Woelfflinus p.* 50) nisi das *Gruterus* 411 propriast hominibus *Buechelerus* perpetua est hominibus *F* hominibus perpes est *Gruterus* nec uita hominibus nec fortuna perpes est *Froehlichius* 412 habet felicitas *Gruterus*, *quod etiam nunc praefero.* habet facilitas *F* (*cf.* 278) facilitas habet *Meyerus*, *quod minime commendatur u.* 180

Numquám non miser est, quí quod timeat cógitat. 676
Nisi quí scit facere insídias nescit métuere.* 328
Negát sibi ipse quí quod difficile ést petit.* 315
Nimium áltercando véritas amíttitur.* 326
Nullo ín loco male aúdit misericórdia. 672
Necéssitas quod célat frustra quaéritur. 652
Necéssitas quam pértinax regnúm tenet! 307
Nemo ínmature móritur qui moritúr miser.* 316
Nocéntem qui deféndit, sibi crimén parit. 331
Nil nón aut lenit aút domat diutúrnitas. 658
Nil túrpe ducas pró salutis rémedio. 660
Nolí contemnere éa, quae summos súbleuant. 664
Nil áliud scit necéssitas quam uíncere. 656
Nemó timendo ad súmmum peruenít locum. 317
Nisi pér te sapias, frústra sapientem aúdias.* 327
Necéssitati sápiens nihil umquám negat. 311
Non fácile de innocénte crimen fíngitur. 667
Nimiúm boni est, in mórte cui nil sít mali. 662

TESTIMONIA. EXEMPLA.

415 Vincentius Bell. sp. d. 4, 51 'Socrates: negat' e. q. s. idem sp. hist. 3, 58 Caecilius Balbus Monac. 1, 13 Par. 59 p. 19. 41 Walterus Burley s. u. Socrates 416 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) Vincentius Bell. sp. d. 4, 71
430 Cf. Ennius trag. 354 'nimiúm boni est, cui níl mali sit [ín diem]', si recte suppleui.

413 timeat *Ingolst.* timet *F* 414 ni *F*, *recepit Woelfflinus* 415 ipse *Ingolst.*, *Caec. Vinc.* ipsi *C*, *om. F et Walterus Burley* est difficile *idem* 416 amittitur *Gellius* (admittitur *Reg. Lugd.*), *Macrobius* (emittitur *Palat.*), *Io. Saresberiensis*, *Vinc.* euertitur *F* 417 nullo *Ingolst.* nullũ *F* 421 *Cf.* 618 sibi crimen *F* crimen sibi *Ingolst.* sibimet crimen parat *T* 422 nil *Ingolst.* nihil *F* 423 *Cf.* 76 nil *Ingolst.* nihil *FT* turpe *F* turpius *T* tempora *Ingolst.* dicas quod fit pro salutis remedio *T* 425 *Cf.* 399. 409. 428 nil *Ingolst.* nihil *F* quam *Ingolst.* qui *F* 427 ni *coni. Woelfflinus* 428 *Cf.* 409 nil *malit Woelfflinus* 430 nimium *Ingolst.* nimirum *F* boni est in morte *Bothius*, *qui* in morte *perperam cum antecedentibus coniunxit*, *item Woelfflinus* (*cf. Ennius supra*) est in morte boni *F* cui nil *Woelfflinus* cum nihil *F* cum nil *Ingolst.* si nil *Bothius* siet *Ingolst.*

Ní gradus seruétur, nulli tútus est summús locus. 789
Nil ést miserius, quam úbi pudet quod féceris. 321
Nec mórtem effugere quísquam nec amorém potest. 312
Necéssitatem férre, non flere áddecet. 309
Nusquám facilius cúlpa quam in turbá latet. 341
Omnís uoluptas quómcumque arrisít nocet. 681
Offícium beniuoli ánimi finem nón habet. 349
O uíta misero lónga, felicí breuis!* 353
'Obiurgari in cálamitate gráuius est quam cálamitas.* 534
O dúlce tormentum, úbi reprimitur gaúdium! 759
Omnés aequo animo párent, ubi digni ímperant.* 350
Occídi est pulchrum, ignóminiose ubi séruias. 348
O tácitum tormentum ánimi consciéntia! 352
'Optime positum ést beneficium, ubi [éius] meminit qui áccipit. 795
Obséquium nuptae cíto fit odium paélicis.* 345
Occásio recéptus difficilés habet. 347

EXEMPLA.

438 Seneca contron. VII 18 p. 206 B (uide ad 236). Apollonius in Stobaei floril. 121, 31 *βραχὺς ὁ βίος ἀνθρώπῳ ἐν πράττοντι, δυστυχοῦντι δὲ μακρός.*

431 seruentur *coni. Woelfflinus* 432 *Cf.* 601 nil *Ingolst.* nihil *F* 434 ferri, non fleri decet *Frochlichius* 435 nusquam *Woelfflinus* nunquam *F* 436 quomcumque *scripsi* quemcumque *F* quamcumque, *i. e. quantumcumque coni. Casp. Orelli* cuicumque *prop. Woelfflinus* 438 vita . . longa . . breuis *Seneca* uitam . . longam . . breuem *F* (*cf.* 443) 439 *Cf.* 86. 124 obiurgari *F. Bentleius* obiurgare *T*, *Gruterus* grauior *T* 440 ubi *Woelfflinus* aequo ubi *F* (*corruptum ex* 441) tormentum o dulce aequo ubi *olim uulgabatur cf.* 438. 443. 447 441 digni ubi *Gruterus* ubi dignus imperat *T*, *unde* dignus ubi imperat *male coniecit Woelfflinus* 442 occidere *Bothius* pulchrum est ubi ignominiose *F*, *emendauit G. Meyer* pulchrum ubi cum ignominia *Gruterus* 443 *Cf.* 683 444 *Cf.* 624 ubi eius *Gruterus*, ubi, *om.* eius *F* cuius *Halmius*, *fort. recte* ubi qui accepit meminerit *Bothius*, *admodum eleganter*, *si ab initio* óptime beneficium positum est *corrigatur.* 445 fert *Bothius, bene* pelicis *F*

O péssimum períclum, quod opertúm latet! 351
Omnés, cum occulte péccant, peccant tútius.
Occásio aegre offértur, facile amíttitur.
Probús libertus síne natura est fílius.* 382
Prodésse qui uult néc potest, heu quam ést miser! 383
Perícla timidus étiam quae non súnt uidet.* 371
Pudór doceri nón potest, nascí potest.* 390
Plus ést quam poena síne re miserum uíuere. 693
Pudórem alienum qui éripit, perdít suum. 391
Patiéntia animi occúltas diuitiás habet. 359
Peióra uoltu cógitat mutús dolor.* 365
Pecúniae uni régimen est rerum ómnium. 364
Pudór dimissus númquam redit in grátiam.* 389
Perdéndi finem némo nisi Egestás facit. 366
Poena ád malum sensim sérpens, hau properáns uenit. 694

EXEMPLA.

458 Cf. trag. adesp. 238 N. χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη. 459 Cf. Senecae Agam. 112 'periere mores ius decus pietas fides, Et qui redire, cum perit, nescit pudor.' 461 Cf. Tibullus I 9, 4 'sera tamen tacitis Poena uenit pedibus.' et alia multa.

447 periclum *Gruterus* periculum *F* quod opertum *F* opertum quod *Woelfflinus*, *frustra* 448 *Cf.* 435 occulte peccant, peccant *Woelfflinus* peccant occulte pacantur *F* tutius *Woelfflinus Philol. XXII* 458 (ocius *idem in editione*) citius *F* *Sed fortasse trochaeos fuisse bene sensit Meyerus, qui sic restituendi sunt:* ómnes cum peccánt occulte, péccant multo tútius. ubi omnes peccant, spes querelae tollitur *T*, *in quibus* medelae *coni. Froehlichius. Olim inter sent. Tur. retluli u.* 853. 450 sine *Ingolst.* si *F* 451 heu quam *scripsi* aeque *F* est *Ingolst.*, *om. F* nec potest aeque, est miser *Bothius* 452 pericla *Bentleius* pericula *F* uidet praesagus *T* 454 re *Ingolst.* rem *F* spe *coni. Woelfflinus*, *bene* 457 uultu *Casp. Orelli* multa *F* multo *Tzschuckius* arguto *Halmius* querulo *Bentleius* ultore *Antonius* multiloquo agitat *Zellius* 458 pecuniae uni *scripsi* pecunia *F* pecunia una *Gruterus* pecunia unum *uel* summum *coni. Woelfflinus*, *male* est regina *Ingolst.* rerum est *Gruterus* 460 Egestas (*ut Verg. Aen. VI* 276), *non* egestas *scribendum.* egestus *proposuit Gruterus* 461 *fort.* ad te *uel* olim *fuit* sensim serpens *scripsi* serpentia *F* serpens *Ingolst.* hau properans *scripsi* cum proterat *F* ut proterat *Gruterus* cum properat *Woelfflinus* serpenti accipiter aduenit *G. Chri-*

Plus ést quam poena iniúriae succúmbere. 692
Pro médicina est dolór, dolorem quí necat. 385
Patiéns et fortis se ípsum felicém facit. 684
Prospícere in pace opórtet quod bellúm iuuet. 387
Paréns iratus ín se est crudelíssimus.* 355
Perdít, non donat quí dat, nisi sit mémoria. 367
Probí delicta néglegens legés teras. 381
Pars bénefici est, quod pétitur si bellé neges.* 357
Properáre in iudicándo est crimen quaérere. 386
Populi ést mancipium, quísquis patriae est útilis.* 375
Per quaé sis tutus,ílla semper cógites. 690

TESTIMONIA. EXEMPLA.

464 Cf. Cicero Tusc. disp. III 7, 14 'at nemo sapiens nisi fortis.' Caecilius Balbus Mon. II 2 p. 20 W. 'fortis non potest iudicari, nisi et sapiens fuerit.' 469 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 Io. Saresberiensis Policr. VIII 14 (uide ad 55) 471 Menandri monost. 681 *κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.*

---

stius sero pede. at certo uenit *Muehly* poena ad m. serpendo uenit ut proterat *uel* malos ut poena proterat serpens uenit *Bothius* 463 est dolor *Ingolst.* dolor est *F* dolorem qui *Gruterus* qui dolorem *F* est dolorem qui dolor enicat *Bothius* 464 sapiens *coni. Woelfflinus* 465 in pace oportet *Gruterus* oportet in pace *F* 467 *constitui quam proxime secutus codicis auctoritatem* qui *F* cui *Bothius* quoi *olim edidi* dat *F* donat *Gruterus* sit *scripsi* est *F* memoria *F* memor *Ingolst.* perdís, non donas, nisi sit cui donas memor *Bothius*, *eadem fere* (*sed* nisi cui donas est) *Nauckius mél.* 201 468 probi *Ingolst.* probe *F* neglegens leges teras *scripsi* cum legas deteras *F* iudex legens deterit *uel* iudicum leges terunt (*ut olim edidi*) *uulgabatur* iudex lugens detegit *Casp. Orellius* cum neglegas, leges teras *numeris corruptis Woelfflinus edidit.* deteras, cum neclegas *Buechelerus* probi legens delicta iudex deterit *coni. Gruterus* probi delicto ignoscens leges deteras *coni. Woelfflinus* dissoluitur protinus lex, cum fuerit misericors iudex *T*, *olim inter sent. Tur.* 823 *sic a me relata:* dissóluit protinus légem iudex misericors *secundum Hauptii emendationem* 469 beneficii *Bentleius* beneficii *F* si *om. Lugd. Gellii* belle *F* uelle *Petau. Reg. Sangerm. Thuan. Magl. Lugd. Gellii* cito *in ras.* (*m. pr. fort.* belle) *Voss. eiusdem* cito *Macrobius*, *Io. Saresberiensis* bene *Erasmus* Non leue beneficium praestet, qui de breui renuntiat *T* 470 est crimen *Ingolst.* crimen est *F* 471 *Cf.* 475

Perfúgere ad inferiórem se ipsum est trádere.* 370
Peccátum amici uéluti tuum recté putes. 686
Poténs misericors pública est felícitas.* 377
Praeséns est semper, ábsens qui se ulcíscitur.* 379
Perfácile felix quód facit uotum ímpetrat. 688
Poenám moratur ímprobus, non praéterit. 374
Pérdidisse [honéste] mallem, quam áccepisse túrpiter.
Paucórum est intellégere, quid celét deus. 360
Perénne coniugium ánimus, non corpús facit. 368
Pereúndi scire témpus assidue ést mori. 369
Poténti irasci síbi periclum est quaérere.* 378
Peccáre pauci nólunt, nulli nésciunt. 362
Paucórum improbitas úniuersis cálamitas.* 361
Pro dóminis peccare étiam uirtutís loco est. 384
Patiéndo multa uéniunt quae nequeás pati.* 358
Parátae lacrimae insídias, non fletum índicant. 354

EXEMPLA.

479 Cf. Hesiodi Op. 352 *μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄτηϭιν.* Caec. Balb. Monac. 1, 3 p. 18 'lucrum turpe ut dispendium fugito.' 484 Cf. Seneca epist. 90, 46 'multum interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat.'

474 *Cf.* 10 ueluti *Ingolst.* uelut *F* idem ac *Buechelerus* 475 *Cf.* 471 476 *Cf.* 552 absens qui se *Woelfflinus* qui absens *F* qui absens etiam *Gruterus* 477 *Cf.* 121 quod facit uotum impetrat *Bothius* quod uota (fata *Ingolst.*) imperant facit *F*, *Ingolst.* quod uoluerit impetrat *uel* impetrat quod uouerit *Nauckius* inpetrat uota ut facit *uel* quod facit uoti *siue* quae f. uota inpetrat *conieci* 478 moratur *Ingolst.* orat *F* 479 honeste *addidit Woelfflinus*, *om. F* accepisse *Woelfflinus* accipere *F* 480 celet, *ut olim scripsi*, *retinui; aperta autem sententia*, *scil. dei*, *Apollinis fortasse*, *mens et uox obscura a paucis intellegitur.* det *F* decet *Ingolst.* cui det *Gruterus* donet *Woelfflinus conl.* 467 dicat *coni. Buechelerus* deus *F* deos *Ingolst.* dies *Woelfflinus conl.* 137. 632 482 pereúndi tempus scire est assidué mori *malim* pereundi tempus scire est mori frequentissime *T* 483 periclum *Bentleius* periculum *F* petit qui irascitur periculum sibi generare *T*: *cf. Hauptius Philol. I* 666 484 multi *coni. Gruterus* 485 uniuersis] est multorum *conl.* 356 *coni. Buechelerus* calamitas *Ingolst.* est calamitas *F* 487 *Cf.* 238. 394. 535. patienda *G. Meyerus* haud ueniunt *Maehly: fort.* eueniunt 488 luctum *Bothius*, *bene*

Peccátum extenuat quí celeriter córrigit.* 363
Pudórem habere séruitus quodámmodo est. 392
Patientia in aduersis numquam felicitas. 696
Prudénti uultus étiam sermonís loco est. 388
Probó beneficium quí dat, ex parte áccipit.
Pudór quem noenu fléctit, non frangít timor. 393
Poena álleuatur, úbi relaxatúr dolor. 695
Plurés tegit Fortúna quam tutós facit. 373
Post cálamitatem mémoria alia est cálamitas.* 376
Probó bona fama máxima est heréditas.
Perícla qui audet ánte uincit, quam áccipit.* 689
Perpétuo uincit qui útitur cleméntia. 372

EXEMPLA.

497 Menander monost. 435 *οὐ χρὴ φέρειν τὰ πρόσθεν ἐν μνήμῃ κακά.*
500 Caecilius Balbus Monac. 48, 7 p. 34 'clementia perpetuo uincit qui utitur.'

---

489 qui de breui commissum commendat (emendat *corr. Woelfflinus*) *T* 490 *Cf.* 583 491 patientia *interim scripsi, ut aliqua saltem sententia poneretur, quam tamen numeris probabiliter concludere non contigit (de quibus fallitur Woelfflinus Philol. XXII* 459) potentia *Ingolst.* potest ult' (*cf.* 492) *F* patiens *Pithoeus* *Temptaui* pote uél in aduersis séruari felicitas *uel* potis étiam aduersis úti bene felicitas *uel* potin úlla esse umquam in áduersis felicitas? *uel denique* patiénter ferre aduérsa quaest felicitas? 492 prudenti uultus *Bothius* prudenti stultus *F* prudentis (*uel* prudentis) uultus *Gruterus* loco est *Gruterus* (*cf.* 486) iocus est *F* 493 *ad* 55 *olim adscripsi. Cf.* 530 494 *Cf.* 553 noenu *uel cum Maehlyo* nullus *scribendum.* non *F* pudor quemcumque non flectit, frangat *Gruterus* p. quem non reflectit, non frangit *Bothius* pudore quem non flectis (*uel* flectas, non f. *Woelfflinus* pudor quemquem (*uel* si quem) non flectit, eum frangat *idem prop. Philol. XXII* 459 495 alleuatur *Gruterus* leuatur *F* ubi relaxatur *Halmius* ubi laxatur *F* tunc ubi laxatur *olim uulgo* 496 legit *Bothius* facit *Ingolst.* faciat *F* 498 *ad* 83 *olim adscripsi. Cf. etiam* 62. 217 probo *uulgo optime, miro fastidio spretum a Woelfflino prol. p.* 44 pro *F* patris *Nauckius mélanges III* 198 499 pericla *Bothius* pericula *F* qui audet] timidus *Bothius* accipit] *an* aspicit? 500 perpetuo *Pithoeus, Ingolst.* perpetue *F*

Quamuís non rectum, quód iuuat rectúm putes. 407
Quidquíd nocere dídicit, meminit cúm potest. 418
Qui metuit calamitatem, raro accipit. 718
Quam míserum est mortem cúpere nec posse émori! 403
Qui pro ínnocente dícit, satis est éloquens.* 425
Qui cúm dolet blandítur, post tempús sapit. 411
Quod tímeas citius quám quod speres éuenit. 440
Quod uúlt cupiditas cógitat, non quód decet. 442
Quicquíd conaris, quó peruenias cógites. 415
Qui béne dissimulat, cítius inimicó nocet. 410
Quod sémper est parátum, non sempér iuuat. 438
Quodcúmque celes, ípse tibi fiás timor.
Qui iús iurandum séruat, quouis péruenit. 717
Quod aétas uitium pósuit, aetas aúferet.* 433
Quemcúmque quaerit cálamitas, facile ínuenit. 408
Quod périit quaeri póte, reprendi nón potest. 436
Quam míserum officium est, quód successum nón habet! 706
Quam míser est, cuius ingráta est misericórdia! 397
Quam míserum est cogi opprímere quem saluúm uelis! 401
Quem fáma semel oppréssit, uix restítuitur. 409
Quod uíx contingit, uéram uoluptatém parit. 441

501 quod iuuat *Gruterus* quod adiuuat *F* quoad iuuat *Woelfflinus, quod 'in quantum prodest' interpretatur.* 503 *uncinis inclusit Woelfflinus: sed extat in F* rarius *Ingolst.* is raro *Bothius: fortasse* raro is *scribendum: an* raro ullam? *Cf.* 542. 607 504 emori *Ingolst.* mori *F* 511 *Cf.* 521. 572 iuuat *Ingolst.* uiuat *F* 512 *deest in omnibus editionibus ante Woelfflinum* caeles *F, corr. Woelfflinus* 515 quoscunque calamitas quaerit, facile reperiet *T: cf. Hauptius Phil. I* 666 516 periit *Gruterus* perit *F* pote *Gruterus* potest *F* reprendi *Ingolst.* reprehendi *F* non] haud *Ingolst.* potis est, reprehendi haud *Bothius* 517 officium est *Gruterus* est officium *F* officium *Ingolst.* 518 miser *Ingolst.* miserum *F* cui *Gruterus* misericordia est *Ingolst.* 519 quem *Ingolst.* quam *F* *Cf.* 359 521 *Cf.* 365. 511 uix contingit, ueram *conieci* uix contingitur *F* uix contingit, uix *Gruterus* uix contingit, quam *Casp. Orellius* uix contingit, ut *Bothius* ui

Quam míserum est id quod paúci habent amíttere! 402
Qui in uéro dubitat, mále agit cum delíberat. 716
Qui tímet amicum, amícus ut timeát docet. 429
Quoí quid uindicándum est, omnis óptima est occásio. 540
Quam míserum auxilium est, úbi nocet quod sústinet! 399
Qui póte consilium fúgere, capere idém potest. 423
Qui ulcísci dubitat, ímprobos plurés facit. 430
Qui obésse non uult, cúm potest, prodést tibi. 698
Quicquíd bono concédas, des partém tibi.
Quod néscias cui sérues stultum est párcere. 435
Quae uúlt uideri béllа nimis, nullí negat. 395
Qui débet, limen créditoris nón amat. 412
Qui póte transferre amórem, pote depónere. 424
Qui uníus culpae ignóscit, suadet plúribus. 431
Quícquid improbís donatur, [íniuste] eripitúr probis.

EXEMPLA.

523 Cf. Cicero de off. III 8, 37 'quam ob rem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium) qui deliberant utrum id sequantur quod honestum esse uideant, an se scientes scelere contaminent . . . ergo ea deliberanda omnino non sunt, in quibus est turpis ipsa deliberatio.' 534 Cf. Quintilianus XI 1, 56 'nam qui intermittere in agendo dolorem potest, uidetur posse etiam deponere.'

---

contingit, uix *Woelfflinus* 524 *Cf.* 540 amicus ut] *an* amicum, ut se? docet] facit *Bothius* 525 quoi quid *scripsi* quicquid *F* cui quid *Gruterus* quom quid *Halmius*, *fort. recte* omnis *Gruterus*, *om. F* est occasio *F* occasio est *Ingolst.* illi occasio est *Faber* ei occasio est *olim conieci* 526 *Cf.* 555 527 pote *Gruterus* potest *F* capere *coni. Gruterus* sapere *F* rapere *Woelfflinus* consilio furere *Bothius* 528 *Cf.* 238. 285 529 *Cf.* 397 non uult, cum potest *Buechelerus* cum potest non uult *F* tibi *Halmius, om. F* prodest, quicumque obesse non uult, cum potest *Gruterus* quicumque obesse, cum potest, non uult, iuuat *Nauckius* 530 *ad* 55 *olim adscripsi* concedas *F* (*cf.* 512) concedis *Ingolst.* des *Woelfflinus*, *quem dubitanter sequor*. das *F* 532 nimis, nulli *Gruterus* nimium illi *F* nulli placet *Nauckius*, *bene: cf.* 340 534 pote . . . pote *Gruterus* potest . . . potest *F* (*cf.* 527) qui potest t. a., mox potest deponere *Nauckius* 535 unius *scripsi* uni *F* qui culpae ignoscit uni *Gruterus* 536 *om. in exemplaribus ante Woelfflinum*, *restituere conatus sum.* quicquid improbis eripitur da-

Qui síbimet uiuit, áliis merito est mórtuus. 427
Quidquíd fit cum uirtúte, fit cum glória. 713
Qui expéctat ut rogétur, officiúm leuat. 420
Qui tímet amicum, uím non nouit nóminis.
Qui póte celare uítium, [uitium] nón fugit. 422
Qui omnés insidias tímet, in nullas íncidit. 722
Quam málus est culpam quí suam alteriús facit! 704
Qui dócte seruit pártem dominatús tenet. 413
Qui se ípse laudat cíto derisorem ínuenit.* 426
Quam míserum est bene quod féceris factúm queri. 400
Quam est felix uita, quae sine negotiis transit! 703
Quicquíd futurum est súmmum, ab imo násci tur.* 417
Quam míserum est, ubi consílium casu uíncitur! 404
Quicquíd Fortuna exórnat, cito contémnitur. 416
Quídquid plus est quám necesse póssidentis óppremit. 801

EXEMPLA.

537 Cf. Menandri monost. 585 *τοῦτ' ἐστὶ τὸ ζῆν μὴ σεαυτῷ ζῆν μόνον.* 544 Caecilius Balb. Mon. 18 p. 26 'parere scire cum imperante aequalis est gloria.' 547 Horatius epod. 2, 1 'beatus ille, qui procul negotiis' e. q. s.

tur probis *F* quidquid probis eripitur, improbis datur *Woelfflinus* quod improbis tribuitur eripitur probis *Nauckius, melius, nisi quod* donatur *probabilius erat.* 537 sibimet *scripsi* sibi non *F* sibi minime *T* sibi modo *coni. Gruterus* aliis merito est mortuus *Bothius* merito aliis est mortuus *F* merito multis occumbit *T*, *quae sic* merito multis occidit *corrigas* 539 spectat *Gruterus* 540 *ad* 524 *olim adscripsi* 541 pote *Gruterus* potest *F* non potest *G. Meyer* uitium *bis Gruterus*, *semel F* fugit *scripsi* facit *F* 542 *Cf.* 116. 607 *sic Paris. π* qui insidias plus timet capitur minus *T* qui timet insidias omnis, nullas incidit *Gruterus* 543 *damnauerat Ritschelius opusc. II* 672, *sed cf. p.* 697: *pro illo* alterius *licebat* alienam *scribi* 545 ipse *Bentleius* ipsum *F* 547 quam felix uita transit sine negotiis! *Woelfflinus* quam felix uita exacta (*uel* quae abiit) sine n. *Bothius* quam est f. u. quae agitur s. n. *Buechelerus* 550 exornat, cito] non iuuat *Nauckius* 551 *retinui septenarium* plus est quam necesse *scripsi* plus quam necesse est *F* est plus quam necesse *Gruterus* possidentes *Gruterus* possidetis *F* possideas *in senario Woelfflinus* oppremit *scripsi* premit *F* deprimit *Gruterus*

Qui póte nocere, tímeas cum etiam nón adest. 719
Quém bono tenére non potúeris, contineás malo. 800
Quod sénior loquitur, ómnes consiliúm putant. 439
Quam míserum est, ubi te cáptant qui defénderint! 405
Quod quísque amat laudándo commendát sibi.* 437
Quem díligas, etiám queri de ipsó malum est. 709
Qui uénit ut noceat, sémper meditatús uenit. 723
Quis míserum sciret, uérba nisi haberét dolor? 428
Quam míserum est, cum se rénouat consumptúm malum! 705
Quánto seriús peccatur, tánto incipitur túrpius.* 539
Quam míser est qui excusáre sibi se nón potest! 398
Quo cáperis, cum animus áliud, uerba aliúd petunt? 432
Qui inuítus seruit, fít miser et seruít tamen. 421
Quodést timendum décipit, si néglegas. 725
Quid tíbi pecunia ópus est, si uti nón potes? 419

EXEMPLA.

553 Quintilianus XII 7, 3 'qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur.' 561 Seneca epist. 13, 17 'quid est turpius quam senex uiuere incipiens?'

552 *Cf.* 476 pote *Ingolst.* potest *F* timeas *scripsi* timetur *F* adest] nocet *Gruterus* 553 *Cf.* 357 *senarium* bono quém tenere nequeas c. m. *praeferrem* hunc teneas *Gruterus* 555 *Cf.* 526. 549. 560 captant *Gruterus* capiant *F* capiunt *susp. Woelfflinus* defenderint *Ingolst.* defendert *F* quos defenderis *Bothius* 557 queri *F* delegisti, queri etiam de illo *Bothius* de isto (*uel* illo) etiam queri alii malum est *conieci, nam* ad amicum (*uel* et amico) queri de isto m. est *commendare non ausim.* de eo malumst etiam queri *Buechelerus* 560 *Cf.* 497 conpositum malum *Buechelerus, ualde placet* 561 incipitur turpius *Gruterus* turpius incipitur *F* *Sententia melior sic fieret:* quánto serius peccari incipitur, tanto turpius *uel* quánto incipitur serius peccari, tanto t *uel adeo ut Halmius coniecit* quo sérius peccatur, tanto turpius. 563 *Cf.* 216 caperis *interim posui* cauetis *F* caret is *olim temptabam* qui caueas *Bothius* aliud animus *Bothius* 564 et *addidi, om. F* 565 decipit *num uerum sit dubito:* te occupat *expectes* 566 si *scripsi* si ea *F* opus, si ea uti *Bothius* opust, si ea uti *Woelfflinus*

Quod fúgere credas, saépe solet occúrrere. 434
Quamuís acerbust, quí monet nullí nocet. 708
Ratióne, non ui uíncenda adulescéntia est. 445
Rei núlli prodest móra nisi iracúndiae. 447
Reus ínnocens fortúnam, non testém timet. 452
Rarum ésse oportet quód diu carúm uelis.* 444
Rapere ést accipere quód non possis réddere.
Regnát, non regitur quí nil nisi quod uúlt facit. 446
Riuálitatem nón amat uictória. 453
Rubórem amico excútere amicum est pérdere. 454
Rex ésse nolim, ut ésse crudelís uelim. 734
Res quánto est maior, tánto est insidiósior. 451
Rogánti melius quam ímperanti páreas. 735
Respícere nil consuéuit iracúndia. 450
Rapere ést, non petere quícquid inuito aúferas.
Remédium frustra est cóntra fulmen quaérere.* 448
Rogare beneficium seruitus quodammodo est.
Sémper plus irátus sese pósse, quam possít, putat. 744

EXEMPLA

570 Cf. Menandri monostich. 60 *βραδὺς πρὸς ὀργὴν ἐγκρατὴς φέρειν γενοῦ.* 572 Seneca de benef. I 14, 1 'quod uoles gratum esse, rarum effice.' 578 Cf. Caecilius Balbus Monac. 10, 1 p. 22: 'Simonides interrogatus a quodam, quemadmodum inuidos non haberet, si nihil, inquit, ex magnis rebus habueris aut nihil feliciter gesseris.' 580 Caecilius Balbus Monac. 7, 4 p. 21

568 acerbust *scripsi* acerbus *Ingolst.* acerbus est *F* 569 adolescentia est *Ingolst.* est adolescentia *F* 570 *Cf.* 311 572 *Cf.* 511 573 *ad* 172 *olim adscripsi: cf.* 581 574 regitur, *ut olim edidi, etiam Froehlichius.* loquitur *F* sequitur *olim conieci* nil *Gruterus* nihil *F* 576 *Cf.* 455 incutere *T* 577 nollim *F* esse crudelis *Ingolst.* crudelis esse *F* 578 insidiosior *FT, defendi potest, si 'insidiis magis exposita' interpreteris.* inuidiosior *Bothius: cf. Caec.* 580 nil *Ingolst., Caec.* nihil *F* 581 *ad* 172 *olim adscripsi* 582 remigium *coni. Gruterus* frustra est *Gruterus* fraus est *F* (*ut* 172) fulmen *Bentleius* flumen *F* 583 *uncinis Woelfflinus inclusit, sed extat in F; ad* 490 *olim adscripsi: cf.* 48 beneficium] ingenuo *Gruterus ex coniectura* 584 *ex Woelfflini coniectura dedi.* semper iratus plus se posse putat. quam possit. *F* se posse plus iratus quam possit putat *Pithoeus*

Spes ést salutis, úbi hominem obiurgát pudor. 473
Suadére primum, deín corrigere est béniuoli. 480
Sapiéns contra omnes árma fert, cum cógitat. 456
Sanctíssimum est meminísse cui te débeas. 738
Stultí timent fortúnam, sapientés ferunt. 476
Sensús, non aetas ínuenit sapiéntiam. 743
Sempér beatam sé putat benígnitas. 463
Saepe ígnoscendo iniúriae dederís locum. 736
Solet ésse in dubiis pró consilio témeritas.* 470
Sempér consilium túnc dest, cum opus est máxime. 464
Sapiéns quod petitur úbi tacet, breuitér negat.* 457
Sempér plus metuit ánimus ignotúm malum. 741
Secúnda in paupertáte fortuna ést fides. 460
Si níl uelis timére, metuas ómnia. 746
Summíssum imperium nón tenet uirés suas. 481
Secúndus est a mátre nutricís dolor. 461
Sibi ípse dat supplícium quem admissí pudet.* 467
Suum séquitur lumen sémper innocéntia. 484

EXEMPLA

595 Menandri monost. 223 *ἡ γὰρ σιωπὴ μαρτυρεῖ τὸ μὴ θέλειν.* 598 Seneca nat. quaest. VI 2, 3 'si uultis nihil timere, cogitate omnia esse timenda.' 601 Cf. Seneca de ira III 26, 2 'maxima est factae iniuriae poena fecisse, nec quisquam grauius adficitur, quam qui ad supplicium paenitentiae traditur.' Menandri monost. 667 *ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις.*

semper plus posse putat iratus quam potest *Buechelerus* iratus plus se posse quam possit putat *olim conieci* 585 salutis est *T* timor *T* 586 dein corrigere est beniuoli *scripsi* beniuoli est. dein corrigere *F* dein corrigere beniuoli est *Bothius* 589 ferī *F* 590 sensum non aetas inuenit sapientia *T* 592 *Cf.* 238 saepe ignoscendo *Gruterus* sapiens semper quiescendi *F* iniuriae dederis locum *Bothius* dat locum iniuriae *F* das iniuriae locum *Gruterus*, *item nisi quod* des *scripsit Woelfflinus: cf. Nauckius mélanges III* 199, *qui* das *uel* dabis *commendat* 593 in aduersis *T* 594 dest *scripsi* deest *F* opus est *Desbillon* est opus *F* 598 *Cf.* 116. 607 nil *Ingolst.* nihil *F* metuas] *cur non* timeas? 601 *Cf.* 196 ipse *Bentleius* ipsi *F* supplitium *F* penitet *F* sibi ipsi supplicium admissi quem paenitet *Woelfflinus: cf. Nauckius l. l.* 201 602 lumen] *an* numen? innocentiam *Bothius*

Stultum ést uelle ulcisci álterum poená sua.
Sibi prímo auxilium erípere est leges tóllere. 468
Suís qui nescit párcere, inimicís fauet. 482
Síne dolore est núlnus quod feréndum est cum uictória. 542
Sempér metuendo sápiens euitát malum. 465
Stultum ést queri de aduérsis, ubi culpa ést tua. 477
Solet hóra quod multi ánni abstulerint réddere. 471
Spina étiam grata est, éx qua spectatúr rosa. 474
Stultum ést uicinum uélle ulcisci incéndio. 478
Stultúm facit Fortúna quem uult pérdere. 479
Spes ínopem, res auárum, mors miserúm leuat. 749
Se dámnat iudex, ínnocentem qui ópprimit. 739
Sibi ípsa improbitas cógit fieri iniúriam.* 466
Satis ést beatus, quí potest cum núlt mori.
Solét sequi Laus, cúm uiam fecít Labor. 472
Sociús fit culpae, quí nocentem súbleuat. 469
Suspício sibi ípsa riualés parit. 483
Sempér metuendum quícquid irascí potest. 740
Sedítio ciuium hóstium est occásio. 462

EXEMPLA.

603 Menandri monost. 152 *ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ 'πὶ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.* 605 Pseudoseneca de mor. 114 'bonis nocet, qui malis parcit.' Ausonius VII Sap. 3, 5 'parcit quisque malis, perdere uult bonos.' 617 Menandri monost. 338 *μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.*

603 *ad* 611 *olim adscripsi* uelle ulcisci alterum *Bothius* alium uelle ulcisci *Ingolst.*, *prob. Woelfflinus* alium ulcisci uelle *F* ulcisci uelle alium *Nauckius l. l.* 200 604 primo *Bothius* primum *F* eripere est *Ingolst.* est eripere *F* 605 *Cf.* 224. 345 606 ferendum cum uictoriast *olim edidi* 607 *Cf.* 116. 598 metuendo *Ingolst.* metuendi *F* 608 queri *F* 609 abstulerint *Ingolst.* abstulert *F* 611 *Cf.* 603 614 *Cf.* 257 615 ipsi *Gruterus* 616 *ad* 82 *olim adscripsi* 617 *Cf.* 298. 646 cui *Bothius* 618 Sotius *F* *Cf.* 421 qui nocentem subleuat *Ingolst.*, *ut olim edidi. probat etiam Nauckius l. l.* 201. qui nocentem leuat *F* qui sontem iubet perdere *T*, *ubi aut* pergere *aut* insontem *corrigi iussit Woelfflinus*, *hoc quidem minus inepte. In textu idem* quisquis nocentem leuat *uitiose.* 619 Suspitio *F*

Salútis causa béne fit homini iniúria. 455
Stultítia est insectári quem di díligunt. 475
Sat mágna usura est pró beneficio mémoria. 458
Sero ín periclis ést consilium quaérere. 745
Thésaurum in sepúlcro ponit, quí senem heredém facit.* 543
Tacitúrnitas stulto hómini pro sapiéntia est. 485
Tam dést auaro quód habet, quam quod nón habet.* 486
Ubi fáta peccant, hóminum consilia éxcidunt. 764
Volúptas e difficili data dulcíssima est. 777
Ubi ómnis uita métus est, mors est óptima. 490
Unús dies poenam ádfert, quam multí citant. 776
Ubi péccat aetas máior, male discít minor.* 491
Ubi níl timetur, quód timeatur náscitur. 766
'Ubi sis cum tuís et bene sis, pátriam non desídores. 515

TESTIMONIA. EXEMPLA.

624 Menandri monost. 295 *καλόν τι θησαύρισμα κειμένη χάρις.* 628 Seneca controu. VII 18 p. 206 B. (uide ad 236) Quintilianus VIII 5, 6 (uide ad inc. inc. trag. 203) idem IX 3, 64 *'συνοικείωσιν* uocant quae duas res diuersas colligat: tam' e. q. s. Io. Saresberiensis Enthet. sub fin. auctor. spec. mor. III 7, 2 (laudatus a Woelfflino)

---

622 *Cf.* 636 causa *Ingolst.* casus *F* fit *Gruterus* sit *F* 623 di *Buechelerus*, *om. F* omnes *Gruterus* diligunt *Ingolst.* diligit (*i. e.* diligerint) *F* 624 *Cf.* 444 usura est *Ingolst.* est usura *F* benficio *Nauckius* 625 in periclis est *olim conieci, item Desbillon* est in periculis *F* sero est consilium te in periclis quaerere (*aut* quaerere in periculis) *Bothius* 626 sepulchro *F* 627 stulto pro sapientia cedit *T* 628 tandest *Senecae*, tam deest *Quintiliani codd.* tam, *om.* deest, *F* quam misero quod *F* 630 *Cf.* 521 uoluntas ex difficili datur dulcissime *π* 631 uita *Gruterus* uitae *Fπ* motus *π* optimum *Bothius* 632 *cf.* 609 dies *Gruterus* deus *F* affert *F* quam *del. Gruterus* citant *Buechelerus* cogitant *F* concitant *Schuetzius* 633 *sic π* ubi senectus peccat, ad quem refugit sapientia? *R* 634 nil timetur *Woelfflinus* nihil timetur *T* timetur nihil *F* 635 et bene sis *Buechelerus* et absis *F* ut absis *Bothius* non *Orellius et Bothius*, *om. F* eam *Gruterus*

Verum ést quod pro salúte fit mendácium. 493
Ubicúmque pudor est, sémper ibi sancta ést fides. 763
'Utilius ueru ést in sulco, quám grauis galea in proélio.
Ubi ínnocens formídat, damnat iúdicem. 765
Volúntas inpudícum, non corpús facit. 498
Virtúti melius quám fortunae créditur. 771
Verbum ómne refert ín quam partem intéllegas. 767
Virúm bonum natúra, non ordó facit. 772
Ubi coépit ditem paúper imitarí, perit. 762
Veterém ferendo iniúriam inuités nouam.* 645
Virtútis spolia cúm uidet, gaudét Labor. 496
Virtútis uultus pártem habet uictóriae. 497
Virtúte quod non póssis, blanditia aúferas. 495
Utrúmque casum aspícere debet qui ímperat. 500
Volúptas tacita métus est magis quam gaúdium. 499

TESTIMONIA. EXEMPLA

636 Diphilus in Thesauro *ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ λεγόμενον οὐδὲν περιποιεῖσθαι δυσχερές.* Cf. Sophoclis Philoct. 108 sq. 640 Cf. Seneca Phaedr. 743 'mens inpudicam facere, non casus solet.' 644 Cf. Phaedrus I 24, 1 'inops potentem dum uult imitari, perit.' 645 Gellius XVII 14 Macrobius Sat. II 7 (uide ad 55) Io. Saresberiensis Policr. VIII 14

636 *Cf.* 622 fit plerumque mendacium *T* uerum mendacium fit pro salute *π* 637 ibi est sancta fides *F* ubicumque pudor ibi et fides *π* 638 *seruauit solus π, om. F: inclusit Woelfflinus* ueru est *Woelfflinus* est uero *π* 639 *Cf.* 614 damnat iudicem *Gruterus* iudicem damnat *Fπ* 640 *Cf.* 481 uoluntas *Gruterus* uoluptas *F* impudicum, non *Orelli* non pudicum *F* quem pudicum, non *Gruterus* 644 cepit diuitem pauper *F* (ditem *c corr. Buecheleri*) pauper diuitem coeperit *π* coepit pauper diuitem *Gruterus* pauper coepit diuitem *conicci* 645 *Cf.* 238. 592 ueterim *Par. Macrobii* inferendo *π* iniureā *Par. Macrobii* inuites (e *corr. m. alt. in* a *ut uid.*) *Reg. Gellii* inuitis *Angl. Macrobii* inuitas *π Ingolst., Salisb. Macrobii, Saresberiensis* 646 *Cf.* 617 647 *Cf.* 492 uulnus *Ingolst.: cf.* 606 648 non *om. π* 650 metus est magis *F pyrrichica uocis* magis *mensura* metus magis quam gaudium est *Bothius* mage metus quam gaudium est *Gruterus*

Virí boni est nescíre facere iniúriam. 769

Vultu án natura sápiens sis, multum ínter est. 501

Virtúti amorem némo honeste dénegat. 770

TESTIMONIA. EXEMPLA

651 Vincentius Bell. spec. hist. 3, 82 spec. doctr. 4, 83 Caecilius Balbus Monac. 22, 4 p. 27 Par. 12 p. 38 W. Walterus Burley s. u. Aristoteles. Cf. Prouerb. 143 sq. W.

---

651 facere iniuriam *ut olim edidi retinui.* iniuriam facere *Fπ* iniuriam pati *Woelfflinus* nescire pati uel facere iniuriam *π paulo supra, ubi idem legitur uersiculus, Caecilius.* nescire uel pati uel facere *Vincentius* scire pati nec scire facere *Walterus* pati, non facere *Fabricius* *Ferri possint* iniúriam uir bónus nec patitur néc facit

652 uultu] *immo* cultu sapiens sis *Bothius* sis sapiens *F*

SENTENTIAE TVRICENSES.

Cum sémet uincit sápiens, minime uíncitur. 821
Contra hóstem aut fortem opórtet esse aut súpplicem. 817
Cíto culpam effugísse potis es, si íncurrisse paénitet. 815
Consílium in aduersís prudentis rémedium est. 816
Cum ignóscis uni, grátos complurés facis. 819
Contubernia illic sunt lacrimarum, quando misericors conspicit miserum. 818

654 semet *T, qua forma cur abstinuisse credendus sit auctor uersiculi, idonea causa non est.* sese *Woelfflinus, qui confert* 672 *et* 421 655 supplicem *ex coniectura Froehlichii Woelfflinus* simplicem *T* 656 culpam effugisse potis es *scripsi* culpa effugiri potest *T, in quibus infinitiui formam mutare olim non audebam.* culpam effugies *Orelli* culpam effugias *Woelfflinus* 657 prudentis remedium est *Woelfflinus* medicinae remedium prudentis est *T* consilium medici remedium prudentis est *M. Hauptius Philol. I* 665 658 *senarium nunc cum Buechelero edidi* cum inimico ignoscis *F* uni, *quod desiderauit Woelfflinus* (*conl.* 243. 310. 363. 535. 686) *in septenario troch. quem olim edideram, nunc addidi; om. T* gratos *Io. Siggius* amicos gratis *T* facis *Buechelerus* adquiris *T* *Senarii numeros uariis modis corruperunt:* cum inimico ignoscis, amicos complures paris *Orellius* cum i. i., amicos gratis comparas *Hauptius, item, sed* gratos, *Woelfflinus. Octonarium* cum inimico ignoscis uni, amicos gratis plures comparas (*uel* gratos complures paris) *repudiaui* 659 *inclusit Woelfflinus* (*item* 660—663. 665 *sq.* 669 *sq.* 676. 689 *sq.*) *Duos per uersus* cóntubernia illic sunt lacrimárum, quando misericors Cónspicit miserum *olim distribui. Numerosius leni mutatione sic* contubérnia Illic sunt lacrimarum, quando misericors miserum aspicit *poteram, uel uno septenario* cóntubernales lácrimae sunt, cum (*uel* ubi) misericors miserum áspicit *concludere.* cóntubernium lacrimarum faciunt miser et misericors *uel adeo* miser ét misericors miserumst contubernium *temptauit Buechelerus*

659[1] Cúm periclo inférior quaerit quód superior óculit. 820
660 Durum est denegare superiori, cum debeas supplicare. 825
Dominari ex parte dignoscitur, cui superior supplicare uidetur. 824
Decima hóra amicos plúres prima réperiet. 822
Est utique profunda ignorantia nescire quod pecces. 826
Fácile qui bene fáciant aderunt, cúm qui fecerúnt coles. 827
665 †Frenos inpone linguae, saepius conscientia. 829
Graue ést enim quod frónte laeta déderis tristi récipere. 830
Humilís nec alte cádere nec grauitér potest. 831

EXEMPLA.

665 Conferri iubet Woelfflinus Anacharsin apud Diog. Laert. 1, 104 *γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν*, Nili sentent. 171 (Orelli opusc. mor. 1 344) *εἰ κρατεῖς γαστρὸς, κράτει καὶ γλώσσης*, Pseudosenecae de mor. 117 'ut licentiosa mancipia animi imperio rege linguam, libidinem, uentrem.' Sed ipsa sententia qualis fuerit ualde dubium. 667 Cf. Cicero orat. 28, 98 'medius' (orator) 'alte cadere non potest.'

659[1] *uide ad* 230 quod superior occulit *Hauptius* qui superius occultare contendit *T*: superior *Orellius* 660 *Cf.* 661 durumst negare, superior cum supplicat *Hauptius*: cum superior *praestabat*: superiori, cum rogat *proposuit Buechelerus*. *Facile septenarius quoque excuditur talis*: dúrumst denegáre superióri, cum tibi súpplicat. 661 cum *Woelfflinus coni.* 660 dominatur partim, cui superior supplicat *Hauptius*: dominatur blande cum s. s. *probarem* 662 prima *ut olim scripsi* quam prima *T* reperiet *olim edidi* repperies *T* inuenis *uel* inuenit *Orellius* 663 *septenarius hic esse potuit* ignorantia ést profunda, sí quod pecces néscias. 664 qui bene faciant *scripsi* que faciunt bona *T* qui faciant bene *Hauptius* aderunt *scripsi* inuenies *T* inuenias *Woelfflinus* facile inuenies bene qui faciant *Buechelerus* cum qui fecerunt *Hauptius* cum laudando que fecerunt *T* colas *Woelfflinus* 665 inponas *flagitat Woelfflinus* concupiscentiae *Woelfflinus* peni saepius *Orelli* uentri saepius *coni. Buechelerus*. *Conicci* frenós inpone linguae; si periúres, consciéntiae. 666 enim *T* nimis *Woelfflinus* triste *T* grauat quod fronte laeta das tristi accipi *Orellius*: *item Woelfflinus aut non esse octonarium Publilii aut fuisse senarium hunc* graue est, quod laetus dederis, tristem recipere *suspicatur*. 667 *Cf.* 162

Lucrum ést dolorem pósse damno extínguere.
Mutus est, si psallat superbus: humilis dominum laudat,
etiam cum uidetur habere silentium. 833
Plurés amicos ménsa quam mens cóncipit. 834
Quí numerosis stúdet amicis, ét inimicos pérferat. 836
Qui sémet ipse accúsat, eum alius nón potest. 837
Qui dórmientem nécat, absentem ulcíscitur. 835
Quod ést uenturum sápiens quasi praeséns cauet. 838
Reddit, non perdit qui quod alienum erat persoluit. 839
[Regnat carnalis cupiditas, ubi non est dei caritas.] 840
Sua séruat qui salua ésse uult commúnia. 844
Satis ést superare inimícum, nimium est pérdere. 842
Suspíciosus ómnium damnát fidem. 847

EXEMPLA

669 Cf. Demophili sent. 6 *σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.* 670 Plutarchus uita Catonis maioris c. 25 *τὴν δὲ τράπεζαν ἐν τοῖς μάλιστα φιλοποιὸν ἡγεῖτο.*

668 *omissus ab Orellio* 669 mútust, si psallát, superbus: húmilis laudat cúm tacet *olim edidi* 670 *sic Buechelerus nisi quod* conspicit *scribi uult.* plus amicos m. q. m. concipit bona *T:* plures *corrigendum esse non fugit Woelfflinum.* placet amicis olus quod mens condit bona *Orellius* plus mensa amoris quam mens conciliat bona *Hauptius. An septenario* plús amicorúm bona mensa quám mens conciliát bona? 671 *septenarium agnouit Hauptius* et inimicos perferat *scripsi* et inimicos necesse est ferat *T* is etiam inimicos ferat *Hauptius* qui amicis multis studet, et inimicos ferat *Woelfflinus* 672 semet ipse accusat *scripsi* semet accusat *T* sese accusat ipse *Hauptius* eum alius (*s.* alis) non potest *scripsi* ab alio non potest criminari *T* ab alio non potest *Hauptius* qui se ipse accusat, accusari non potest *scriberem.* qui semet culpat, culpari ab alio nequit *lusit Buechelerus* 673 *Cf.* 12 necat *Froehlichius et Hauptius* necare nititur *T* 674 *Cf.* 607 cauet *Orellius* cauit *T* uidet *Nauckius* 675 *sic T: in textu olim* reddit, non perdit quí quod alienúm fuit Persóluit, *in adnotatione autem* reddít, non p. quoi quid alienum fuit *proposui, quod placuit Woelfflino* quoi quod alienumst perit *Hauptius, bene* 676 regnát cupiditas ubi non est sapientia *prop. Buechelerus* 677 sua seruat, qui *Nauckius* sua qui seruat *T* esse uult *Woelfflinus* uult esse *T* sua qui conseruat, salua uult communia *Hauptius* suum qui seruat, salua uult communia *prop. Woelfflinus* 678 superare inimicum *Hauptius* inimicum superare *T* hostem superare *Orelli* 679 suspiciosus *Nauckius* suspicax animus *T*

680 Suspício probátis tacita iniúria est. 848
Superári a superióre pars est glóriae. 845
Súpplicem hominem opprímere uirtus nón est, sed crudélitas. 846
Sine lége poena est ánimi consciéntia. 843
Satís disertust, é quo loquitur uéritas. 841
685 Tárde irascitúr uir grauis et péruicax ulcíscitur.
Tutí sunt omnes, únus ubi defénditur. 849
Ubi libertas cécidit, audet líbere nemó loqui. 852
Vita ótiosa régnum est, et curaé minus. 855
Ut plures corrigantur, rite pauci eliduntur. 857
690 [Ut cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia caritas tenet.] 856
Virtútis omnis ínpedimentum ést timor. 854
Ubi iúdicat qui accúsat, uis, non léx ualet. 851
Ut emás aliena, uéndere haud opus ést tua. 850

680 probo homini *coni. Orellius* 682 *Cf.* 109 683 *Cf.* 196. 227. 443 poena est animi *scripsi* autem poena est *T* etiam sine lege poena est conscientia *Orellius* sine lege poenast sceleris conscientia *Hauptius* 684 *Cf.* 505. 616 satis disertust *Orellius* satis desertus est *T* satis est disertus *Woelfflinus* e quo *Orelli* de quo *T* 685 *ad* 195 *olim adscripsi* tarde irascitur uir grauis *conieci* tarde si grauius uir irascitur *T* et] *an* at? perbicax *T* tarde si exoritur, irast peruicacior *aut* tarde grauis ira et peruicax ulciscitur *coni. Buechelerus* 686 unus ubi defenditur *Orellius* ubi defenditur unus *T* 687 cecidit *Hauptius* cadit *T* 688 et] *an* set? *Ceterum parum rotundam et dilucidam sententiam sic interpretor:* regis uita fruitur otiosus, nisi quod curarum minus habet. 689 *Cf.* 224. 345 rite unus perit *Orellius* 690 habet ángustum omne cupiditas, nil caritas *Buechelerus* 691 inpedimento est *T*, *corr. Hauptius* 692 uis, non lex ualet *Orellius* non lex ualet, sed uiolentia regnat *T* 693 *sic dubitanter scripsi.* ubi emas aliena inuenies necesse est tua *T* ubi emas aliena, disperdes semper tua *Orellius* ubi emes aliena, uendes aliquando tua *Hauptius* uti emas aliena uendere necesse est tua *numeris nullis prop. Woelfflinus.* ut emas alienam, uendita opus est re tua (*s.* uenire opus est rem tuam) *coni. Buechelerus*

APPENDIX SENTENTIARVM

Nóndum felix és, si nondum túrba te deríserit. 531
Múlti inimici inuídia fiunt, étsi nulli iniúria.
Non plénas di requírunt, sed purás manus.
Honéstus animus deórum cultor óptimust.
Nón uiuas in sólitudine aliter, aliter ín foro. 791

1—149 PROVERBIA

1 Pseudoseneca de moribus 23 Vincentius Bell. spec. doctr. 4, 83 2 de mor. 26 Vinc. Bell. sp. d. 4, 83 3 idem 4, 31 4 de mor. 28 Menandri monost. 246 *θυσία μεγίστη τῷ θεῷ τὸ θεοσεβεῖν* (cf. Nauckius Mélanges II 734) sent. Pythag. ap. Ioann. Damasc. 9 p. 640 *θυσία τῷ θεῷ γνώμη ἀγαθή.* 5 de mor. 32

Siglis praeter illa, quae supra notaui, his usus sum: b = cod. Bernensis n. 527 *saec. XV; c = cod. Cusanus editus a Ios. Kleinio: M = Pseudosenecae de moribus libellus; α = eiusdem cod. Sangallensis n.* 238 *saec. VIII uel IX; γ = cod. Sangallensis n.* 141 *saec. IX; V = Vincentius Bellouacensis; W = Walterus Burley; m = Caecilii Balbi Monacensis: p = eiusdem Parisini (p^a, p^b, p^c)*
Auctorem coniecturae ubi nullum indicaui, mea causa est.

1 si non *M* turba te *scribendo septenarium effecit Panthalcon* te turba *FMPR* deriserit *M* deridet *FPRβ* derideat *Bothius* dimiserit *Haasius* 2 nam etsi nullos inimicos tibi faciat (facit *FβV*) iniuria (iuria *R*) multos (Non nullos *F*) tamen facit inuidia *FPRβ,MV* 3 non aspicias quam plenas quis (quisque *FPRβ*) deo manus, sed (Notes sed *F*) quam puras admoueat (ammoueat *F* afferat et admoueat *V* offerat *C*) *CFPRβ, V* 4 non enim aliter (alter *β, V*) nisi optimus animus (animus *om. β*) pulcherrimus dei cultus est (dei cultor ẽ pulcherrimus *β*) *PRβV* non aliter pulcherrimus dei cultus est animus | Nisi fuerit optimus *F* optimus animus pulcherrimus dei cultor est *M* 5 non uiuas (uiues *M*) aliter in solitudine, aliter in foro (aliter in foro aliter in sol. *α*) *FMPRβ, in ordinem redegit Buecheler.* non in solitudine aliter uiuas, aliter in f. *Bothius*

Néc petes quod tú negabis, néc negabis quód petes.
Nil mágnum in rebust nísi despiciens mágna homo.
Níl prodest bene té didicisse, fácere si cessés bene. 530
Nil ínter est quo fácias animo quód fecisse péssimumst.
Cernúntur facta, némini animus cérnitur.
Ne tú quam multis, séd quibus placeás uide. 668
Nequítia summa sémper sibi poenaést sui. 318
Numquám secura est práua consciéntia. 343

PROVERBIA

6 sq. de mor. 33 Vinc. Bell. sp. d. 4, 53 8 de mor. 44 Vinc. Bell. sp. d. 4, 73 Martinus Dumiensis de form. hon. uitae 3, 1 Cf. Seneca epist. 8, 5 9 Vincentius Bell. sp. d. 4, 85 10 de mor. 3 Cf. Lactantius diu. inst. III 15 'atqui nihil inter est quo animo facias quod fecisse uitiosum est' e. q. s. 11 de mor. 3 Lactantius instit. III, 15 12 de mor. 8 (cf. 36 'maximum in eo uitium est, qui non melioribus uult placere, sed pluribus.') Martinus Dumiensis de forma hon. uit. 2, 11. Cf. Ausonius sept. sap. 2, 2 'bonó probari málo quam multís malis.' Accius trag. 314 13 de mor. 64 Vinc. Bell. sp. d. 4, 106 Cf. Seneca epist. 42, 2. 81, 22. 14 de mor. 65 Seneca epist. 105, 8 'tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securam.' Cf. ibidem 97, 13 Phaedra 169

---

219 praesentem et laudare et laedere minime decet *m* 1, 25, *quae etiam sic* praesentem et laedere et laudare dedecet *in numeros redigas.* praesentem laudare minime decet *p* 76 220 poenam a quo merearis frustra petis praesidium *m* 1, 28 221 oculos et aures uulgi malos testes esse *m* 1, 31, *ad numeros redegit Pithoeus* 222 nocens fit ubi succumbit fides *m* 4, 3 nocens quis illico fit, succumbit ut fides *Gruterus* nocéns ubi innocens fit, s. f. *Buecheleru* 223 patientia miseriarum portus est *m* 5, 1, *numeros fecit Pithoeus: an* sapientia? 224 quo minus presseris iram, hoc ab ira magis premeris *m* 7, 1 *W* hoc magis premere ab ira, quo iram presseris minus *Gruterus* 225 cum t. e. somnia bellum gerere *m* 8, 1: *numeros dedi Buecheleri* 226 desiderio melius uitam quam timore custodiri *m* 8, 2 desiderium melius uitam custodierit quam timor *Gruterus* 227 *sic m* 8, 3 228 dolore uincitur qui dolorem dolendo non patitur *m* 10, 1 229 parcitas necessitatum remedium est et medicina damnorum *m* 11, 5 230 pecunia auaro supplicium est, parricidium proditori *m* 12, 1 231 *uersum fecit Pithoeus.* auaros homines pupillos breuis aetatis esse; nihil enim de suo uti licere *m* 12, 3 auari homines pusillis breuis aetatis similes sunt, quibus de suo nihil uti licet *W* pupillus hominis auidi est aetatis breuis *Bentleius* 232 auarus egens damnum et si non lucretur patitur *m* 12, 6

Quae bóna concessit fórs iustitia témperet.
Iustítiae edicta témperet patiéntia.
Fortúnae nimium tríbuens minuas glóriam.
Fortúna caecat múltos ut medicús malus.
Datís beneficiis plús quam acceptis gaúdeas.
Accéptius benefícium reddit céleritas.
Diú deliberándo amicos élige.
Amíci famam tuám putato glóriam.
Probáre amicos ín re aduersa fáciliust.
Sine ánima corpus, hóc est sine amicís homo.
Cum amícis ratio bréuis, fides longíssimast.
Cauéto amicum, cuíus amarum dúlce sit.
Princípium amicitiárumst de homine béne loqui.
Amícum ne iocó quidem laedás uelim. 551
Amícis exhibéto quae tu tíbi uelis.

237 'Eleemosyna non tam accipientibus prodest quam dantibus' de mor. 55; extant item in β. 245 Vincentius Bell. sp. d. 6, 14.

233 *sq.* quae fortuna concesserit temperet iustitia: quod iustitia inuenerit temperet patientia *m* 13, 2 235 si enim fortunae auxeris licentiam, minuis (minues *W*) gloriam *m* 13, 3 *W* tribuens] *siue* indulgens 236 fortuna ut medicus ignarus multos caecat (excaecat *W*) *m* 13, 3 *W* 237 *Cf. Syri sent.* 55 plus gaude datis b. quam acceptis *m* 14, 1 238 celeritas beneficium gratius facit *m* 14, 5: *cf. Syri u.* 141 239 *sic m* 15, 1 240 amici uitam tuam imputa famam. amici famam tuam imputa gloriam *m* 15, 3 241 *cf. Syri u.* 42 *append.* 58. Aristoteles dixit difficile esse in re prospera amicos probare, in aduersa semper facile *m* 15, 6 probare amicos difficile est re prospera *Gruterus* 242 quanti est sine anima corpus, tanti est sine amicis homo *m* 15, 8 243 cum amicis rationes breues, amicitias longas esse oportet *m* 15, 10 *p* 56 244 amicum blandum cane, cuius amarum est semper quod fuerit dulce *m* 15, 12 amicum] amorem *mauult Buechelerus* 245 principium amicitiae est bene loqui *m* 15, 13 principium a. est b. l. male dicere exordium inimicitiarum *p* 61, *c* 108, *V* 246 amicum laedere ne ioco quidem oportet *m* 15, 17: *eadem, sed in exitu* licet *Pithoeus* 247 amico ea exhibere decet quae tibi uelis *m* 15, 18 hoc exhibe quod tibi optaueris exhiberi *m* 1, 21 *p* 73 amico ea exhibeto quae uelis tibi *Gruterus*

Expedit pro amíco occidi quám cum inimico uíuere.
Amícitiae unicaést fides coágulum. 19
Parére scire pár imperio glóriast. 356
Malus aúctor etiam honéstam rem turpém facit.
Verbí non dicti prétium inaestimábile.
Malús blandilocus láqueus innocéntiumst.
Malí praesentis spés futuri est rémedium.
Fórtuna innocéntem saepe, núnquam bona spes déserit.
Quod diú tractaris, íd puta rectíssimum.
Occásionem cápier, non rapiér decet.
Duplicát dolorem inmérito indignus qui íntulit.
Iniúria est infámia eius qui ínrogat.
Impérium astringit quí nimis, soluít cito.

253 Diogenes L. VI 2, 51 *τὸν πρὸς χάριν λόγον ἔφη (Διογένης) μελιτίνην ἀγχόνην εἶναι.*

---

248 *uersus Gruteri est.* pro amico occidi expedit quam c. i. uiuere *m* 15, 20 249 *senarium elegantiorem quam olim Gruterus reddidit Bothius.* amico fides coagulum est amicitiae *m* 18, 19 Solon dixit: conuiuium coagulum amicitiae cum bonis, conuiuium cum malis conuiuium imputandum (*num* conuicium putandum?) *p* 24 250 parere scire cum imperante aequalis est gloria *m* 19, 1: *in numeros redegit Pithoeus. cf. Syri u.* 544 251 auctor malus bonam rem turpem facit *m* 22, 5 auctor m. uel rem bonam t. f. *Gruterus* 252 de secretis Diogenes dixit: consistit uerbo non prodito inaestimabile pretium. Hermogenes dixit: uerbi non prodita immanis mensura *m* 23, 1 *sq.* 253 Zenon dixit malum hominem blande loquentem innocentum laqueum esse *m* 24, 1 254 remedium malorum futura spes est *m* 25, 2 255 Pythagoras dixit: fortuna innocentem deserit saepe, at bona spes numquam *m* 25, 3 saepe fortuna innocentem, numquam spes bona deserit *Gruterus* 256 tractaris *Gruterus* tractaueris *m* 28, 1 257 occasionem non accipi, sed rapi oportere *m* 29, 2 *p* 6 occasiones non modo accipe, arripe *Gruterus* non accipienda (*uel* non est capienda), sed rapienda occasiost (occasio) *Buechelerus* 258 duplicat dolorem sustinentis indignitas inferentis, intolerandumque fit malum, cuius auctorem turpe sit confiteri *m* 32, 1 duplicatur dolor, cum ab eo a quo non mereris uenit *m* 32, 3 259 iniuriam inrogatam eius infamiam esse qui facit *m* 35, 1 Aristoteles . . iniuriam iniuste irrogatam eius infamiam esse qui facit *p* 11 260 eum qui nimis astringat imperium, nimis soluere *m* 39, 2

Et sérui et domini blánda sit orátio.
Humánus imperátor fulmen hóstiumst.
In béllo gladius, dómi uoluptas uúlnerat.
Peccátum qui non púnit peccari ímperat.
Mala língua eum quem cárpit meliorem índicat.
Qui dámnat innocéntem, sibi sempér reust.
Verbósa lingua saépe indicium málitiaest.
Aliéna narrans crímina audibít sua.
Crimén uelut sagítta facile infígitur.
In quém potes peccáre, peccare ábstine.
Qui métuit contuméliam, raro áccipit.
Ut póssis uincere,ést audendum fórtiter.
Necésse est te contémnas aut pecúniam.
Domí tyranni saépe serui súnt foris.
Quod fínxit lingua spérnit consciéntia.

270 Vincentius Bell. sp. h. 3, 79 sp. d. 5, 17

---

261 blandam enim et seruientis et imperantis debere esse *m* 39, 3 262 humanitatem ducis in exercitu flumen aduersus hostes esse *m* 40, 2: fulmen *corrigendum esse intellexit Woelfflinus* 263 bello corpora hominum gladiis, in pace uoluptatibus uulnerari *m* 40, 4 bello gladius, uoluptas pace uulnerat *Gruterus* bellum homines gladiis, pax deliciis uulnerat *Buechelerus* 264 qui non corripit peccantem peccare imperat *m* 41, 4 265 esse enim meliorem indicat mala lingua quem carpit *m* 45, 1 266 qui innocentem damnat sua sententia, semper est reus, cum se cotidie punit conscientia *m* 48, 1 *Possis etiam septenarium elicere talem:* innocentem qui damnauit, dámnat se cotídie. 267 uerbosa lingua malitiae indicium est *m* 48, 3 268 si aliena temere protuleris uitia, tua intempestiue audies crimina *m* 48, 4 269 crimen sagittae est simile: facile infigitur, difficile expellitur *m* 48, 5 270 in quem plus potes peccare, desine (*hoc om. m*) *m* 48, 9 *p* 16 271 qui . . . accipit iniuriam *m* 48, 10 272 possis uincere audire oportet *m* 48, 12: audere *Woelfflinus* 273 necesse est ut te ipsum aut pecuniam uilem habeas *m* 48, 13 274 Hermogenes dixit plerosque homines in suis domibus saeuissimos tyrannos, in alienis humillimos seruos esse *p* 7 *c* 113 275 Diogenes dixit: superat conscientia quicquid mali confinxerit lingua *p* 17, *cf.* 18

Mágis amicorum ést cauenda inuidia quam ínsidiae hóstium. 523
Nocére nescit quí se uelle pródidit. 787
Stúltumst aliis ímperare uélle qui haud possít sibi. 753
Lucrúm praestatum ingrátis damnum fít probis.
Cauére quam pauére mala prudéntiust.
Malást inopia ex cópia quae náscitur. 760
Aliéna sic age, út tuorum mémineris.
Prodésto amicis íta uti ne noceás tibi.
Geminátur iracúndia infelícitas.
Velóx consilium séquitur paeniténtia. 492
Irátus filio ípse te obiurgá, pater.

276 Cleobulus apud Diogenem Laert. I 91 *φυλάσσεσθαι γὰρ τῶν μὲν φίλων τὸν ψόγον* (*φθόνον* Nauckius mél. Gr. R. II 270 III 330, *τῶν δὲ ἐχθρῶν τὴν ἐπιβουλήν*. Theobulus (immo Cleobulus) in Stobaei florileg. 48, 23: *φεῦγε μὲν τὸν φθόνον τῶν πολλῶν* (*φίλων* coni. Nauckius), *φυλάσσου δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν μισούντων*. cf. florileg. Monac. 207 Liber Cusanus p. 108 Kl.: 'Cleouolus dixit cauere nos magis amicorum inuidiam quam inimicorum insidias debere;' item p 25. 280 Cf. Plauti Trin. 345 'pol pudere quam pigere praestat totidem litteris.' 285 Vincentius Bell. sp. d. 4, 26 sp. h. 3, 58

---

276 magis amicorum est cauenda *Bothius* mage cauenda amicorum *p* 25 277 *cf. Syri u.* 397 nocere nescit qui se uelle nocere (nocere uelle *c*) prodideri *p* 29 *c* 108 nescit is nocere qui nocere uelle prodidit *Gruterus e Palatinis* 278 stultum est ut uelit quis aliis imperare, cum sibi ipsi imperare non possit *p* 35 stultum est si uelit imperare aliis qui sibi nescit *cod. Reginae Vat.* (*bibl. de l'école des chartes II* 118) stultum imperare reliquis qui nescit sibi *Pithoeus. cf. M* 16 279 lucrum ingrate praestanti damnum pudoris esse *p* 37 praestatum] *an* concessum? 280 melius est cauere quam pauere *p* 42 malúm cauere quam pauere melius est *prop. Buechelerus* 281 mala est inopia quae nascitur ex copia *cod. Turicensis unde uersum fecit Hauptius Philol. I* 665 turpis est inopia quae ex copia (ex gloria *a* de gloria *W* de inopia *bc* de gula *Par.* 8027) nascitur *p* 44 *W* turpist quae inopia nascitur de gloria *Bothium* (*qui* turpe est *scripsit*) *secutus olim conieci. idem* inopia turpis de gula quae nascitur *temptaui* 282 age sic alienum, ut tuum non obliuiscaris ingenium *p* 45 283 amico ita prodesto, ne tibi noceas *p* 46 284 iracundia infelicitas geminatur *p* 54 285 *sic p* 55 *V cf. Syri u.* 32 286 iratus f. ipse te coerce, pater *p* 57 *et m* 41, 2, *ubi* iratus f. *om.* tete coerce pater iratus filio *aut* iratus filio ipse te cohibe, p. *prop. Buechelerus*

Numquám grauest quod fílium pietás iubet.
Amícum tarde adquírimus, cito pérdimus.
Múlto turpiús damnatur cuíus delictum agnóscitur.
Magís quam famam atténde consciéntiam. 570
Discúte quod audis ómne, quod credís proba. 580
Iniústae causae uíta confidéntiam.
Facito íncunctanter quód semel promíseris.
Quod grátumst loquere, fácito quod tibi éxpedit.
Morbum ét pauperiem célare inprudéntiast.
Geminát peccatum quém delicti nón pudet. 177

Eodem ánimo beneficiúm debetur quó datur. 582
'Ex saeua animaduérsione núlla regi glória est.

289 ibidem 3, 58 290 Cf. de mor. 59 Plinius epist. III 20, 8 'multi famam, conscientiam pauci uerentur' = prouerb. 57, om. in F 291 Menandri monost. 566 *ἄχουε πάντων, ἐκλέγου δ' ἃ συμφέρει.* 296 Vinc. Bell. sp. h. 3, 58 sp. d. 5, 22

---

287 filio modesto numquam graue est quod pietas iubet parentis *p* 58 *Septenarium* filio modesto numquam grauiust quod pietas iubet, *uel ut Buechelerus commendauit* f. m. n. quod iubet pietas grauest *repudiaui.* 288 amicus raro adquiritur, cito amittitur *p* 62 *c* 108 289 delicto ignoscitur *W secutus Woelfflinus edidit, sed* delictum p^b 63 agnoscitur *p* cognoscitur *V* 290 conscientiam magis quam famam attende *Wb. ad numeros redegit Hauptius.* conscientiam quam famam intende: famam enim saepe poteris fallere, conscientiam numquam *p* 65 famam curant multi, paúci conscientiam *e cod. Pal. Gruterus* 291 *e codd. Palatinis Gruterus edidit* excute *malim* audis *Tzschuckius* audias *p* 69 *bW* quod audis excute omne *mauult Buechelerus* omne *om. b* quod credas proba *Gruterus* proba quod credas (credis *b*) *pbW* 292 iniustae defensionis confidentiam uita *p* 70 293 quod promiseris, indubitanter facito *b p* 74 294 loquere (quere *b*) quod gratum sit (g. est *b*), f. quod tibi expedit *b m* 1, 24 *p* 75 (tibi *om. bp*): quod gratumst loquere *cum Buechelero scripsi* 295 morbum et pauperiem celare noli *p* 77 *m* 1, 26 296 geminat peccatum *p* 81 *c* 106 *W* peccatum geminat *V* geminat delictum *Bothius, melius*

Sententiae quaedam e Seneca excerptae (praeter supra exhibitas). 297 = [107] *Seneca de benef. I* 1, 8: *edidit H. Stephanus* beneficium *flagitant numeri* 298 = [125] nulla regi gloria est ex saeua animaduersione *Seneca de clem. I* 17, 3, *transposuit Panthalcon.*

Fortúna dat multa úsu, mancipió nihil. 593
Quid quísque possit nísi temptando nésciat. 714
Saépe dissimuláre satius íram quam ulcisci fuit.* 541
Cui cónuenit cum paúpertate, díues est.
Infírmi est animi haud pósse diuitiás pati. 611
Non quám diu, sed quám bene uiuas cógita.
Potést quid esse honéstum quod non liberum? 697

Cónterunt plebéia celsum saépe dicta uérticem.
Datúr maiorum méritis nulla glória.
Felíx criminibus núllus est umquám diu.
Fortúnae inuidia est, sí quis inmeritóst miser.
Fugiéndo ferme in média fata incúrritur.
Furór indomitus cíto pericli oblíscitur.

303 = [171] Seneca epist. 5, 6 'infirmi animi est pati non posse diuitias.' 304 Seneca epist. 22, 17 'nemo quam bene uiuat, sed quam diu, curat.' 305 Seneca epist. 66, 16 'non potest honestum esse quod non est liberum.'

310 Liuius VIII 24, 4 'ut ceterum ferme fugiendo in media fata ruitur' e. q. s. 311 Orosius IV

299 = [115] *sic Bothius, prob. Ritschelius anthol. Lat. coroll. V et XIII* nihil dat fortuna mancipio *Seneca epist.* 72, 7 fortuna usu dat multa, mancipio nihil *Pithoeus cf. CIL. I n.* 1010 (*inscr. iamb. LXXXI rec. a Buechelero mus. Rhen.* 27, 135): fortuna spondet multa multis, praestat nemini, *ubi* fors *Mommsenus scribendo*, multa *omittendo Ritschelius numeros corrigi uoluit.* 300 = [315] quid quisque posset nisi t. non didicit *Seneca de prouid.* 4, 3, *ad numeros redegit Pithoeus*, nesciit *in exitu scribens* 301 = [333] saepe autem satius fuit dissimulare quam ulcisci *Seneca de ira II* 33, 1 saepe dissimulare satius quam uel ulcisci fuit *Bentleius* saepe d. s. uitia quam ulcisci f. *Bothius* 302 = [84] *Seneca epist.* 2, 6 'cui cum paupertate bene conuenit, diues est', *e manuscripto edidit Fabricius* 303 infirmi animi est· non *Fabricius* 304 *sq. e ms. Fabricius edidit*

Sententiae quaedam praeter illas a Fabricio e manuscripto editae et inter 'mimis Publii similes' relatae.
306 '*e manuscripto quodam, in quo multorum collectae erant sententiae*' *Fabricius* 308 umquam erit diu *Fabricius* 309 immerito *Fabricius* 310 ferme fugiendo *Fabricius* 311 indomitus furor cito periculi obliuiscitur *Fabricius*

Ignáuus omni céssat omnis témpore.
Innáta nobis cáritas est córporis.
Legés bonae ex malís creantur móribus.
Peccát uoluntas, étsi nullum crímen est.
Perít uoluptas, uírtus immortális est.
Plurís docentis uíta quam senténtia.
Priuáta studia públicum euertúnt bonum.
Refért bonorum exémplis puniri ínprobos.
Víle nil decét sonare in máximorum laúdibus.

Aut áccipit parés amicitia aút facit. 549
Consídero quid dícas, non quid cógites. 571
Etiám tyrannus ímperat precário.
Fortúna multis nímium dat, nullí satis.
Honésta lex est témporis necéssitas. 197
Mens íncorrupta míseria corrúmpitur.
Numquám satist spei ínprobae quicquíd datur. 677
Quod néscias damnáre summa est témeritas. 727
Repénte dies fáctus est nemó bonus.

314 Macrobius Sat. III 17, 10 'uetus uerbum est: leges, inquit, ex malis moribus procreantur.'

329 Menander Colacis fr. VI et monost. 668 *οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν.*

313 insita nobis nostri caritas *Fabricius* 314 *ad numeros reuocauit Fabricius*

Sententiae quaedam a Pithoeo editae. 321 amicitia pares aut accipit aut facit *Pithoeus* 322 considera *Pithoeus* 323 uix precario imperat *Pithoeus cf. Senecae Thyest.* 215 324 dat nimis *Pithoeus* 327 satis est *Pithoeus* est satis *Bothius* spei improbae quicquid *Bothius* quod improbae spei *Pithoeus* numquam spei satis est in q. d. *Buechelerus* 329 *sic Bothius* numquam uir aequus dies euasit cito *Fabricius* repente d. nemo factus est b. *Pithoeus*

CATVLLVS

LAVREOLVS

I

Iuuenalis sat. VIII 187 'Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit Iudice me dignus uera cruce.' scholiasta 'hoc ideo quia in ipso mimo Laureolo figitur crux: unde uera cruce dignus est Lentulus, qui tanto detestabilior est, quanto melius gestum imitatus est scenicum. hic Lentulus nobilis fuit et suscepit serui personam in agendo mimo et deprehensus in falso cruci fixus est.' Iosephus antiq. XIX 1, 13 *μῖμος εἰσάγεται. καθ' ὃν σταυροῦται λῃστῶν ἡγεμών.*

II

Suetonius Calig. 57 'et cum in Laureolo mimo, in quo actor proripiens se ruina sanguinem uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent, cruore scaena abundauit.'

PHASMA

Iuuenalis VIII 185 'consumptis opibus uocem, Damasippe, locasti Sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.'

CATVLLVS: de nomine cf. L. Schwabius quaest. Catull. p. 18, L. Mueller mus. Rhen. XXIV 621 sq. LAVREOLVS I nobilis] mobilis Usenerus, quo uelox reddi putat; sed uide Iuuen. VIII 199 'mimus nobilis'. Cf. Martialis de spectac. VII 'qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus Assiduam nimio pectore pauit auem, Nuda Caledonio sic uiscera praebuit urso Non falsa pendens in cruce Laureolus' e. q. s. Tertullianus adu. Valentin. 14 'ita depulsa quo minus pergeret nec habens superuolare crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit exercitata' e. q. s. Lentulum qui et actorem et poetam huius mimi fuisse dicit Grysarus de mimo Rom. 64 (in comment. acad. Vindob. XII a. 1854) parum considerauit iam Caligula imperatore Laureolum actum fuisse. Itaque septuaginta fere annis post, cum Iuuenalis scriberet, uix potuit Lentulus plus quam octogenarius uelocis serui partibus satis facere, nec probabile est de ante acto tempore Iuuenalem in satura uerba fecisse. 'Nobilis' autem arte potius quam genere dictus uideri Lentulus Grysaro numquam potuisset, si uel proxime sequentes uersus legisset. Corruptum est scholion ad Lucani I 544 p. 36, 4 Us., ubi liber 'Catulli qui scribitur permimologiārum' memoratur. Cf. Useneri adn. crit.

PHASMA Clamosum Grysarus de mimo Rom. 21 et 66 magis propter eos, qui spectrum fugerent, quam de praeconis partibus dici putat.

schol. 'id est, praeco fuisti in mimo . . . . nomen est mimographi, et Fasma nomen est fabulae.'

INCERTVS MIMVS

Iuuenalis XIII 109 'nam cum magna malae super est audacia causae, Creditur a multis fiducia. mimum agit ille, Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli.' schol. 'talis est enim mimus, ubi seruus fugitiuus dominum suum trahit.'

LENTVLVS

CATINENSES

Tertullianus de pallio 4 'sed et qui ante Tirynthium accesserat pugil Cleomachus post Olympiae cum incredibili mutatu de masculo fluxisset, intra cutem caesus et ultra inter fullones iam Nouianos coronandus meritoque mimographo Lentulo in Catinensibus commemoratus utique sicut uestigia cestuum uiriis occupauit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit.'

LENTVLI. HOSTILII

Tertullianus apolog. 15 'dispicite Lentulorum et Hostiliorum uenustates utrum mimos an deos uestros in iocis et strophis rideatis: moechum Anubin et masculum Lunam et Dianam flagellatam et Iouis mortui testamentum recitatum et tres Hercules famelicos inrisos.'

INCERTVS MIMVS. Laureolus significari uidetur Heinrichio, recte ut puto: cf. librum meum de Iuuenale p. 5.

LENTVLI. HOSTILII Hieronymus adu. Rufin. II p. 414 'et quasi mimum Philistionis uel Lentuli ac (l. aut) Marulli stropham eleganti sermone confictam'. Cf. Tertullianus ad nationes I 10. Anubidis personati sc. adulterium aliquod ipso aerae nostrae initio Romae commissum Iosephus antiquit. XVIII 3, 4 narrat; de Luno Carris culto Spartianus in Caracalli uita c. 7

MARVLLVS

INCERTI NOMINIS

I

Tu Hectórem imitare: ab Ílio numquám recedis . .

II

Iulius Capitolinus in uita Antonini philosophi c. 8 'adepti imperium ita ciuiliter se ambo egerunt, ut lenitatem Pii nemo desideraret, cum eos Marullus sui temporis mimographus cauillando inpune perstringeret.' Cf. praeterea anon. mim. fr. XI.

LVCILIVS

INCERTI NOMINIS

I

Non ést tuum, fortúna quod fecít tuum.

II

Darí bonum quod pótuit, auferrí potest.

De Marvllo testimonia composuit Hauptius Herm. I 43 I Seruius in Aen. VII 499 'perque ilia] hoc ile et haec ilia facit. hinc et Iuuenalis: uis frater ab ipsis Ilibus? nam quod Marullus mimographus dixit: tu' e. q. s. 'cum de guloso diceret, allusit ad ciuitatis nomen. nam ab ili debuit dicere.' Idem in ecl. VII, 26 'rumpantur ut ilia] sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ile et haec ilia facit . . . nam Marullus mimographus contempsit artem ad iocum mouendum, et parasito dixit: tu ut Hector ab Ilio numquam recedis. est autem hoc dictum per amaritudinem rusticam.'

Lvcilivs Seneca epist. 8, 9 'alienum est omne, quicquid optando euenit [Syri sent. 1]. hunc uersum a te dici non paulo melius sed adstrictius memini: non est tuum' e. q. s. 'Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo: dari bonum' e. q. s. Rettulerunt inter Publilianas sententias: cf. sent. fals. 41. 243 W.

Marulli uerba in senarios (ab Ilio Numquám r.) *redegit Bothius: praetuli septenarium.* Hectorem imitare *G. Hermannus in Iahnii annall. XXII* 311 H. imitaris *Seruius loco priore*, ut Hector *idem altero loco*, *quibus receptis senarium* ut Héctor tu recedis numquam ab Ilio *commendat Buechelerus*

ANONYMI

FABA

Cicero ad Att. I 16, 13 'uidesne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν uocabat, si hic factus erit, fabam mimum futurum?'

LASERPICIARIVS

Petronius c. 35 'atque ipse etiam taeterrima uoce de Laserpiciario mimo canticum extorsit.'

TVTOR

Cicero de orat. II 64, 259 'non insulsum genus' (ridiculi) 'ex eo, cum ad uerbum, non ad sententiam rem accipere uideare, ex quo uno genere totus est Tutor, mimus uetus oppido ridiculus.'

ALIVS MIMVS

Iuuenalis VI 44 'si moechorum notissimus olim Stulta maritali iam porrigit ora capistro, Quem totiens texit perituri cista Latini.' scholiasta 'qui totiens superueniente marito sub cista celatus est, ut in mimo.'

ANONYMORVM MIMORVM RELIQVIAE

I

Rhetorica ad Herennium I 14, 24 'mimus quidam nominatim Accium poetam compellauit in scaena: cum

Faba Seneca apocoloc. 9 'olim, inquit, magna res erat deum fieri, iam famam mimum fecistis.' Cum apud utrumque ἀποθεώσεως mentio fiat, argumentum mimi uix aliud fuisse potest quam Pythagorei de migrat ione animae dogmatis praeceptorumque ad uictum pertinentium inrisio· Fabae reuerentia quantam ridendi materiam praebuerit causarum quibus abstinentia eius e. c. in Porphyrionis uita c. 43 firmatur ineptiis satis declaratur. Certe Lambinus Buechelerusque prouerbii uim non uidentur adsecuti esse.

Tvtor Quae peruerse ita interpretatur Grysarus l. l. 30, ut mimographum, non fabulam Tutorem dici putet. Cf. anon. mim. IV–VI

Alivs Mimvs Vxoris partes Thymelen, mariti Corinthum egisse conlegerunt ex VIII 197 'mortem sic quisquam exhorruit, ut sit Zelotypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?' Ceterum cf. Horatii sat. II 7, 59 sq. et infra fr. XXXIV.

Anon. Mim. Rel. Aliquot inter palliatae fragmenta receptos uersiculos ad mimum potius uideri pertinere suo loco monui. I Cf. II 13, 19

eo Accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defendit nisi licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda.'

II

Cicero ad fam. IX 16, 7 'nunc uenio ad iocationes tuas, quoniam tu secundum Oenomaum Acci non ut olim solebat Atellanam, sed ut nunc fit mimum introduxisti. quem tu mihi pompilum, quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam? facilitate mea ista ferebantur antea, nunc mutata res est: Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, cenandi magistros .... quod si perseueras me ad matris tuae cenam reuocare, feram id quoque. uolo enim uidere animum, qui mihi audeat ista quae scribis adponere aut etiam pompilum miniati Iouis similem. ... tu uero ... ad tyrotarichum antiquum redi .... salis enim satis est, sannionum parum.' Cf. XIV.

III

Cicero Phil. II 27, 66 'in eius igitur uiri copias cum se subito ingurgitasset, exultabat gaudio, persona de mimo: modo egens, repente dives.'

IV

Cicero pro Caelio 27, 64 'uelut haec tota fabula ueteris et plurimarum fabularum poetriae quam est sine argumento! quam nullum inuenire exitum potest! ... mimi ergo est iam

'C. Caelius iudex absoluit iniuriarum eum, qui Lucilium poetam in scaena nominatim laeserat, P. Mucius eum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit.' II Repetii locum, quamuis magnopere dubitem num certum mimum respexerit Cicero: nihili est Krahneri coniectura in ephem. Marb. 1852 p. 396 sqq. prolata, Popilium, Denarium, Tyrotarichi patinam exodiorum (Accianorum adeo!) nomina esse. Ceterum cf. ad Att. IV 8a, 1. XIV 16, 1. pompilum Rutilius (idem infra scripsi, ubi polypum Med.) popillium Med. polypum Corradus popellum Buechelerus thynnarium Rutilius. Immo ne unum quidem denarium se in olla habere lamentatus erat Paetus (cf. 18, 4). III Cf. Cicero pro Quinctio 17, 55 'uetus est de scurra multo facilius diuitem quam patrem familias fieri posse.' Petronius c. 80:

'grex agit in scaena mimum: pater ille uocatur,
filius hic, nomen diuitis ille tenet.
mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
uera redit facies, dum simulata perit.'

(In u. 3 pro pagina expectes capsula: reponebantur enim in capsulam chartae, quae scriptas partes exhibebant, cum peracta fabula esset.)

exitus, non fabulae: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum tollitur.' Cf. XXX.

V

Fátuus homo post quám rem habere coépit, est emórtuus.

VI

. . . . . quid est tibi ísta mulier? ⟦ úxor.

⟦ Similís medius fídius.

VII

5 Is quám diu ad aquas fúit, numquam est mórtuus.

VIII

Varro apud Augustinum de ciu. dei IV 22 'ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque causa deum inuocare atque aduocare debeamus: ne faciamus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis uinum.'

IX

. . . . . o dominum aequum ét bonum!

V—VII Cicero de orat. II 67, 274 'acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias atque ille uult . . . sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis. [1—5] Genus hoc leuius et, ut dixi, mimicum, sed habet non numquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid.' Laberii esse fr. VII suspicatur Bergkius annall. philoll. 1870 p. 845, et cogitauit de eiusdem poetae Aquis caldis Usenerus. VIII Ibidem VI 1 'ne absurditate turpissima, qualis ioculariter in mimo fieri solet, peteretur a Libero aqua, a Lymphis uinum . . . quod cum fit ab scientibus mimis, digne ridentur in theatro.' IX Suetonius Oct. 53 'domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit, cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo: o dominum' e. q. s. 'et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, et statim manu ultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto.' Idem narrat Orosius VI 22

1 *sq.* fatuus homo *in septenarii initio scripsi.* homo fatuus *libri, quod lacuna indicata olim prioris senarii frustum esse statuebam* emortuus *Lambinus* mortuus *libri* 3 *sq. disposuit et explicauit Lachmannus in Lucr.* 227 uxori *Erl. b, Lagom. aliquot* 5 is *addidi, om. libri* quod diu *Lag.* 2. 36 aquam *Lag.* 2. 36 *Fortasse* non umquam *aut pro illo* fuit *uel* uixit *uel* mansit *scribendum* mortuus *libri* emortuus *Lambinus* quam diu ad aquas f., numquam quisquam (iste numquam *Buecheleruś*) est mortuus *Bergkius annall. philoll.* 1870 *p.* 845.

X

7 Vopiscus Aureliani c. 42 'ut bene dictum sit a quodam mimico scurra Claudii huius temporibus, in uno anulo bonos principes posse perscribi atque depingi.'

XI

8 Iulius Capitolinus de uita M. Antonini 29 'crimini ei datum est quod adulteros uxoris promouerit Tertullum et Vtilium et Orphitum et Moderatum ad uarios honores, cum Tertullum et prandentem cum uxore deprehenderit. de quo mimus in scaena praesente Antonino dixit: cum stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret et ille diceret ter Tullus et adhuc stupidus quaereret, respondit ille: iam tibi dixi, ter Tullus dicitur.'

XII

[Vos] uíli uultis émere et caro uéndere.

XIII

Iulius Capitolinus de Maximinis duobus c. 9 'cum immortalem se prope crederet ob magnitudinem corporis uirtutisque, mimus quidam in theatro praesente illo dicitur uersus Graecos dixisse, quorum haec erat Latina sententia: et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur. elephans grandis est et occiditur, leo fortis est et occiditur, tigris fortis est et occiditur: caue multos,

XI Mimus fortasse Marullus fuit, cuius uide fr. II XII Augustinus de trinit. XIII 3 'unde illa cuiusdam mimi facetissima praedicatur urbanitas, qui cum se promisisset in theatro quid in animo haberent et quid uellent omnes aliis ludis esse dicturum, atque ad diem constitutam ingenti expectatione maior multitudo confluueret, suspensis et silentibus omnibus dixisse perhibetur: uili uultis emere et caro uendere. In quo dicto leuissimi scenici omnes tamen conscientias inuenerunt suas, eique uera ante oculos omnium constituta et tamen inprouisa dicenti admirabili fauore plauserunt.'

---

7 *Vnde uersus effecit Salmasius hos:* in ánulo uno príncipes possúnt boni Scribi átque pingi. *Transpositis etiam aliter uerbis numeri elici possunt, c. c.* perscribi ac pingi príncipes possúnt boni In ánulo uno: *minus haec* perscribi in anulo úno possunt príncipes Boni *placent.*

8 *Fortasse exitus uersus hic fuit:* iam tibi díxi ter, Tullús fuit; *nam neque* ter Tullus *neque* dixi ter *separanda numeris esse sentio.* 9 *senarium expleui* uos *addendo, quod om. uulgo*

si singulos non times. et haec imperatore ipso praesente iam dicta sunt. sed cum interrogaret amicos, quid mimicus scurra dixisset, dictum est ei quod antiquos uersus cantaret contra homines asperos scriptos; et ille, ut erat Thrax et barbarus, credidit.'

XIV

Cicero de orat. II 61, 251 'atque hoc etiam animaduertendum est, non esse omnia ridicula faceta. quid enim potest esse tam ridiculum quam sanniost? ore, uultu, imitandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipso. salsum hunc possum dicere atque ita, non ut eius modi oratorem esse uelim, sed ut mimum.' Cf. II.

XV

Nonius 6, 25 'caluitur dictum est frustratur, tractum a caluis mimicis, quod sint omnibus frustratui.'

XVI

Horatius epist. I 18, 10 'alter in obsequium plus aequo pronus et imi Derisor lecti sic nutum diuitis horret, Sic iterat uoces et uerba cadentia tollit, Vt puerum saeuo credas dictata magistro Reddere uel partis mimum tractare secundas.' Cf. XVII.

XVII

10 . . . . . sálua res: cantát senex.

XVII Festus p. 326 M. 'salua res est, cantat senex quare parasiti Apollinis in scaena dictitent, causam Verrius in l. V., quorum prima est P littera, reddidit. quod C. Sulpicio C. Fuluio cos., M. Calpurnio Pisone pr. urb. faciente ludos subito ad arma exierint nuntiato aduentu hostium uictoresque in theatrum redierint solliciti, ne intermissi religionem adferrent instaurandique essent, inuentum esse ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu, qui ad tibicinem saltaret. itaque gaudio non interruptae religionis editam uocem nunc quoque celebrari. at in hoc libro refert Sinni Capitonis uerba, quibus eos ludos Apollinares Claudio et Fuluio cos. factos dicit ex libris Sibyllinis et uaticinio Marcii uatis institutos, nec nominatur ullus Pomponius: ridiculeque de ipsa appellatione parasitorum Apollinis hic causam reddit, cum in eo praeterisset. ait enim ita appellari, quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur.' Cf. XVI. Seruius Verg. Aen. III 279 'nam cum Romani iracundia matris deum laborarent et eam nec sacrificiis nec ludis placare possent, quidam senex statutis ludis circensibus saltauit, quae sola fuit causa placationis, unde et natum prouerbium

XVIII

cata carisia

XIX

strutheum

XX

familiares

XXI

ingluuiae

XXII

monopticus

XXIII

exodiarius

XXIV

podiarius

XXV

ludosi. ludi

est: omnia secunda, saltat senex.' Adde Macrobii Sat. I 17, 25 sqq. Factum est quod narrauit Verrius P. Sulpicio Galba Cn. Fuluio coss. anno 543/211, M. Calpurnio Pisone praetore urbano ludos Apollinares curante anno praeterito Ap. Claudio Pulchro Q. Fuluio Flacco coss. primum institutos, quo ipso anno parasitos Apollinis, h. e. artificum scaenicorum sodalitatem, institutos esse coniecit Merkelius ad Ouidii fast. p. CCXXXIV. Cf. Friedlaenderus in Marquardti antiquitatt. Rom. IV p. 533, Prellerus mythol. Rom. 270, Mommsenus hist. Rom. III² 569 Suspicor non in scaena, sed in cena parasitos istos Apollinis prouerbio illo usos fuisse, cum re bene gesta epulis se recrearent. XVIII Placidi glossae in A. Mai auct. class. III 449 'carisa, uetus lena percallida, unde et in mimo fallaces ancillae catacarisia appellantur.' Cf. Pauli Festus p. 44 'carissam apud Lucilium uafram significat.' thes. nou. lat. in A. Mai auct. cl. VIII 98 'carisa, sae, i. uetus lena et litigiosa, unde et fallaces ancillae carisae dicuntur, quia ueritate carent.' gloss. Vatic. ibid. VI 514 'carisa lena est dupla' ('uetula' aut 'dolosa' Hildebrandus). gloss. Isidori 'carissa, lena uetus et litigiosa, ancilla dolosa fallax.' XIX Festus p. 313 M. 'strutheum in mimis praecipue uocant obscenam partem uirilem, a salacitate uidelicet passeris, qui Graece struthos dicitur.' Cf. schol. Iuuenal. VI 65. XX Seneca epist. V 6, 14 'dominum patrem familiae adpellauerunt' (maiores nostri), 'seruos, quod etiam in mimis adhuc durat, familiares.' Cf. Macrobius Sat. I 11, 11. XXI Gloss. Amplon. 339 'in mimo ingluuiae, quod tantum ad mimarios et mimographos pertinet.' XXII Isidori gloss. 'monopticus, mimus...' mimus thymelicus Voss. XXIII Placidi gl. in A. Mai auct. cl. VI 561 'exodiarius, in mimis turpitudo delectabilis.' XXIV Isidori gl. 'podiarius, inter mimos.' XXV Gloss. Vatic. in A. Mai auct. cl. VI 532 'ludosi, mimosi. ludos, mimos.'

11 catae carisae *Hildebrandus.* *An* cata carisula?

XXVI

choragium

XXVII

choraula

XXVIII

strigio

XXIX

Augustinus de ciu. dei VI 7 'numquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes enormia pudenda fecerunt? an aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris?'

XXX

Seneca epist. 114, 6 'qui' (Maecenas) 'in omni publico coetu sic adparuerit, ut pallio uelaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitiui diuitis solent.' Cf. III et IV.

XXXI

Ouidius trist. II 497 sqq. 'quid si scripsissem mimos obscena iocantes, Qui semper ficti crimen amoris habent? In quibus assidue cultus procedit adulter, Verbaque dat stulto callida nupta uiro. Nubilis hos uirgo matronaque uirque puerque Spectat, et ex magna parte senatus adest. Nec satis incestis temerari uocibus aures: Assuescunt oculi multa pudenda pati. Cumque fefellit amans aliqua nouitate maritum, Plauditur et magno palma fauore datur.'

XXVI gloss. Paris. p. 284 H. 'choragium ornatus mimicus, id est tiara.' cf. Pauli Festus p. 52 M. 'choragium, instrumentum scenarum' Diuersa est glossa Bern. C Vatic. Isidori 'coragio' ('choragium' Vat.) 'pars est ludis' ('ludi' Vat.) 'quando prouerbia dicuntur', ubi choreia s. choria uidetur corrigendum esse. Cf. Isidori gl. 'corugio, puer est ludus, quando prouerbia dicunt. alibi igitur: coragium pars est in ludis quando prouerbia dicuntur.' XXVII Gloss. Vatic. 'choraula, mimus.' Sang. 'coraula mimus, cantator.' Papias 'choraules princeps chori ... choraula cantator proprie qui cornu canit, uel mimus.' Paris. 'coraula, iocularis'. Isidori gloss. 'choraula, princeps chori ludorum, quo nomine potest dici totus chorus.' Plura collegit Hildebrandus. XXVIII Isidori gloss. 'strigio, mimarius scenicus.' An strio uel istrio, i. e. histrio? XXIX Eadem fere 'numquid enim Priapo mimi ac poetae, non etiam sacerdotes' e. q. s. habet Boethius de dis et praesensionibus in scholl. Cicer. ed Orelli II p. 392, 37 XXX diuitis cum Lipsio Buechelerus diuites Bamberg. dautes Argent. milites Hauptius Herm. VII 182 XXXI Cf. Valerius Maximus II 6, 7 Ael. Lampridius in uita Heliogabali c. 25 Minucius Felix 37, 12. Cyprianus ad Donatum c. 8 Alia testimonia similia uide in Grysari l. l. 18 sq.

XXXII

Arnobius adu. nat. IV 35 'etiam mimis et scurrilibus ludicris sanctissimorum personae interponuntur deorum . . . iocularibus feriuntur cauillationibus numina, conclamant et assurgunt theatra, caueae omnes concrepant fragoribus atque plausu.'

XXXIII

Arnobius adu. nationes VII 33 'mimis nimirum di gaudent, et illa uis praestans neque ullis hominum comprehensa naturis libentissime commodat audiendis his auris, quorum symplegmatibus plurimis intermixtos se esse derisionis in materiam norunt. delectantur, ut res est, stupidorum capitibus rasis, salpittarum sonitu atque plausu, factis et dictis turpibus, fascinorum ingentium rubore.' e. q. s.

XXXIV

Seneca controu. II 4 (12) p. 197 K. 'uere mimicae nuptiae, in quibus ante in cubiculum riualis uenit quam maritus.'

XXXV

Seneca de breuitate uitae 12, 8 'i nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. plura mehercules praetereunt quam fingunt et tanta incredibilium uitiorum copia ingenioso in hoc unum saeculo processit, ut iam mimorum arguere possimus neglegentiam.'

XXXIII Conferri iussit Buechelerus Aristophanis nub. 537 sqq.
XXXIV nuptiae, in Maduicus Nustis Antuerp. Brux. Cf. Iuuenalis VI 44 locus p. 395 exhibitus

Alia, quibus mimorum lasciuia describitur, testimonia hic, ubi non id agitur, ut generis uniuersi natura et historia adumbretur, praetereunda esse censui.

SERMO COMICVS.

A uenit a uilla *Atell. inc. nom.* 2 recedas a me *Pomp.* 43 a pueris abscessit *Naeu.* 26[1] procul (a) nostra *Afran.* 400 a . . pudore . . progredi *Laber.* 31 a tergo insequens *Pall. inc. inc.* 43 a labris . . innocat *Naeu.* 78 a te recipiat *Pomp.* 9 a me est praemi *Turp.* 209 a . . patre quod sumas *Caec.* 201 sumpsi . . a Latino *Afran.* 28 a uiro inpetrarit *Caec.* 154 a te postulo *Caec.* 139 (a) stultitia . . petunt consilium *Titin.* 95 a se amari *Turp.* 84 a Laribus missa *Afran.* 277 a populo consectari *Laber.* 142 a frigore fecere . . Saturnalia *Mumm.* 3

ab longe ab urbe *Pomp.* 45 abesse ab lustris *Afran.* 242 ab amica abduxit *Naeu.* 110 ab illo abducere *Afran.* 301 abeatis ab ignauia *Naeu.* 92 ab oppido processerat *Turp.* 97 ab Ilio Numquam recedis *Marull.* ab lana . . ad purpuram data *Titin.* 3 (ab) hac domo Abhorres *Titin.* 40 ab illo abstulit *Turp.* 203 sumpsi . . ab illo *Afran.* 25 ab amico . . accipere *Caec.* 214 expalpare ab illo *Pomp.* 32 ab alio expectes *Pall. inc. inc.* 82 uereri se ab suis *Afran.* 34 ab initio *Turp.* 14

abs te seorsus sentiam *Afran.* 85 abs te extrarium *Afran.* 324 inpetro abs te *Turp.* 87 abs te creditum *Afran.* 321

Abderites *Laber.* 72

abdomen *Pomp.* 180

ab amica abduxit *Naeu* 110 ab illo abducere *Afran.* 301

abeo *Caec.* 113 abit *Caec.* 227 abeatis ab ignauia *Naeu.* 92 abiit *Afran.* 76 abiit celox *Pall. inc. inc.** 22 abiit peregre *Titin.* 133* abierunt *Pomp.* 157 abi *Caec.* 77 178 226(*) *Afran.* 137 abite *Nou.* 88*

abhinc triennium *Turp.* 133 abhinc menses duos *Laber.* 13

(ab) hac domo abhorres *Titin.* 40

abiciam *Naeu.* 94 nuptias abieci *Turp.* 164

abluuium *Laber. inc. fab.* XVII

abscedat *Turp.* 5* a pueris abscessit *Naeu.* 26[1]

abscondidisti *Pomp.* 67 abscondidit *Caec.* 40

absdedit *Nou.* 34*

abstergete *Titin.* 36

aedibus eum absterrui *Titin.* 45

abstinebis *Afran.* 129 hac sese abstineret *Turp.* 163

clauis . . abstrudi iubeo *Titin.* 44

absum abest iniuria *Caec.* 47 abesse ab lustris ingenium *Afran.* 242 absentes *Turp.* 213 absente nobis *Afran.* 6

suauitate abundat *Turp.* 190

ac *Caec.* 160 239 *Turp.* 6 25 28 29 41 96* 100 160* 162 180 190 197 203 *Afran.* 9 41 61 147 148 192 202* 220 312 *Pomp.* 100 161 *Laber.* 42 aeque profesto (ac festo) *Afran.* 262

accedo ad te *Afran.* 415 accede ad sponsam *Titin.* 106 accessi ad aram *Afran.* 170 ad patrem *Pomp.* 170 istuc ad malam aetatem accessit *Turp.* 176 ad hanc fortunam accessit fortuna *Atta* 14 cum aetas accesset *Turp.* 59

accensus *Aquil.* 10
accidit *Enn.* 3 *Afran.* 397 *Publil.* 21
accinge ad molas *Pomp.* 66
accipe *Enn.* 5* accipite *Afran.* 237 accepit *Nou.* 34 accipere *Caec.* 214 igni atque aqua . . accipier *Nou.* 97 acceptos cibo *Naeu.* 22
merendam accuro *Afran.* 183*
acerbum *Pall. inc. inc.* 49 poena acerbior *Publil.* 7
acias *Titin.* 5
aciem . . luminis *Laber.* 75
Acontizomenos *Naeu.* 1*
acriter *Pall. inc. inc.* 46 acrius *Afran.* 309
acta *Turpil.* 23
actor *Nou.* 37
actutum *Nou.* 47
acus *Titin.* 5
ad *Enn.* 3 *Naeu.* 92 107 135 *Caec.* 1 11 73 100 184 185 195 215 225 257 *Turp.* 72 77 98 136 145 186 193 *Pall. inc. inc.* 34 51 *Titin.* 3 46 80 106 *Atta* 24 *Afran.* 137 170 181 183 234 237 294 303 415 *Pomp.* 13 66 81 133 153 170 171 *Nou.* 7 25 62 87 *Laber.* 119 128 135 *Anon. mim.* 5 ad malum . . addas malum *Caec.* 125: *cf. Turp.* 176 *Titin.* 109 *Atta* 14 ad med expiras *Afran.* 405* gannire ad aurem *Afran.* 283 dolum ad eum . . commoliar *Caec.* 207 causam coicere . . ad te *Afran.* 216 caput offendi ad limen *Turp.* 174* ad litus *Pall. inc. inc.* 21 mansiones ad amicam *Turp.* 172 ad hostis captus *Caec.* 146 ad spectacula est uidere *Mumm.* 1 depuuit me . . ad necem *Naeu.* 132 ad quam rem? *Publil.* 14 ad quo *Afran.* 249 278
adcelerarunt *Turp.* 98
addictus *Nou.* 115
addo *Nou.* 115 addas *Caec.* 125 adde *Atta* 15 *Afran.* 57 addito *Titin.* 109
adducere *Afran.* 176 adducor ferre *Afran.* 290
adeo effictim *Naeu.* 37 adeo . . ut *Pomp.* 192 *cf. Afran.* 325 iam . . adeo *Caec.* 34 nunc . . adeo *Titin.* 63 mirum adeo *Caec.* 101 atque adeo *Afran.* 155 itaque adeo *Afran.* 110 *Aquil.* 8 quique adeo *Aquil.* 28 uosque adeo *Turp.* 119 opplereque adeo *idem* 162
adfero *Laber.* 119 plenas auris adfero *Titin.* 151 insomnia . . insaniam affert *Caec.* 168 uim . . attulit *Pall. inc. inc.* 4 adferatur munus *Pomp.* 58
adgredi *Titin.* 108
confidentiam adhibes *Caec.* 247
adiacentem compitum *Caec.* 226*
adicis *Pall. inc. inc.* 86
adimant *Naeu.* 95 adimetur *Titin.* 139
adeptu's *Turp.* 209* (*cf.* apisci)
me adiutamini *Afran.* 207
admodum (*bis*) *Naeu.* 26[1]
adnictat *Naeu.* 76
adnuit *Pomp.* 24
adnutat *Naeu.* 76 adnutent *Naeu.* 112
adoptauit sibi *Afran.* 240
adpareo *Pomp.* 2
adpetis dominatum *Afran.* 335 nimium adpetimus *idem* 78 adpetunt cupide intui *Turp.* 159
adportas nuntium *Pomp.* 135 adportes *Caec.* 174
adprendas *Caec.* 80*
adprobus *Caec.* 228
adripuit rabies . . augurem *Afran.* 8
adsentiant *Pomp.* 167
adsecuta est *Pall. inc. inc.* 44
adsestricem *Afran.* 181
adsedi *Caec.* 160? (*cf.* asside) apud ignem . . adsidam *Turp.* 125
uadimonio assum *Nou.* 52* adest *Naeu.* 116* *Pomp.* 147 adestis *Afran.* 217 adero *Pomp.* 66 adeste *Afran.* 6
aduehitur *Caec.* 269*
aduenio *Caec.* 23 aduenis *idem* 174 aduenit *Pall. inc. inc.* 2 aduenti *Caec.* 160 aduenisti *Afran.* 70 aduenit *Pall. inc. inc.* 3 aduenientes *Trab.* 2 aduenientem *Turp.* 139 *Laber.* 14
aduentantem *Turp.* 139(*)
aduentus *Caec.* 35 aduentu *Turp.* 152
te aduertisti *Naeu.* 42
adulescens *Caec.* 228 adulescenti *Afran.* 317 *Laber.* 22 adulescentes *Naeu.* 83 adulescentium *Caec.* 211 adulescentes *Pall. inc. inc.* 43 adulescentis optumas *Afran.* 52
adulescentulus *Naeu.* 26[1] adulescentulo *idem* 126
adulescenturire *Laber.* 137
tibi . . aduorsari *Naeu.* 5 terriculam aduersari *Afran.* 270
aduorsum illum . . conqueritur *Ti-*

tin. 55 fabulabere aduorsum fratrem *Afran.* 148 quid ego feci ted aduorsum? *Titin.* 65 licitari aduersum ahenum *Caec.* 69
lecto in aduerso *Laber.* 30
adulterio *Laber. inc. fab.* XVII
adulteritas *Laber. inc. fab.* XVII
adussit *Laber.* 115
aecumst me habere *Titin.* 134 aequum est petere *Pall. inc. inc.* 59* induere *Publil.* 17 dominum aequum *Anon. mim.* 6 aequum animum *Laber.* 65 ex aequo uenio *Afran.* 290* legere te optimum esset atque aequissimum *Turp.* 56
aedem *Turp.* 72 aede *Nou.* 15 aedi *Titin.* 126 aedis (*acc.*) *Pall. inc. inc.* 46 *Titin.* 36 130 *Pomp.* 33 aedibus *Titin.* 45 52 147
aediles *Laber.* 61
aeditumor *Pomp.* 2
aegre . . pati *Turp.* 183 aegre faciam *Pall. inc. inc.* 50 consistes aegre *Laber.* 129
sunt aemuli *Caec.* 130*
aeneum *Caec.* 69(?)
aequalem meum *Afran.* 256 amicum aequalem atque hospitem *Afran.* 367 suas aequalis *Caec.* 152
aeque *Atta* 13* aeque profesto (ac festo) *Afran.* 262 in bono aeque atque in malo *Laber.* 113
splendore aereo *Laber.* 74
aerumna *Caec.* 86 aerumnam *Caec.* 47 75
aeris alieni *Laber.* 1
iudicium Aesopi *Iuuent.* 9
quacum aetas degenda esset *Turp.* 57 cum aetas accesset *Turp.* 59 aetas integra est *Afran.* 63 aetas et corpus tenerum *Afran.* 380 mala aetas *Afran.* 382 malam aetatem *Turp.* 176 ea aetate *Caec.* 29 exacta aetate *Titin.* 101 exitum aetati meae *Laber.* 78
integra aetatula *Caec.* 153
affatim edi *Liu.* 5
ex Africa *Laber.* 13
ager *Caec.* 219 *Pall. inc. inc.* 71[2] agrum Setinum *Titin.* 121
error uos agitat *Pomp.* 175
lactis agninas *Titin.* 90
ago hoc *Turp.* 8 laudes ago *Naeu.* 33 nil agit *Caec.* 66 popularia agimus *Laber.* 58 quid agam? *Turp.* 196 ne temere hanc rem agas *Caec.* 78 egi gratias *Afran.* 312 nihil egi *Pomp.* 77 nihil egisti *Caec.* 130* quicquam egisti? *Afran.* 424 quantam rem egeris *Pall. inc. inc.* 39 age *Naeu.* 5 age curre *Afran.* 294 age moue te *Nou.* 92 age age, i *Caec.* 100 age age, egredere *Turp.* 207 age, anus, accinge *Pomp.* 66 age tu . . increpa *Turp.* 166 age nunc . . responde *Nou.* 5 age modo: sta garri *Pomp.* 140 hoc . . agite *Afran.* 201 agite exite *Nou.* 36 agite quid dubitatis? *Pall. inc. inc.* 36 haec agere *Afran.* 81 quod nunc agitur *Afran.* 342 id est intus actum *Afran.* 398 annis actis *Laber.* 109
ah *Afran.* 215* 264* *Pomp.* 173
ahenum *Caec.* 69* *Titin.* 128
quid ais? *Afran.* 95 *Pall. inc. inc.* 18 ain? *Pall. inc. inc.* 31 ait *Caec.* 89 149 *Afran.* 7 aiunt *Turp.* 144 aibat *Titin.* 63* aiebant *Titin.* 37* uel ai uel nega *Naeu.* 125
alacris *Trab.* 4 alacriter *Pall. inc. inc.* 33*
ganeo lustro aleo *Naeu.* 118
aleo (*i. e.* allio) non ludam *Pomp.* 6 alia *Titin. inc. fab.* XXII
alescit *Laber.* 85
alga *Turp.* 23*
algebo *Nou.* 63 algebis *idem* 116
alias *Turp.* 131
alibi *Naeu.* 77
alienum est omne *Publil.* 22 quantum mi alieni fuit *Naeu.* 27 aeris alieni *Laber.* 1 alienam . . mulierem *Caec.* 237 alienum appetonibus *Laber.* 96
confert me . . alio *Afran.* 371
aliquantisper *Caec.* 45
aliquis uestrorum nuntiet *Titin.* 51 inscribat aliquis *Afran.* 416 utinam apud ignem aliquem . . adsidam *Turp.* 125 da aliquid *Titin.* 165: *cf. Afran.* 273 373 *Laber.* 37 auertas aliquod nomen *Caec.* 203 aliqua parte *Laber.* 146 nisi nunc aliquis . . occurrit *Pomp.* 125 nisi . . turbam aliquam dedit *Caec.* 102 si qua uentura est aliqua strena *Pomp.* 114* dum modo doleat aliquid *Afran.* 410 aliquid *Enn.* 5
aliquot *Nou.* 110
aliter *Pall. inc. inc.* 74[3] *Laber.* 21 haut aliter atque *Caec.* 181
alius socius socium sauciat *Caec.* 39 alius est Amor, alius Cupido *Afran.* 24 alii adnutat, alii . .

. . alium . . alium . . alii . . alii . . alium . . cum alio . . alii *Naeu.* 76 *sqq.* aliud *Caec.* 173 omnem ceterum aliam . . penum *Nou.* 101: *Pomp.* 41[1] ab alio expectes *Pall. inc. inc.* 82 alii cum tacent *Nou.* 25 aliorum *Naeu.* 60 *Turp.* 19 aliarum *Pall. inc. inc.* 74[3] aliis de rebus *Afran.* 343

mulleis . . quos tibi alis in calceos *Titin.* 116* amicos alit *Naeu.* 40

alte . . conquiesse *Afran.* 341

alter *Pomp.* 162 oculus alter *Naeu.* 18 esse odiosum alteri *Caec.* 29 alteri quod feceris *Pall. inc. inc.* 82 alteri saeclo *Caec.* 210 geminum alterum *Naeu.* 2 altris . . altris *Naeu.* 23 *sq.**

altipendulos *Nou.* 110

in alto *Naeu.* 52

aluus *Laber. inc. fab.* XXIV

amasco *Nacu.* 138

amatorem *Afran.* 323 amatores *Caec.* 137 *Afran.* 379

ambitio *Laber.* 101 ambitionem *Titin.* 11

ambo *Titin.* 66 *Afran.* 217 ambae *Titin.* 59 ambobus *Titin.* 38 ambos *Afran.* 233 235 reuocas nos ambo *Afran.* 234

amens *Afran.* 128 amentes *idem* 318

amica *Nacu.* 90 *Titin.* 68 amicam *Turp.* 172 ab amica *Naeu.* 110

amicitias *Turp.* 20

plumato amictus *Publil.* 5

amictum *Titin.* 117

amicus *Pomp.* 146 amici amicus *idem* 145 amici *Pall. inc. inc.* 56: *cf.* 58 amicum *Turp.* 38 *Afran.* 256 367 ab amico amante *Caec.* 214 amico amanti amica . . fidelis *Naeu.* 90 amicos *Naeu.* 39 *Caec.* 11 *Turp.* 164 praesente amicis *Pomp.* 47

amiserant *Caec.* 44

amat *Naeu.* 76 *Pall. inc. inc.* 98 *Pomp.* 162* *Laber.* 12 omnimode ames *Pall. inc. inc.* 27 multum ames *Nou.* 24 amet *Caec.* 201 218 caue ne cadas, amabo *Naeu.* 82* sed te* amabo: quid . . uenisti? *Titin.* 80 Paula mea, amabo . . addito *idem* 109 amabit sapiens, cupient ceteri *Afran.* 221 amarem *Afran.* 248 ametur *Naeu.* 39 amare *Naeu.* 37 *Pall. inc. inc.* 19 *Afran.* 130 220 353 *Pomp.* 42 174 amari *Caec.* 263 *Turp.* 84 amico amanti *Naeu.* 90 ab amico amante *Caec.* 214 amantium *Turp.* 36* amantum *Caec.* 253 *Turp.* 202*

amor *Pall. inc. inc.* 18 *Laber.* 132 Amor *Afran.* 23 amoris causa *Naeu.* 97 *Turp.* 112 amori *Afran.* 206 suum cuique amorem *Atil.* 1 amorem *Turp.* 158 *Laber.* 135 amore *Caec.* 63 67 199 *Turp.* 76 *Pomp.* 18 *Laber.* 94 amore capitali *Naeu.* 136 amores meos sanauit *Pomp.* 18(*)

amorabunda mulier *Laber. Lac.* 111

parasitos amoui *Titin.* 45

ampelina *Caec.* 138*

amphora *Naeu.* 124

